exscrūtor (excr-), -ātus sum, -ārī (*l. 38. 41*) *et* **exscrūto**, -āvī, -ātum, -āre (*l. 39. 40. 43*). *ab* ex *et* scrutari (-are). *fere i. q. pervestigare, perquirere, explorare*: Itala iud. 18, 2 (Lugd.) miserunt ... viros ... explorare terram et -ari illam (ἐξιχνιάσαι, *Vulg.* inspicerent). *ibid.* -ate terram (ἐξερευνήσατε, *Vulg.* considerate). Ioel 1, 7 (Weing.) scrutans -vit (ἐρευνῶν ἐξηρεύνησεν, *Vulg. aliter*). Ennod. dict. 9, 11 p. 453, 6 si -tus (*B, Vogel;* scr- *cett., Hartel*) penitus fueris latentium secreta camporum *eqs.* Cassiod. Ios. antiq. 15, 1 p. 427 mortui ... dum -rentur, si quid argenti aut auri ... fuisset inventum, regi ferebatur (*gr. 15, 6 ἠρεύνων*). *K.*

exsculpo (exc-), -psī, -ptum, -ere. *ab* ex *et* scalpere. *de scriptura*: exsc- (*cf.* Cassiod. gramm. VII 204, 11 [*ex Caesellio*] s habere debet) *et* exc- (*sic* CIL II 3786) *passim variant in codd.* esc-: *v. p. 1832, 30.* -calp- (*per recompositionem*): Vitr. 1, 6, 4. 4, 6, 4. Avson. 335 p. 198 (l. 27) P. (*Lugdun.*). Not. Tir. 111, 99 -sculpit (100 -psit). *de notione*: Non. p. 102, 20 -ere est extorquere (Schol. Ter. Bemb. Eun. 712 [*v. infra l. 72*]. Gloss. *cf.* Schol. Ter, p. 107, 17 cum difficultate exprimere [extrahere *l. v.*]). Gloss.^{L} III Abol. ex 83 exquirere, attingere. Gloss. eruere. *inde a* Plavto, Ter., Lvcil., Catone, Varrone, Cic.; *adamant* Symm., Avg. [*variat in codd. c.* excludere: *l. 59. p. 1832, 6. ex coni.*: Symm. epist. 9, 146, 2 (*Seeck*, excluderet, excuteret *trad.*). *falso trad.: v. p. 1638, 50.*]

1 *i. q. scalpendo foras dare, removere, extrudere*: **a** *proprie*: Ter. Phorm. 989 pugnos in ventrem ingere. :: vel oculum -e (*A*, exclude ς). Lvcil. 286 esuriente leoni ex ore -ere praedam. Varro ling. 5, 143 terram unde -pserant, fossam vocabant. Apvl. apol. 8 eas (*i. hirudines dentibus implexas*) illi (*i. crocodilo*) ... avis iniecto rostro sine noxae periculo -it. met. 9, 7 scabiem vetustam cariosae testae occipit -ere. Pallad. 3, 29, 1 medulla *sarmenti* ... sublata ac diligenter -pta. *inscriptionem, i. q. delere*: Nep. Paus. 1, 4 hos versus (*in tripode inscriptos*) Lacedaemonii -pserunt (*cf. Thuc. 1, 132, 3* ἐξεκόλαψαν). *i. q. effricare (fere i. q. simplex* scalpere): Avson. 335 p. 198 (l. 27) P. hunc locum de ternario numero illico nostra illa poetica scabies coepit -ere.

b *in imagine et translate, i. q. extorquere, exprimere, elicere (pro obi. est enuntiatum: per* ut *l. 71; relat. p. 1832, 13; interrog. indir. p. 1832, 5)*: Plavt. Cist. 541 vix -psi, ut diceret (*cf.* Ter. Eun. 712 possumne ego hodie ex te -ere verum? [*cf.* Cassian. conl. 17, 25, 4 veritatem]. Lvcil. 70 nomen ⟨patr⟩iamque ... rogando -o. Ps. Ambr. paenit. 1 p. 972^{A} de reis vult confessionis -ere vocem. Vita Eugen. [Migne 73] 13 p. 613^{C} abscondita cordis). Symm. epist. 1, 34, 1 pergo ... -ere a te aliquid litterarum (*fere i. q. poscere*). rel. 34, 11 reliquum (*i. debitum*) ... -endum ab obnoxiis intimavit (*cf.* 34, 13 ne quod ... -at exactio. Cod. Theod. 8, 4, 9 nihil ... amplius ... sportulae ... praetextu ... -ere. 11, 1, 3 de fortunis provincialium aliquid -ere. 11, 30, 44 ab ... litigatoribus multa possit -i [*cf.* 11, 30, 65 multae modum]. Cod. Iust. 1, 54, 5 [*a. 384*] quod ad poenam admissi facinoris -itur). Rvfin. Orig. in gen. 5, 5 p. 64, 21. Avg. civ. 17, 3 p. 202, 14 D. de quacumque re gesta sensum intellegentiae spiritalis -ere (anim. 1, 14, 20 p. 321, 8 ex hac ... sententia ... elegans ille sensus -itur, quod *eqs.* in euang. Ioh. 25, 18 p. 1606$^{init.}$ [*syn.* depromptus]. c. Iul. 6, 24, 75 p. 868 sensum ... novum ... moliris -ere. *cf.* doctr. christ. 3, 27, 38 p. 80 sive aliam sententiam de illis verbis ... -at). gen. ad litt. 8, 1 p. 230, 4 ut ... quid futurorum res ... significaverint, ... -atur (*cf.* quaest. hept. 1, 76 p. 41, 24 allegorica significatio [excludi *C*]. Ps. Avg. serm. 72, 1 p. 1884$^{med.}$ intellectum ... mysticae significationis). c. mend. 14, 29 p. 510, 16 quamvis ex ... factis ... sive dictis aliquid propheticum possit -i (retract. 2, 54, 1 p. 190, 14 nonnumquam -unt aliquid, quod a veritate ... non abhorreat). in psalm. 30, 2 serm. 1, 1 p. 229$^{fin.}$ inde (*e secretis psalmi eius*) sermonem -ptum reddamus auribus et mentibus vestris. 140, 2 p. 1815$^{fin.}$ quidquid ... de qualibet divina pagina -itur *eqs.* Cassian. conl. 24, 24, 2 *diabolus* ex nobis ..., quo dilaceremur, -ens.

2 *i. q. scalpendo formare, fingere, efficere* (*absol.*: Itala Is. 44, 9 [Tert. idol. 4 p. 34, 2] non erant tunc, qui fingunt et -unt [οἱ πλάσσοντες καὶ γλύφοντες, *Vulg.* plastae idoli]): **a** *obi. est id quod efficitur*: *α proprie*: Cic. Att. 13, 28, 2 nescio quid e quercu -pseram, quod videretur simile simulacri (*cf.* Fest. p. 169 navia est uno ligno -pta [-pto *cod.; cf. infra l. 42*], ut navis [Apvl. apol. 43 non ... ex omni ligno ... debet Mercurius -i. *cf.* 61 quacumque materia dummodo lignea]. Tert. idol. 8 p. 37, 11 de tilia Martem). Vitr. 1, 6, 4 ventorum imagines -ptas contra suos cuiusque flatus designavit. 4, 6, 4 ancones ... -ptae (-pta *trad.*) dextra ac sinistra praependeant. Qvint. inst. 2, 19, 3 signum aliquod ex molari lapide ... -ere (*cf.* Lact. Phoen. 153 -unt ... in marmore formam). Apvl. apol. 62 quod *sigillum* Saturninus ... -psit. Tert. idol. 3 p. 32, 24 an plastes effingat, an caelator -at *idolum*. Treb. trig. tyr. 14, 4 Alexandrum ... in anulis ... -ptum semper habuerunt. CIL VIII 2482 (*a. 253*) esculp(sit) et s(cripsit) Donatus. *adde: foramen sim., i. q. excavare*: Cato agr. 18, 1 foramina longa p. III s -pta digit. VI. Varro rust. 3, 9, 7 cubilia gallinarum (*antea syn.* exclusa, *v. p. 1272, 5*). Sen. nat. 4, 3, 4 *stillicidium* locum (*i. excavationem*) ... sibi ad formam et habitum sui -it. *templum* (*i. q. construere?, cf. l. 51*): CIL II 3786 templum Nympharum ... a solo ita uti -ptum est ... s(ua) p(ecunia) fecerunt.

β in imag. et translate: scripta, i. q. elimare sim.: Symm. epist. 8, 21, 1 scripta ... stilo -pta. Ambr. epist. 26, 1 p. 1042^{B} aliquid plenius requirenti tibi ... afferre atque -ere non supersederim. *ortum, i. q. -endo sibi parare*: Prvd. ham. 605 obitu altricis prodit grex ille *viperarum* ... ortum per scelus -ens.

b *obi. est materia, ex qua -itur*: *α proprie* (*cf. et l. 20*): Rvfin. Clement. 8, 54 saxum artifex ... ad libram suae artis -ens (*v. p. 1290, 15*). *β in imag.*: Qvint. inst. 2, 4, 7 multum inde (*de ea materia, sc. natura puerorum*) decoquent anni, multum ratio limabit ..., sit modo unde excidi possit et quod -i. Fronto p. 65, 9 N. verba ... alii vecte et malleo ut silices moliuntur, alii autem caelo et marculo ut gemmulas -unt.

deriv.: exsculptio, [exsculptrix.]

exsculptio, -ōnis *f.* *ab* exsculpere. *i. q. actio exsculpendi, constructio* (*cf. l. 34*): Avg. in euang. Ioh. 1, 9 p. 1384$^{init.}$ cum feceris et construxeris molem et fabricam illam ad -em perfectionemque perduxeris.

[**exsculptrīx**, (-īcis) *f.* *l. v. vix prob.*: Apvl. mund. praef. (*v. p. 1291, 37 et s.* expultrix *p. 1812, 77*).]

exsecātio (exec-), -ōnis *f.* *ab* exsecare. *i. q. exsectio* (*per gladium facta, cf. p. 1840, 80*): Cassiod. var. 12, 28, 4 Alamannorum ... subreptio ... oppressa ... quasi salutaris ferri -e (exec-, excec-, ecec-, exercit- *trad.*) purgata.

***exseco** (exec-), -uī (-āvī *v. l. 62*), -ctum, -āre. *ab* ex *et* secare. *scribitur*: exec- *saepe, v. e. g. l. 78. p. 1833, 19.* -(s)ic-: *v. p. 1833, 33. 35. 38, 53 al.* *de formis: perf.* -vit: *v. p. 1833, 35. 1834, 7.* Not. Tir. 104, 5 -at. *de usu: reflexive v. p. 1834, 7.* *mediopass. v. p. 1833, 79.* *legitur inde a* Plavto, Catone, Cic.

[*variat in codd. c.* eicere: *p. 1833, 13. 14.* exigere: *p. 1833, 27.* (*cf. p. 1833, 33*). exsucare: *infra l. 80.* *restituitur: p. 1833, 33.* *loco mutilato*: Coripp. Ioh. 8, 623. *dub.*: Compvt. Carth. 1, 5 p. 281, 28 ab A usque ad K decem litterae numerantur, quae sibi exicunt (*cod.*, -ant *Krusch; an* exigunt?) trinos dies, ut menstrualis numerus agitetur.]

I *obi. est id, quod -ando alicunde egeritur vel (notione genuina evanescente) secando, caedendo amputatur (i. q. -ando effici e. g. p. 1833, 33 sq.)*: **A** *res corporeas*: **1** *partes corporum animantium (fetus p. 1833, 18. v. et p. 1833, 51)*: **a** *generatim*: Plavt. Caec. frg. 8, 2 si non ... fatetur ..., membra -emus serra. Cic. Cluent. 187 -ta lingua (Catvll. 108, 4. Fronto p. 145, 13 N. si linguam quis ... homini -et [exec- *cod.; syn.* amputavit]. Cypr. Fort. 11 p. 339, 4. 16 poenam linguae -andae. Avg. serm. 359, 8 p. 1596$^{fin.}$ *al.*). Hor. epod. 5, 37 -ta (-suc- *l. v.*) ... medulla. sat. 1, 5, 59 cornu ... -to frons. Ov. fast. 2, 446 pellibus -tis (*cf.* Mela 1, 26 parma elephantino tergori -ta ingens. Apvl. flor. 3 p. 16 *de Marsya*: corio -to). Val. Max. 1, 8 ext. 15 Aristomenis ... cor. Sen. epist. 78, 18 varices -andas. Gell. 12, 5, 13 cum vulnera eius a medicis -bantur, ridere

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

solitus fuit *gladiator*. APVL. met. 4, 15 cervix bestiae fuerat -ta. SER. SAMM. 429 *splen.* 848 iecur. CAPITOL. Aur. 21, 3 -to sub aure tubere. Ver. 11, 2 cum eam *partem vulvae* -uisset (HIL. syn. 68 p. 525^{C}. CLAVD. DON. Aen. 1, 210 p. 49, 16 *corporis. v. l. 17*). DICT. 3, 7 -tis nervis (*v. l. 13*). 5, 12 auribus. SERV. auct. Aen. 1, 720 crinem suum ... matronae ... -uerunt. PELAGON. 64 *parotides* cum maturuerint, -ato (*Hippiatr. gr. I p. 91, 9 ἀπόκοπτε*). VEG. mulom. 2, 38 *polypus* acutissimo -bitur ferramento (*Chiron 551* secare; *cf. Grevander, Unters. p. 83*). 4, 5 ranulam. AMBR. Cain et Ab. 1, 7, 27 p. 363, 6 instrumenta ..., quibus fibra omnis ... vulneris -atur. Iac. 2, 12, 56 p. 68, 7 capita super capita (ACT. Archel. p. 98, 1 draconis c. *cf.* CORIPP. Ioh. 8, 542 -to fusus per gramina collo). *in imag. et transl.*: CIC. leg. agr. 2, 91 nervis urbis omnibus -tis ([eiectis *l. v.*]. LIV. 7, 39, 6 nervos coniurationis -tos [*Puteanus*; eiectos *codd.*]. *v. et l. 5*). Sest. 135 medentur rei publicae, qui -ant pestem aliquam tamquam strumam civitatis. Att. 2, 1, 7 medicina, quae sanaret vitiosas partes rei publicae quam quae -ret (*v. l. 3*).

b *speciatim*: **α** *i. q. gr. ἐμβρυοτομεῖν* (*cf. p. 1834, 8.* GLOSS. -o *ἐμβρυοτομῶ*): VERG. Aen. 10, 315 Lichan ... -tum (exec- *M*) ... matre perempta (CLAVD. DON. *ad l.* p. 334, 14. 18). PAVL. FEST. p. 57 caesones appellantur ex utero matris -ti. SEN. Herc. O. 1806 visceribus ... -tus infans. PLIN. nat. 8, 217 fetus ventri. 28, 150 hinnulei ... matris utero -ti. PAVL. dig. 50, 16, 132, 1 cui mortuae filius -tus est. AVG. enchir. 86, 23 puerperia ... membratim -antur et eiciuntur ex uteris praegnantium. **β** *de maribus castrandis, -antur genitalia* (*v. etiam l. 54. 78. p. 1834, 19 sqq.*): PETRON. 119, 21 surripuere viros -taque (-act- *l. v.*) viscera ferro in venerem fregere. SVET. Nero 28, 1 *puer* -tis testibus (*cf.* ARNOB. nat. 5, 21 p. 192, 12 *testiculos arietis*). APVL. met. 7, 23 cum -tis genitalibus possit neque in venerem ... surgere *eqs.* LACT. inst. 1, 17, 7 adulescentem ... -tis virilibus semivirum reddidit (AVG. civ. 7, 26 p. 308, 3 D.).

2 *stirpes, herbas sim.*: PLAVT. Rud. 122 quin tu in paludem is -icasque (*Turnebus*; -igas-, -agitas- *trad.*) harundinem? (*cf.* AMM. 22, 15, 23 calamos recens -tos). CATO agr. 42 librum ... de eo fico ... eximito, adponito in eum locum unde -veris (-xic- *trad.*). COLVM. 5, 11, 3 (= arb. 26, 3) arborem ... serra ... -ato ea parte, qua *eqs.* (AMM. 28, 6, 13 arboribus -tis et vitibus). NON. p. 462, 4 *dentes significant* omnia, quibus aliquid -sicari ... potest. OPTAT. 2, 9 p. 45, 7 ramus. CLAVD. 22, 198 -tis ... silvis restituit terras. MACR. Sat. 5, 19, 9 herbas aëneis falcibus. *in imag.*: MACR. Sat. 1, 8, 9 falcem ei (*i. Saturno*) quidam aestimant attributam, quod tempus omnia metat et -et et incidat.

3 *res varias*: **a** *arte factas*: CIC. Cluent. 179 *Strato* armarii fundum -uit. SEN. epist. 86, 8 fenestrae muro lapideo -tae. **b** *lapides, saxa* (*cf. etiam l. 76 sq.*): LAMPR. Heliog. 24, 6 saxa ... eruta et -ta sunt. COD. Theod. 10, 19, 8 potestatem eruendi vel -andi de privatis lapidicinis (*cf. ibid.* 11 excidendi -andique ... facultatem).

B *res incorporeas: qualitates vel virtutes humanas sim., fere i. q. eximere, delere*: SEN. contr. exc. 3, 3, 2 malum (*i. morbum*) cum ipso corpore (*i. carne, v. p. 1832, 75*) -etur. SEN. dial. 5, 3, 1 Aristoteles ... vetat illam (*i. iram*) nobis -ari. FRONTO p. 145, 14 N. eloquentiam humano generi -ari (-sic- *m*^{1}). SOL. 49, 12 inventum ... est ut *camelis* desiderium ... coitionis quadam castratione -retur (*cf. supra l. 25*). HIL. trin. 6, 39 p. 189^{B} suspicionem penitus adoptionis -uit. HEGES. 5, 24, 4 p. 359, 15 repressit aliquantum, non -uit avaritiam Syrorum. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 266, 16 tempus putationis ... advenit. amputantur enim et -antur ab hominibus (*abl. sep.*) peccata (*sc. baptismo*). PROSP. c. coll. 21, 2 p. 271^{D} ad -andam Nestorianam impietatem apostolico auxiliatus est gladio *Coelestinus*. *fenus, fere i. q. violenter exigere, extorquere*: HOR. sat. 1, 2, 14 quinas hic (*i. dives*) capiti mercedes -at.

II *obi. est id, quod -ando afficitur, fere i. q. dissecare (syn. l. 74), dividere, aperire* (*v. syn. l. 75*): **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *animalia vel partes eorum*: PROP. 3, 6, 28 lecta -tis anguibus ossa. Ps. QVINT. decl. 8 arg. p. 146, 6 *medicus* -uit infantem et vitalia inspexit (TERT. anim. 10, 4 p. 312, 28 medicus ... sexcentos -uit, ut naturam scrutaretur). APVL. met. 9, 38 mucrone gulam sibi prorsus -uit. LAMPR. Comm. 9, 5 *Commodus* Bellonae servientes vere -are bracchium praecepit studio crudelitatis. DICT. 1, 15 porcum ... in duas partes -tum. AMM. 19, 6, 2 suris vel suffraginibus ... -tis. 23, 5, 21 -tis cruribus. PRVD. perist. 10, 73 nudas offerens costas bisulcis -andas ungulis. MARCELL. med. 27, 132 *catulus* cum fuerit -tus (*Plin. nat. 30, 64* dissectis). 34, 35 mus degluptus et per medium -tus (*Plin. med. 3, 14* discerptus). THEOD. PRISC. eup. faen. 47 lacertam. *al.* **b** *lapicidinas* (*cf. l. 47*): Ps. ASCON. Verr. p. 228, 7 loca caesis lapidibus -ta.

2 *speciatim*: **a** *i. q. castrare mares* (*v. etiam l. 25. cf. p. 1834, 18 sqq. interdum mediopass.*): CIC. nat. deor. 2, 63 -tum Caelum a filio Saturno (3, 62). LVCAN. 10, 134 ferro mollita iuventus atque -ta virum (*cf.* CLAVD. 18, 468 -ti Veneris stimulos et vulnere casti). VAL. FL. 7, 636 -tos lacerat Bellona comatos. MART. 6, 2, 2 immeritos -isse mares. MIN. FEL. 22, 4 *Cybele* adulterum suum ... -uit, ut deum ... faceret eunuchum. VESPA 82 -o sic gallos quasi ⟨...⟩ Berecynthia Gallos. ARNOB. nat. 5, 35 p. 294, 5 -tus aries ... -ti arietis proles (*cf. p. 1833, 28 sq.*). AVR. VICT. Caes. 5, 16 *spadonem* -tum (HIER. adv. Iovin. 1, 47 p. 389, 4 Bickel [*ex Theophr.*] in longam securamque libidinem -tus spado). HIER. in Os. 4, 14 p. 852^{B} viros -tos libidine. CANON. Turner I 2, 1 p. 32^{r}, 9 eunuchus, si ... in persecutione -tus est, ea quae virorum sunt *eqs.* (*ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν. syn. I 1, 1 p. 17* eius sunt amputata virilia). *ibid.* l. 14 qui se -vit *eqs.* (*ὁ ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, syn. I 1, 1 p. 17* abscidit). *al.* **b** *uterum gravidae* (*cf. p. 1833, 18. aliter p. 1833, 3*): VLP. dig. 5, 2, 6 pr. qui ... -to ventre extractus est (6, 2, 11, 5. 28, 2, 12 pr. 38, 17, 1, 5 AMM. 29, 2, 17 *al.*). 38, 8, 1, 9 *si* utero -to partus sit editus (TERT. anim. 25, 8 p. 343, 1 *al.*).

B *translate: fere i. q. exuere, eximere*: PLIN. epist. 2, 12, 3 quid ... miserius, quam -tum et exemptum honoribus senatoriis *laborare*. EVOD. Aug. epist. 158, 3 p. 490, 15 diaconum ante quadriennium corpore -tum ([*codd.*; exutum *edd. vett.*]. *syn. p. 495, 12* exemptus).

p. p. p. **exsectus**, -a, -um *pro adi.*: SEN. dial. 1, 3, 13 exoletus ... -ae virilitatis aut dubiae. *cf. p. 1833, 25. pro subst.* **exsectus**, -ī *m. i. q. castratus*: BELL. Alex. 70, 6 *non* -is virilitatem restituere posse.

deriv.: exsecatio, exsector.

***exsecrābilis** (exec-), -e. *ab* exsecrari. *scribitur*: exsecr- *et* execr- *passim in codd. de formis: comp.* -ior: . *l. 38. 54. 62. al. nota*: THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 7 p. 145, 13 *sermones illi* a fabulis anilibus plus sunt -iores. *comp. pro superl. p. 1835, 23 (cf. Engelbrecht, WSt. 39, 1917, 152). superl. deest.* NOT. Tir. 93, 78 -is. *de notione*: GLOSS. *ἐπάρατος, κατάρατος*. HIER. in Ezech. 24, 13 p. 225^{C} verbum Hebraicum 'zemma' (זִמָּה) pro quo nos -em immunditiam interpretati sumus (*ibid.* p. 226^{D} VVLG. Ezech. 24, 13). *legitur inde ab* ACC. (*l. 76*), LIV., GERM., VAL. MAX.

A *active, i. q. exsecrationem adferens* (*syn.* dirus *l. 40*, perniciosus *l. 43*, pestifer *l. 38*, saevus *l. 37*): LIV. 9, 26, 4 odium, quod -e in bis captos erat (*vix refer. ad l. 44 sqq. item*: 26, 13, 9 irae atque odii ⟨inexpiabilis⟩ [*Alschefski*] -isque indicium. 33, 29, 1). 31, 17, 9 id se facinus perpetraturos praeeuntibus -e carmen sacerdotibus iure iurando adacti. PLIN. nat. 2, 138 *fulmina* saeva maxime et -ia. 9, 155 pestiferum animal araneus ... aculeo noxius, sed nullum ... -ius quam radius super caudam eminens trygonis. QVINT. decl. 329 p. 296, 15 quacumque feralis ille ignis ... diros illos atque -es diffuderit fumos, gravem ... ⟨ac⟩ pestilentem nubem supra ... tecta sessuram (*ad l. 69 sqq. referendum esse monet Castiglioni*). CAEL. AVR. acut. 2, 38, 219 *medicamenta* gravia atque -ia et aegrotantibus perniciosa.

B *passive* (*cf. etiam l. 34*), *i. q. exsecratione dignus, abominabilis sim.* (*apponitur e. g.*: abominabilis *infra l. 57*; detestabilis *l. 57. 71 al., cf. p. 1835, 18*; devotus *l. 70*; dirus *l. 70*; foedus *p. 1835, 4 al.*; infandus *l. 79*; invisus *l. 52*; nefandus *l. 53*; odiosus *l. 63. acced. dat.: l. 52. 59. 66. 82 al. cf.* apud: *l. 56*. HEGES. 1, 44, 8 p. 117, 5. palam [coram]: *p. 1835, 6. abl. instr. vel causae: l. 60. 61. 63. 67. 79. 80 al.*):

1 *de hominibus* (*v. etiam p. 1835, 17*): LIV. 40, 12, 16 (*verba Demetrii*) ut illis ... -is et invisus essem (Ps. QVINT. decl. 10, 19 p. 205, 24). SEN. Phoen. 223 ego castam manum nefandus, incestificus, -is attrecto? PLIN. nat. 22, 12 hoc -iorem eum (*i. Sullam*) dixerim, quandoquidem *eqs.* ITALA prov. 17, 15 (Aug. c. Parm. 2, 2, 4 p. 47, 1) qui iudicat iustum iniustum, ... -is apud deum (*βδελυκτός, Vulg.* abominabilis). CYPR. epist. 68, 4 p. 748. 4 -es et detestabiles ... esse, qui sibi placeant. LACT. mort. pers. 2, 6 *Nero* -is ac nocens tyrannus (EVTR. 7, 15, 1 Romano orbi. *cf.* LACT. mort. pers. 4, 1 -e animal Decius. AVR. VICT. Caes. 41, 23 *Constans* ministrorum pravitate -is. OROS. hist. 5, 10, 7 *Ptolemaeus* incestis parricidiisque -is). AVR. VICT. Caes. 17, 1 *posteri* -iores. AMBR. Nab. 17, 71 *uxor* nimiis sacrilegiis -em fecit *Achab*. VVLG. II Macc. 5, 8 omnibus odiosus, ut refuga legum, et -is, ut patriae ... hostis (*βδελυσσόμενος*). LEO M. serm. 16, 5 p. 179^{A} homines ... per omnia -es atque pestiferos. ARNOB. in psalm. 82 p. 446^{A} si peccamus ..., erimus deo -es. SIDON. epist. 3, 13, 9 verbis ... quam membris -ior *Gnatho*. PASS. Petr. Paul. long. 5 in idolis ... inquinati et -es extitistis. *et al.*

2 *de rebus*: **a** *corpor.* (*cf. l. 42*): VAL. MAX. 1, 1, 15 in -i ac diro solo *Cannarum*. PORPH. Hor. carm. 3, 4, 27 *arbor* devota ... ac per hoc -is et detestabilis. LACT. inst. 4, 30, 6 -i patibulo figeretur. HEGES. 5, 41, 2 p. 387, 2 cibum (*cf.* OROS. hist. 1, 11, 3 -ius ... convivium per infandos cibos additum). RVFIN. symb. 20 p. 358^{A} (*in imag.*) -e iaculum proditionis infixit *Iudas*. CONSVLT. Zacch. 3, 8 p. 113, 9 -ium imaginum abominatio. *et al.* **b** *incorpor.*: **α** *variis*: Acc. trag. 270 tyranni saevom ingenium atque -e (*cf.* SEN. clem. 1, 11, 4 tyrannorum -is ac brevis potestas). LIV. 22, 30, 6 laetus ... dies ex ... tristi ... ac prope -i factus (*cf.* GERM. frg. 4, 140 ver erit hibernis totum -e nimbis. LACT. epit. 66, 3 tempus infandum et -e [OROS. hist. 2, 3, 9 maiorum ... tempora ... sceleribus -ia]). 26, 34, 13 iniquitatem deum atque -em fortunam suam incusabant. 27, 17, 11 transfugae nomen -e ... sociis *esse* (TERT. pudic. 9 p. 236, 15 publicanorum. ARNOB. nat. 1, 54 p. 37, 10. NOVELL. Valent. 23, 5 intolerandum, nimis -e, non ferendum). 41, 24, 10 (*ex oratione Archonis*)

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cur -is ista nobis solis dissertio iuris humani est? (*cf.* STAT. Theb. 7, 484 ius. VVLG. II Petr. 2, 11 iudicium; *βλάσφημον*). VAL. MAX. 3, 8, 6 audacia (*cf.* 9, 8, 3). *al.* SEN. clem. 1, 12, 4 -i versu ...: 'oderint dum metuant'. dial. 4, 31, 6 foedam esse et -em vim nocendi. *al.* ITALA exod. 5, 21 (Rufin. in exod. 3, 3 p. 169, 10; Aug. loc. hept. 2, 24 p. 545, 11) -em fecistis odorem nostrum ⌊palam Pharaone⌋ (⌊⌋ coram eo *Rufin., gr. ἐβδελύξατε, Vulg.* foetere fecistis). CYPR. epist. 59, 16 p. 686, 1 vita (*syn.* turpis). LACT. inst. 1, 21, 10 parricidium ... taetrum atque -e humano generi facinus (RVFIN. hist. 1, 8, 12 [*ἀθεμίτου*]. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 3, 60 p. 272, 17 factum. COD. Iust. 4, 55, 4, 1 [*a. 225*] delictum). 2, 16, 4 magi ... cum artes suas -es exercent. VVLG. prov. 28, 9 oratio. *al.* RVFIN. hist. mon. 9 p. 422C ab -bus furtis. AVG. epist. 34, 2 p. 23, 16 quid ...-ius, ... quam id, quod nunc accidit? (*cf.* c. Faust. 14, 2 p. 404, 24 qui non maledicunt Christum, sed quod est -ius, criminantur). SIDON. epist. 5, 20, 2 popularitas. *et al.* ***β*** *de doctrina haeretica sim., fere apud Christianos (apud paganos v. l. 20. 32. de haereticis ipsis [cf. p. 1834, 69] l. 28)*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 5 p. 813, 6 haereses ...-es ac detestandas (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 111, 11 propter iniquam atque -em haeresim [*δυσώνυμον*]. AVELL. p. 14, 15). ARNOB. nat. 1, 25 p. 16, 30 -is religio ... et infausta, impietatis et sacrilegii plena (COD. Theod. 16, 5, 61). LACT. inst. 3, 15, 19 doctrina -is et pudenda (3, 18, 9 -is ... ac fugienda). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 49, 23 haereticorum omnium -ior pestis (*v. p. 1834, 26*). AVX. Maximin. c. Ambr. 45 p. 73, 34 Omousianorum odibilem et -em, pravam et perversam professionem. HIER. Rufin. apol. adv. Hier. 1, 22 p. 560A quomodo ... suspicio huiuscemodi dogmatum ... -is fuerit. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 2 p. 1434init. Manichaeis (NOVELL. Valent. 18 pr. *cf.* COD. Theod. 16, 5, 35 noxios M. -esque eorum conventus). c. Pelag. 1, 24, 42 p. 459, 6 dogmata (2, 3, 5 p. 463, 21). *al.* CONSVLT. Zacch. 2, 13 p. 75, 7 sectae ... impietas et manifeste -is damnanda persuasio. COD. Theod. 16, 5, 57, 1 mysteria. AVELL. p. 134, 21 errorum. *al.* VEN. FORT. vita Pat. 5, 16 p. 34, 28 ad quod fanum populus dum ex consuetudine per sacra -ia debaccharet. DIONYS. EXIG. Conc.S I 5 p. 305, 27 *Nestorii sententias* anathematizando velut profanas -esque condemnant (*gr. I 1, 4 p. 29, 5 μυσαράς. syn. I 3 p. 202, 10* scelestas). *et al.*

nota locutionem: -e est (*suppl. l. 40.* -e videtur: *l. 41*) *c. (acc. c.) inf.*: HIER. in Ier. 6, 18, 6 p. 390, 11 -e esse Iudaeis mercatum celeberrimum visere. AVG. serm. 12, 10, 10 p. 105init. quod -e est credere. SVLP. SEV. epist. app. 2, 15 nihil tam -e deo quam aliquem odisse. COD. Iust. 11, 43, 7 -e videtur domos ... aquam habere venalem.

pro subst. **exsecrābile,** -is *n.* LACT. inst. 7, 16, 4 infanda dictu et -ia molietur. OROS. hist. 4, 6, 34 quidquid (*i. scelus*) sub -i agitur. ISID. alleg. 105 *Christus* omnia -ia gentium de templis corporis nostri deiciens. *per comparat.*: RVFIN. Adamant. 4, 2 p. 139, 2 video alios -iora perpetrantes (*δεινότερα*). hist. 2, 13, 7 horum ... nequiora et -iora committunt (*ἀπορρητότερα*).

deriv.: exsecrabilitas.

adv. **exsecrābiliter.** *comparat. l. 55. 57. 65. 70. 71. 77.* *inde ab* APVL., ITALA.

1 *active: i. q. cum exsecratione, vehementer (c. verbis fere damnandi)*: ITALA II Macc. 10, 34 (rec. M) -r Iudaeos maledicentes (*ὑπεράγαν, Vulg.* super modum). AVG. conf. 8, 7, 17 p. 184, 13 quanto ardentius amabam illos, ... tanto -ius me ... oderam. c. Cresc. 4, 44, 52 p. 551, 2 -r damnando sacrilegos (*opp.* honorabiliter). ENNOD. dict. 20, 5 p. 482, 1 odi..., condemno..., -ius tamen detestor, qui *eqs.* GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 4, 2 illos ...-r renuo. PELAG. defens. 2 p. 11, 26 -r prohibens.

2 *passive: i. q. c. rationibus exsecratione dignis (appos.* perdite *l. 62)*: **a** *c. verbis:* ***α*** *strictius, i. q. sceleste*: AVG. bapt. 6, 17, 29 p. 316, 2 qui intus perdite et -r vivunt. bon. coniug. 11, 12 p. 203, 21 naturalis usus, quando prolabitur ... ultra propagandi necessitatem venialis sit in uxore, in meretrice damnabilis, iste, qui est contra naturam, -r fit in meretrice, sed ...-ius in uxore (epist. 35, 3 p. 29, 13). NOVELL. Anth. 1, 3 ad illicita consortia -r aspirantes. AVELL. p. 240, 10 talibus verbis dualitas personarum in uno ... deo nostro Iesu Christo -r videtur induci. ***β*** *laxius, i. q. graviter, miserabiliter*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 84, 1 p. 64, 12 pro honestate ac religione animi sui -ius quod criminatur accipiunt. AVG. in psalm. 87, 7 p. 1113med. mortem *crucis* ... prae ceteris -ius habebant *Iudaei*. THEOD. PRISC. log. 47 *epilemptici* ore et naribus -r spumant.

b *c. adi. (adv. l. 75)*: ***α*** *in bonam partem i. q. egregie (sc. affective; cf. Hofmann, Umgangsspr. p. 78 et Thomas, Stud. z. lat. u. gr. Sprachgesch. p. 64)*: APVL. met. 2, 2 cetera corporis -r ad ⟨amus⟩sim (*Helm, q. v.*) congruentia. ***β*** *fere i. q. vehementer*: AVG. in euang. Ioh. 110, 7 p. 1925init. in offendendo creatorem tanto -ius beneficio eius ingrati exstiterunt, quanto beneficentius sunt creati.

exsecrābilitās (exec-), -ātis *f.* *ab* exsecrabilis. *i. q. qualitas vel actio exsecratione digna, turpitudo*: APVL. Plat. 2, 16 pessimo ... vitia ... pariunt -em. CASSIAN. c. Nest. 7, 19, 1 ipsa dicti -s satis sufficit. ARNOB. in psalm. 81 p. 444C meretur medicus odium pro salute fratrum incurrere et pro caritate sua vestra -e vexari.

? **exsecrāmen** *v. p. 1836, 16 sq.*

exsecrāmentum (exec-), -ī *n. et* ?**ex(s)ecrāmen,** (-inis) *n. (v. infra l. 16, si recte trad.).* *ab* exsecrari. *scribitur in codd.* exsec- *et* exec- (*necnon* exsacr- [*falso* ex sacr-] *saepius*). *de notione v. l. 9.* [*ll. vv. v. l. 16 sq. 22.*]

1 *i. q. exsecratio (cf. l. 39 sqq.)*: TERT. apol. 22, 2 *vulgus Satanan* -i voce (*i. exsecrationis verbis*) pronuntiat. ITALA num. 5, 21 (Aug. quaest. hept. 4, 11 p. 320, 19) det te dominus in maledictum et in -um (*ἐν ἀρᾷ καὶ ἐνόρκιον, Vulg.* in maledictionem exemplumque. *cf. Aug. ad l.*: Graecus habet *ἐνόρκιον*, quo verbo videtur significari 'iuramentum per exsecrationem').

2 *i. q. res exsecrabilis*: **a** *in script. sacr., i. q. βδέλυγμα (ubique legitur in gr.; cf. etiam e. g. p. 1837, 29 sqq.)*: ITALA deut. 7, 26 (Aug. epist. 47, 3 p. 133, 6) non conferes -um in domum tuam (*Vulg.* quippiam ex idolo). Is. 1, 13 (Tert. adv. Iud. 5 l. 49) vanum supplicamentum, -um mihi est (*Vulg.* abominatio). I Macc. 6, 7 (cod. X) diruerunt -um [prodigium], quod aedificaverunt super altare (execramen *G*, aspernamentum *L*, *Vulg.* abominationem. *cf. p. 1837, 40*). VVLG. Sirach 15, 13 omne -um erroris odit dominus. **b** *ap. scriptor. alios, i. q. nefas*: FVLG. aet. mund. p. 137, 18 haereticus ... pollutis captus nequitiae -is. AVG. haer. 46 p. 36med. hoc non sacramentum, sed -um (*cf.* LEO M. serm. 76, 7 p. 410A qui ... ad illa non sacra sed -a [exsecranda *l. v.*] perveniunt [AVELL. p. 458, 27]). LEO M. serm. 16, 4 p. 178D patefactum est -um.

exsecrātio (exec-), -ōnis *f.* *ab* exsecrari. *scribitur*: exsec-, exec- *promiscue in codd.* exesecr-: ITALA apoc. 17, 5 (Primas. *cod. F, cf. Haussleiter p. 64*). exegr-: ITIN. Anton. Plac. rec. A 8 p. 164, 14 (*G*). *cf. l. 50.* *de notione*: SERV. Aen. 2, 154 -o ...est adversorum deprecatio, ius iurandum vero optare prospera (*cf.* ISID. diff. 1, 202 inter -em et iurationem). AVG. in psalm. 7, 3 p. 99fin. iurare videtur per -em, quod est gravissimum iuris iurandi genus, cum homo dicit: 'si illud feci, illud patiar'. quaest. hept. 1, 77 (*ad* ITALA gen. 26, 28 [p. 41, 25] fiat -o inter nos et inter te [*ἀρά, Vulg.* iuramentum]), id est iuratio, quae maledictis obstringit, quae accidant ei, qui peieraverit. GLOSS. maledictio, detestatio. *ἀρά (cf. l. 82. p. 1837, 13), κατάρα (cf. l. 79), βδέλυγμα (cf. p. 1837, 29).* *legitur inde a* CIC., SALL., LIV.

I *i. q. actio exsecrandi (potius de statu exsecrabili cf. infra l. 69. 74), devotio*: **A** *vi originaria plus minus vigente fere i. q. vociferatio alqm. (alqd.) sacrum (i. irae deum obnoxium) esse iubentis; tam usu strictiore fere i. q. 'iuratio c. deprecatione dira' (e. g. l. 46. 48. 56. app.* furiale carmen *l. 59. nota accedere enunt. condicionale infra l. 54. 62) quam sensu laxiore i. q. abominatio, detestatio (syn. l. 76. cf. p. 1837, 19 sq. al.), odium (app. infra l. 77. acced. gen. obi. passim, e. g. infra l. 65. 67. 77.* in *c. acc.: l. 58. 60.* adversus: *l. 68.* contra: *l. 71*): **1** *generatim*: CIC. Verr. II 5, 104 ubi fides, ubi -es, ubi dexterae complexusque? Sest. 15 hunc ... Cn. Pompeius omni cautione, foedere, -e devinxerat (*cf.* IVST. 3, 4, 1 ut ... gravissima se -e obstrinxerint. AMM. 27, 5, 9 sub timenda -e iurandi se esse obstrictum. OROS. hist. 1, 21, 4 cum se magnis -bus [exsegr- *D*] devovissent sacramentisque obstrinxissent. *v. etiam l. 33*). Sest. 71 exierunt malis ominibus atque -bus duo vulturii paludati. Pis. 43 Thyestea ... ista -o (*cf.* PORPH. Hor. epod. 5, 86). off. 3, 54 -bus publicis sanctum est. Att. 2, 18, 2 habet ... Campana lex -em in contione candidatorum, si *eqs.* SALL. Catil. 22, 2 Catilinam, ... cum ad ius iurandum *socios* ... adigeret, ... sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse; inde cum post -em omnes degustavissent *eqs.* LIV. 8, 7, 21 ut neque lamentis neque -bus parceretur. 10, 38, 10 iurare cogebant diro quodam carmine in -em capitis familiaeque et stirpis composito (10, 41, 3 dira -o ac furiale carmen detestandae familiae stirpique compositum. 26, 25, 12 diram -em in populares, obtestationem ... adversus hospites composuerunt. 28, 22, 11 -o ... adiecta, si *eqs. al.*). 40, 3, 5 -es ... in regem ... exaudiebantur. *al.* SEN. contr. exc. 8, 6, 3 fletus humanarum necessitatum verecunda -o est (*i. lacrimae hominum calamitates detestantur*). VELL. 2, 22, 2 *deos* in -em Cinnae ... precatus. 2, 46, 3 -es si in ipsum ... valuissent *eqs.* 2, 67, 4 inter -es civium. 2, 79, 6 populi. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 *urbs* inter -em hominis (*i. Alcibiadis*) et admirationem ... fluctuatur. 7, 2 ext. 18 acerbissima -e adversus eos, quos ... oderunt *eqs.* 9, 11 ext. 4 profundo (*dat.*) debitae -is ... efficacibus verbis *adigere*. SEN. dial. 7, 2, 3. epist. 60, 1 inter -es parentum crevimus. PLIN. nat. 19, 6 nulla -o sufficit contra inventorem *navigationis*. QVINT. inst. 11, 1, 84 gemitus aut fletus et -o vitae. PS. QVINT. decl. 11, 6 p. 211, 22. 19, 3 p. 338, 18 in quantam ...-em, in quantam culpam iuvenis inciderit. TAC. hist. 3, 25, 3 saevissimi belli -o. 4, 15, 1 barbaro ritu et patriis -bus universos adigit. PLIN. paneg. 53, 5. GELL. 2, 6, 3 *Busiris* detestatione -eque totius generis humani dignus. MIN. FEL. 14, 6 ut in -em et odium hominum ... efferantur (ITALA Ier. 24, 9 [Ps. Cypr. pasch. 11 p. 259, 14] et dabo eos ... in opprobrium et in ... odium et in -em; *κατάραν, Vulg.* maledictionem). 28, 6 TERT. test. anim. 3 p. 137, 23. scorp. 2 p. 149, 27 idolorum. ITALA Os. 4, 2 (Cypr. testim. 3, 47 p. 152, 15) -o et mendacium ... diffusum est super terram (*ἀρά, Vulg.* maledictum. VVLG. psalm. 58, 13 EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 149, 22). PANEG. 2, 20, 4 Tarquinium -e postrema hoc damnavere maledicto (AVG. serm. 50, 9. 13 p. 332

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

avaritia ... digna -e damnetur. *al. cf. etiam l. 22*). ARNOB. nat. 4, 20 p. 157, 12 *eos ortus* homines et -i habeant et horrori (AVG. serm. 286, 4, 3 OROS. hist. 1, 19, 1. *cf.* CHROMAT. in Matth. 17, 4 p. 368B diabolum semper in -em haberi). AVR. VICT. Caes. 20, 3 *mors scriptoribus* gloriae, -i actoribus est (RVFIN. hist. 5, 1, 15 horrori maximo et -i apud omnes homines esse; *gr. p. 406, 28 πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς*). IVST. 5, 4, 14 deos ..., quorum -bus erat devotus *Alcibiades* (*cf.* 5, 4, 16; *opp.* precibus). *al.* HIL. in Matth. 16, 10 p. 1011B 'absit', quo verbo rerum detestandarum -o continetur. AMM. 17, 10, 7 facturum se imperanda iurandi -e ... promisit. *al.* AVG. c. Pelag. 3, 9, 25 p. 517, 21 *Manichaei* patriarchas ... -bus insectantur. PASS. Paul. 11fin. opera, quae leges Romanae puniunt cum -e. *et al.*

2 *speciatim*: **a** *t. t. rhet.: i. q. ἀρά* (IVL. RVF. rhet. 15 p. 42, 32 *ἀρά*, -o. -o oratoria apud Ciceronem, *seq. Verr. II 1, 40. cf. p. 1838, 42*): CIC. de orat. 2, 288 colliguntur a Graecis alia nonnulla (*sc. ridiculorum genera*): -es, admirationes, mirationes. 3, 205 (*inter sententias orationem illuminantes*) optatio atque -o (QVINT. inst. 9, 2, 3).
b *apud Christianos fere i. q. ἀναθεματισμός*: AVG. epist. 157, 4 p. 451, 12 illud ... anathemandum est et omnibus -bus detestandum. LEO M. epist. 85 Conc.S II 4 p. 45, 2 ut ... Eutychen ... anathematis -e condemnent (*cf.* 93 p. 52, 28 Eutyches iusta -e percellitur. 164 p. 112, 34 hunc ... simili anathemate parique -e damnamus [serm. 28, 5 p. 224B. *cf. p. 1836, 84*]).

B *vi magis debilitata, fere i. q. taedium, aspernatio* (*cf. et l. 2*): PLIN. nat. 18, 44 de terra cariosa -o Catonis abunde indicata est. COD. Theod. 3, 16, 2 pr. *mulier* videbitur sui magis viri id -e quam alieni appetitione fecisse (*cf. p. 1839, 73*).

II *metonymice, i. q. res exsecrabilis*: **A** *in script. sacr. ad reddendum gr. βδέλυγμα. cf. Kittel, Wörterb. z. N. T. I 598 sqq.; v. etiam p. 1836, 11. de homine v. l. 44 sq.*): ITALA lev. 18, 22 (Monac. [*sim.* Lugd.]) cum masculo non cubabis concubitum muliebrem quoniam -o est (*Vulg.* abominatio). Esth. 14, 17 (p. 50, 31 Motzo) non manducavit ancilla tua de mensa -um (*Vulg. aliter*). prov. 21, 27 (Aug. c. Parm. 2, 6, 11 p. 56, 12) sacrificia ... impiorum -o est domino (*Vulg.* hostiae ... abominabiles. *cf.* Is. 1, 13 [Barnab. 2, 5] supplicamentum -o mihi est [*Vulg.* abominatio]. Luc. 16, 15 [cod. e *al.*] quod excelsum est in hominibus, -o est in conspectu dei [*Vulg.* abominatio]. *al.*). Dan. 9, 27 (Tert. adv. Iud. 8 l. 40 *al.*) in sancto -o vastationis (*Vulg.* abominatio. *cf.* Marc. 13, 14 [cod. e k] cum ... videritis -em desolutionis [*Vulg.* abominationem]). I Macc. 6, 7 (rec. B) destruxerunt -em, quam aedificaverunt super altare (*cf. p. 1836, 15*). apoc. 17, 4 (Cypr. hab. virg. 12 p. 196, 11. *al.*) poculum ... plenum -um (*Vulg.* abominatione). 17, 5 (Primas.) mater fornicationum et -um (*Vulg.* abominationum). *al.* VVLG. Sirach 13, 24 -o divitis pauper (*gr. 13, 20*). *et al.*

B *ap. scriptor. alios, fere i. q. nefas, scelus* (*opp.* sacrificium *l. 49*): PS. QVINT. decl. 14, 10 p. 274, 20 bibi miser -is quicquid totiús mortalitatis ira contulerat (*i. venenum exitiosissimum*). LACT. inst. 5, 20, 7 non est sacrificium, quod exprimitur invito; nisi enim sponte atque ex animo fiat, -o est. RVFIN. hist. 5, 19, 2 nova prophetia vel potius -o nova processit (*gr. p. 478, 27 νέας προφητείας ἐβδέλυκται ἡ ἐνέργεια*. OROS. hist. 5, 16, 5 hostes ... castris ... potiti nova quadam atque insolita -e cuncta, quae ceperant, pessum dederunt). AVG. ord. 1, 8, 24 p. 137, 19 arripe illius foedae libidinis et incendiorum venenatorum -em. CONSVLT. Zacch. 1, 19 p. 24, 38 quos talis ausi -o polluisset. CONS.S II 3, 3 p. 43, 24 supplicio fuissemus obnoxii tamquam communicantes tali -e (errori *l. v.; gr. II 1, 3 p. 35, 15 μύσει*). *et al.*

exsecrātīvē *adv.* *ab* exsecrari. *i. q. per exsecrationem*: DON. Ter. Ad. 349 totum -e dixit, ut alii facinore abhorreant.

exsecrātor (exec-), -ōris *m.* *ab* exsecrari. *qui exsecratur, detestatur, odit* (*accedit ubique gen. obi.*): TERT. pudic. 15 p. 252, 12 impuritatis omnis -em et expiatorem *Paulum*. LVCIF. Athan. 1, 27 p. 114, 5 cum te ... esse cernamus misericordiae punitorem, veritatis -em. 1, 37 p. 131, 26 tenebrarum amator, -r luminis. non conv. 5 p. 12, 8 gaudent cuncti dei religionis -es (AVG. cons. euang. 1, 32, 50 p. 54, 13). moriend. 4 p. 291, 22 nos -es blasphemiae. AVG. epist. 105, 5, 17 p. 610, 2 maiores non -es malorum, sed accusatores innocentium fuisse. [**exsecrātrīx**, -īcis *f.* TITIN. com. 47 non -x (*Lindsay dubitanter*; execratis, exscratis *sim. trad.*; excratis *vel* exscrattis *Ribbeck, cf. coroll. LVII*) parasitum nec ⟨quae⟩ virum aspellit (-is *Ribbeck*) domo.]

exsecrātus, -ūs *m.* *ab* exsecrari. *i. q. exsecratio*: PS. RVFIN. in Ioel 2, 15—17 p. 1046B profanis ... nationibus -ui fieri despectuique.

exsecro (exec-), -āvī, -ātum, -āre *et* ***ex(s)ecror**, -ātus sum, -ārī. *ab* ex *et* sacrare. *de scriptura*: exse- *et* exe- *promiscue in codd.* ex(s)acr-: PEREGR. Aeth. frg. Rev. Bén. 26, 1909, 482, 3 exacrant nomina Amalacitarum. GLOSS. *de formis: affertur: inter verba coni. Iae* CHAR. gramm. p. 472, 17 B. *inter verba depon.: ibid.* p. 213, 6 sunt verba activa passivorum figura enuntiata ut ... '-atur'. melius ... erat dicere ... '-at', ut 'obsecrat', quam ... '-atur' (*cf.* p. 464, 30. 479, 14). *formae activae* (*cf.* NON. p. 473, 20): PRISC. gramm. II 392, 13 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem ... activam pro passiva ... habent terminationem, ut ... '-o' pro '-or'. *v. et l. 10. 13 bis. 15. 49. p. 1837, 79. 1839, 24. 45.* GREG. TVR. Andr. p. 838, 36 ego ... sum, qui -bam viam, quam doces. NOT. Tir. 64, 37 -at. *in usu passivo (maxime in p. p. p.): l. 47. 48. 78. p. 1839, 1. 7. 19. 63.* PORPH. Hor. epod. 16, 9. LACT. mort. pers. 22 p. 198, 11 (*v. p. 1840, 3*). ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 327, 7 *Arriani* -antur ab omnibus. AVG. in psalm. 33 serm. 2, 25 p. 322init. CASSIOD. var. 9, 17, 5 GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 148, 14. PASS. coron. 5 non -entur ..., sed magis colantur. *ex doctrina gramm.*: CHAR. gramm. p. 383, 21 B. -o illum. PRISC. gramm. III 322, 11 *κατεύχεσθαι τοῦτον*. nostri 'imprecor' et '-or illum' et 'illi'. *de notione*: GLOSS.L III Abstr. EX 69 -atur detestatur, horret. V Abba EX 3 -at abominatur (*al.*). II Philox. EX 54 -antes *ἀπευχόμενοι*. 68 -amur *καταρώμεθα, ἀποτροπιαζόμεθα, βδελυττόμεθα*. 160 -at *ἀπαγορεύει, ἀφελπίζει* (*?*), *ἀπεύχεται, καταρᾶται*. GLOSS. -bat male dicebat. *ἀρῶμαι. al.* *legitur inde ab* ENN. (*p. 1839, 80*), CATONE (*l. 46*), [*?*TITIN. *v. l. 18*], AFRAN., MANCIA, CIC. [*dub.* (*v. et p. 1134, 22*): TITIN. com. 47 *v. p. 1837, 69.*]

i. q. **sacrum esse iubere, devovere**: **I** *c. not. primigenia plus minus vigente* (*et sensu strictiore, sc. irae deorum obnoxium esse sollemni deprecatione declarare, e. g. l. 30. 34. p. 1839, 5. 6 sq. [nota t. t. rhet. l. 42] et usu dilatato [partim hyperbolico] fere i. q. abominari, detestari [syn. l. 40. 52. 61. 64 al.], odisse [syn. l. 58. p. 1839, 2 al.], aversari [syn. l. 58]. in serm. eccl. i. q. βδελύττεσθαι: infra l. 68. 77. p. 1839, 25. 32 al. i. q. verbis castigare: l. 67. nota fig. etym. l. 54*): **A** *absolute vel cum obiecto supplendo* (*e. g. l. 29. 30.* *acced.* in *c. acc.: l. 35*; ad: *l. 39*): CIC. Vatin. 39 nemo mentionem facit (*sc. tui*), quin -etur. *ibid.* tribules -antur. Pis. 33 quod tibi ... evenit, ut omnes -rentur, male precarentur. Tusc. 1, 106 -atur luculentis ... versibus apud Ennium Thyestes ..., ut ... pereat Atreus (SACR. Leon. p. 377 nimis est -andum, ut *eqs.*). Ov. met. 5, 105 semianimi verba -antia lingua edidit (APVL. met. 9, 26). LIV. 1, 59, 13 Tullia domo profugit -antibus ... invocantibusque ... furias viris mulieribusque. 10, 28, 18 haec -tus in se hostesque (30, 20, 7 inse ... ac suum ipsius caput -tum *esse. cf.* 39, 51, 12 -tus ... in caput [*cf. l. 60*] regnumque Prusiae. *aliter p. 1840, 1*). SEN. dial. 3, 20, 4 ut -entur, insidientur, opprimant. epist. 94, 53. PS. QVINT. decl. 14, 6 p. 270, 14 amabit, cui permiseris, -bitur ille, quem iusseris. COMM. apol. 866 ad populum Christi -antes odio toto. AVG. serm. 162, 2 p. 887init. ut ... -ans atque detestans responderit. CARM. de alphab. 3 -antis ... dira interiectio dicor *littera A.* *nota t. t. rhet.* (*cf. p. 1837, 13 sq.*): CIC. orat. 138 *orator orationem sententiis illuminans sic dicat*, ut deprecetur, ... ut optet, ut -etur.

B *c. obi.* (*v. et l. 27*): **1** *generatim*: **a** *animantia*: CATO orig. 90 duo exules lege ⌊publica [et] -ari⌋ (*Hertz*; ⌊⌋ publicati et -ti *Wagener*, publica condemnati et -ti *Mommsen. v. Prisc. gramm. II 382, 3 ad l.*: passive, *καταραθῆναι*). AFRAN. com. 192 expeirabant, -bant se ac suos (LIV. 25, 14, 5 -tus ... seque et cohortem. VAL. MAX. 3, 2, 20 se ipsum suosque commilitones. TERT. paenit. 1, 5 semetipsos). CIC. Verr. II 1, 121 Sacerdotem -bantur (*cf.* LIV. 31, 44, 6 detestari atque -ari Philippum, liberos eius regnumque. TAC. ann. 6, 41, 2 Artabanum ... ob saevitiam -ti. APVL. apol. 94. PORPH. Hor. epod. 5, 86 diras exsecrationes, qualibus in tragoediis Thyestes Atreum -atur). Pis. 96 tibi pestem exoptant, te -antur (SIDON. epist. 1, 11, 8 aut -antur aut reformidant). leg. 1, 33 Socrates -ari eum solebat, qui ... utilitatem a iure seiunxisset (off. 3, 11. LIV. 8, 12, 1 iuventutem ... aversatam eum -tamque. 9, 5, 13. 26, 31, 5 odistis et ... -amini. SVET. Cal. 30, 3. VVLG. Sirach 16, 9; *ἐβδελύξατο*). Ov. met. 13, 329 licet -ere meumque devoveas ... caput (LIV. 5, 11, 15 caput, domum, fortunas ... -tus detestatusque. *cf. l. 35. 36*). 14, 191 gentem -atur Achivam. LIV. 2, 43, 9 -antes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam. 7, 20, 2 defectionis auctores (TERT. spect. 10 p. 13, 4). *al.* SEN. Phaedr. 566 detestor omnes, horreo, fugio, -or. TERT. nat. 1, 20, 1 p. 92, 4 non agnoscitis, immo insuper -amini vestros. patient. 14 p. 22, 3 (*ad Iob 2, 10*) cum uxorem ... ad prava remedia suadentem -retur (*i. ut stultam castigaret*). ITALA Is. 66, 5 (Rufin. Adamant. 2, 15) qui -antur vos (*βδελυσσομένοις, Vulg.* abicientes). COMM. apol. 720 *pater* -etur odio natum (FIRM. math. 5, 2, 11. *v. l. 40. cf.* OPTAT. 1, 3 p. 4, 21 nos odio habeant et -entur). SPART. Hadr. 8, 10. QVEROL. p. 37, 21 *dominus* temulentum -atur. HIER. epist. 54, 1, 2 ut non tam laudanda sis, si vidua perseveres, quam -anda, si id ... non serves. PRVD. perist. 2, 266. BACHIAR. repar. laps. 21 p. 1059A quisquis tibi hoc suaserit, -are (*imperat.*). COD. Iust. 5, 37, 22, 2c (*a. 326*) nec ... dominos -antur *servi*, sed magis diligunt. *et al.* *nota*: ITALA Iob 9, 31 (Aug. in Iob p. 530, 17) -tum me est vestimentum meum (*ἐβδελύξατο, Vulg.* abominabuntur).

b *res*: **α** *corporeas*: CIC. Phil. 1, 5 eversio illius -tae (*pass.*) columnae. VERG. Aen. 3, 273 terram altricem saevi -amur Vlixi (ITALA gen. 5, 29 [Greg. Ilib. tract. de arca Noe, RevBén. 26, 1909, p. 6, 23] quam -tus est dominus; *ἧς κατηράσατο, Vulg.* cui maledixit). HOR. epod. 16, 18 Phocaeorum ... profugit -ta civitas agros atque Lares patrios (16, 36 haec et quae poterunt reditus abscindere dulces eamus omnis -ta civitas). MELA 1, 43 solem. PLIN. nat. 13, 103

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arbor ... mālum ferens -tum (*pass.*) aliquis odore et amaritudine, aliis expetitum (*cf.* Tert. adv. Marc. 4, 23 p. 498, 7 qui semen odit, fructum quoque -etur). Calp. decl. 4 p. 5, 20 limen patris. Min. Fel. 11, 4 *Christiani* -antur rogos et damnant ignium sepulturas. Porph. Hor. carm. 2, 13, 1 -atur hac *ᾠδῇ* arborem. Ps. Cypr. mont. 3 p. 106, 10 civitas (*i. Hierusalem*) ... per Esaiam prophetam spiritali verbo -ta (*pass.*) et derelicta. Avr. Vict. Caes. 2, 2 urbes et conventus -atur *Tiberius*. Rvfin. hist. 3, 6, 26 -amini cibos meos (*gr. p. 210, 5 ἀποστρέφεσθε*). Svlp. Sev. dial. 2, 3, 5 locum caedis. *β incorporeas* (*cf. p. 1838, 52. 63*): Mancia or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 vidi ... Perpennam saevitiam tuam -antem (Apvl. met. 6, 10). Sall. Catil. 48, 1 plebs ... Catilinae consilia -ari, Ciceronem ad caelum tollere. Verg. Aen. 11, 217 dirum -antur bellum Turnique hymenaeos (Porph. Hor. epod. 16, 11. Ps. Avr. Vict. epit. 1, 10 turbas, bella, simultates. *cf.* Ivst. 13, 1, 7 belli pericula). Ov. Ib. 93 fictum -antia nomen vota. Liv. 40, 10, 1 -are (*imperat.*) ... cupiditatem regni. Sen. contr. 2, 7, 6 omne ornamentum veluti causam ... iniuriae. Vell. 2, 66, 5 tuum in eum factum -bitur (Ivst. 8, 1, 10). Sen. dial. 7, 25, 3 non ... aliquem -bor diem (Clavd. Don. Aen. 2, 130 p. 164, 8 dies ... -ta [*pass.*]). 10, 6, 1. 11, 16, 6 fatum. epist. 22, 9. Petron. 7, 4 -tus ... aniculae insidias. 103, 5 omen (Apvl. met. 2, 26). Qvint. decl. 374 p. 414, 14 inertiam. Frontin. (?) strat. 4, 5, 16 -tus in consule Romano captivitatem. Vlp. dig. 4, 7, 4, 1 lites. Tert. spect. 17 p. 19, 11 impudicitia. *al.* Itala Esth. 14, 16 (p. 51, 4 Motzo) -or (-o *l. v.*) illud tamquam pannum fluxationis mulieris (*gr. 4, 17ʷ βδελύσσομαι, Vulg.* detester). Rom. 12, 9 (Pelag. in Rom. 12, 9 p. 97, 3) -antes malum ([*ἀποστυγοῦντες, Vulg.* odientes]. Rvfin. Adamant. 4, 2 p. 141, 11; *παραιτούμενον*). Cypr. hab. virg. 16 p. 199, 13 -aris canitiem *crinium* (*cf. p. 1840, 46*). Lact. inst. 2, 13, 3 iniustitiam (*cf.* Cassiod. Ios. antiq. 15, 6 p. 436 iniquitates et contumelias; *gr. 15, 135 μισεῖν*). Qverol. p. 36, 11 furtum ... tamquam aliquod scelus. Amm. 26, 10, 9 infaustam victoriam. Vvlg. psalm. 55, 6 tota die verba mea -bantur (*ἐβδελύσσοντο*). Rvfin. hist. mon. 1 p. 396ᶜ mens ... mendacium fugat, -atur invidiam. Cod. Theod. 10, 10, 12, 2 *odium*, quo universas delationes -amur. Novell. Theod. 18 pr. licet nos illud adverteret -ari ... vectigal. Pomer. 3, 10, 2 p. 489ᴬ -antur verbo, quod animo concupiscunt. *et al.*

2 *speciatim*: **a** *in religione* (*Christiana praeter l. 42. 43*): *α daemones, idola sim.*: Itala Rom. 2, 22 (Pelag. in Rom. 2, 22 p. 25, 14) qui -aris idola (*βδελυσσόμενος, Vulg.* abominaris. Svlp. Sev. chron. 1, 43, 8). Lact. inst. 4, 27, 11; *opp.* colendum. 4, 27, 14 idem sunt daemones, quos fatentur -andos esse, idem dii, quibus supplicant. epit. 16, 2 quae (*i. Robigo, Febris sim.*) non sacranda sunt, sed -anda. Tit. libr. Ps. Tert. de -andis gentium diis. Greg. Tvr. vit. patr. 8, 4 p. 694, 26 *daemonium* verbis acerrimis ... -vit (*l. v.* -tus est). *β Christum*: Avg. in Iob p. 574, 23 -anda facies ... Christi est his, qui eius praecepta cum contemptu exhorrent. Praedest. 1, 30 p. 597ᶜ *Alogii* dei verbum, dei filium ... quasi blasphemiam -antur. *γ haereticos eorumque falsam doctrinam et sim.* (*cf. infra l. 62. 64*): Cypr. unit. eccl. 9 p. 218, 10 *de ecclesia discedentes* -atur et percutit Iohannes apostolus (*cf. I Ioh. 2, 19*). sent. episc. 31 p. 448, 10 haereticos blasphemos ... -andos censeo et ideo exorcizandos et baptizandos (Firmil. Cypr. epist. 75, 6 p. 814, 1. Ioh. Maxent. Conc.ˢ IV 2 p. 51, 3 *ecclesia episcopum talem* ut haereticum ... -retur. *al.*). epist. 73, 15 p. 789, 6 -ari et detestari haereticorum ... pravitatem (*cf.* Synod. Hil. coll. antiar. p. 129, 2 Arrianam et Eusebianam haeresim. Cod. Theod. 16, 5, 60 *haereticorum* errorem -amur et nomen. *sim. al.*). Hil. coll. antiar. p. 62, 29 -ari ... ac perhorrere. p. 73, 5 hos ... anathematizat et -atur ... ecclesia. Praedest. 1, 49 p. 605ᶜ Arium (*cf.* Pass. Petr. Paul. long. 13 Simonem magum; *βδελύττεσθαι*). Pallad. hist. mon. I 36 p. 322ᴰ -antes flagitiosi animi ... doctrinam (*gr. aliter*). *et al.* *sim.*: *-ant Christianos gentiles*: Comm. apol. 884 *Christianos* -tos (*pass.*) victimam ducunt *gentiles*. *religionem gentilium -ant Christiani*: Lact. epit. 50, 1 *Christiani* publicas religiones a maioribus traditas -antur. *δ praecepta divina, fere i. q. non observare*: Itala Is. 1, 14 (Ps. Cypr. adv. Iud. 5) ferias et ieiunium -atur anima mea (*μισεῖ, Vulg.* odivit). Avg. gen. c. Manich. 1, 22, 33 et illi ... carnaliter observando et isti carnaliter -ando sabbatum non noverunt. in Iob p. 574, 22 (*ad Iob 30, 10*) longe facti sunt a iustitia peccando et praecepta iustitiae malis moribus -ando. Salv. eccl. 4, 49 mavult ... improbus -ari legem, quam emendare mentem.

b *virum vel nuptias* (*cf. et l. 13. p. 1837, 27*), *i. q. aspernari*: Firm. math. 5, 2, 11 p. 23, 6 osores ... mulierum ... et qui coniugales -entur affectus. Filastr. 48, 2 p. 25, 21 generationem hominum -atur et ius nuptiarum legitimum abicit. Avg. grat. Christ. 24, 25 p. 145, 2 Esther ... -batur cubile. Pass. Barth. 4 p. 135, 4 *Maria* virgo cum -retur omnem virum (*οὐκ ἔγνωσεν*).

II *c. not. immutata*: **A** *fere i. q. consecrare* (*sc. in bonam partem, praep.* ex *vim perfectivam exhibente*): Enn. scaen. 401 cui (*i. Iovi*), quod in me est, -bor, hoc quod lucet, quidquid est.

B *i. q. profanare* (*quasi 'ex sacro non sacrum facere'? sc. c. vi praep. privativa*): Itala lev. 18, 21 (Lugd.) non -beris nomen sanctum (*βεβηλώσεις, Vulg.* pollues).

C *i. q. exprobrare*: Greg. Tvr. Franc. 4, 6 p. 139, 20 in eum vanam gloriam -antes discesserunt.

structurae: alqm. pro *alqo.*: Lact. mort. pers. 22, 4 qui eas (*i. litteras*) noverant, pro inimicis ... protriti et -ti. *acced.*: tamquam: *p. 1839, 24. 31.* quasi: *p. 1839, 48.* veluti: *p. 1839, 17.* *pendet inf. pass.*: Ps. Avg. quaest. test. I 126, 7 p. 395, 5 Christus -atur peccari. *sententia per* ut: *p. 1838, 31.*

p. praes. **exsecrāns**, -antis. *pro adi.*: *p. 1838, 32.* *pro subst. m.*: *p. 1838, 41.*

p. p. p. **exsecrātus**, -a, -um. *pro adi.*: Char. gramm. p. 380, 6 B. ex praeterito ... participiorum nomina fiunt appellativa, quae ... secundae sunt declinationis ... velut ... -us. *superl. v. l. 17. 18.* Synon. Cic. p. 435, 30 B. sceleratus, immanis, facinorosus, flagitiosus, infandus, -us.

fere i. q. devotus, exosus (*syn.* detestabilis: *l. 16*): Cic. Phil. 2, 65 non te -um populo Romano, non detestabilem ... esse ... scias? Scrib. Larg. 199 proprium est ... illud -issimi pharmacopolae. Plin. nat. 28, 27 sunt condita auguria ... inter -issima. *pro subst.*: Vvlg. apoc. 21, 8 timidis ... et incredulis et -is (*ἐβδελυγμένοις*).

gerundiv. ˣ**exsecrandus**, -a, -um *pro adi.* *superl. infra l. 39.* *neutr. pro subst. infra l. 49. 51.* Gloss. -a abominanda. [*e coni.*: Edict. impp. Diocl. et Maxim. coll. Mos. 6, 4, 2 instinctu -andae (*Schulting*, exercendae *codd.*) libidinis.]

i. q. exsecratione dignus, abominabilis (*syn. l. 31. 40. 47*), *detestandus* (*infra l. 62*), *turpis* (*syn.*: obscaenus *infra l. 48. opp.*: pius *l. 45. v. etiam l. 37*): **1** *generatim*: **a** *de animantibus vel partibus eorum*: Apvl. met. 8, 29 *sacerdotes* nudatum ... iuvenem -is oribus (*sc. irrumationi*) flagitabant. Clavd. Don. Aen. 2, 765 p. 251, 11 praesentibus -is custodibus. Vvlg. lev. 11, 11 quidquid ... pinnulas ... non habet, ... abominabile vobis et -um erit. Avg. pecc. mer. 2, 6, 7 p. 78, 11 ab ... -ae dominae (*i. iniquitatis*) servitute liberantur.

b *de rebus*: *α corporeis*: Apvl. met. 9, 19 -o metallo (*i. auro*) pudicitiam suam ... auctorata est. Sol. 15, 4 *anthropophagis* -i cibi sunt humana viscera. Drac. Orest. 688 domus ... -a prius, sed post veneranda manebis. *β incorporeis*: Sen. Phoen. 639 -um victor admittit nefas (Tro. 44 regiae caedis. Salv. gub. 7, 83 -issimum). Plin. nat. 17, 96 pessima atque -a res (Cypr. epist. 76, 2 p. 829, 5 *al.* Caes. Arel. serm. 23, 2 p. 99, 27 -a et abominabilis). Apvl. met. 8, 29 -as foeditates. Vlp. dig. 47, 9, 10 -am praedam *piscatorum*. Porph. Hor. sat. 2, 3, 181 testimonium malum et -um. Cypr. epist. 13, 5 p. 507, 20. Evtr. 6, 19, 1 bellum civile ... -um et lacrimabile (*cf.* Avg. civ. 2, 25 p. 90, 5 D. nefandorum proeliorum strages -a). Clavd. Don. Aen. 10, 495 p. 356, 8 amores pii, non odia -a. *al.* Maximin. c. Ambr. 116 canitiem -am (*cf. p. 1839, 28*) et senectutem ... abominabilem vociferabantur (*cf.* Drac. laud. dei 3, 338 -a senectus). Rvfin. hist. 1, 8, 7 tentigo obscaena ... et -a. Svlp. Sev. chron. 1, 38, 2 multa ... in domum familiamque eius -a acciderunt. Mart. Cap. 5, 504. Cod. Theod. 10, 10, 2 delatorum -a pernicies. Evstath. Bas. hex. 8, 8 p. 956ᴬ quid non auribus percipit -um? (*gr. p. 185ᶜ τῶν ἀτόπων*). Pallad. hist. mon. I 25 p. 310ᴬ dedecoris -i magnitudinem (*p. 117, 13 B. ἀσχημοσύνης*). 51 p. 334ᴰ -as ei criminum calumnias excitarent (*p. 158, 7 ἀθέμιτα*).

2 *speciatim*: *c. respectu religionis Christianae*: Lact. epit. 49, 3 cum ... ad -a sacrificia consenserint (Cod. Theod. 16, 10, 23. *cf.* 16, 10, 25 hostiarum immolationibus. Evcher. pass. Acaun. 2 -is gentilium ritibus deditus). Synod. Hil. ad Const. 1, 2, 2 non polluantur aut contaminentur -is blasphemiis (1, 5, 1). Filastr. 49, 5 -a ... impietas (Avg. anim. 2, 3, 6 p. 340, 16 -ae impietatis errorem. *cf.* Leo M. serm. 42, 6 p. 280ᴮ -um errorem). Prvd. perist. 11, 29 -a Novati scismata. Avg. anim. 2, 9, 13 p. 347, 23 detestanda et -a doctrina. Consvlt. Zacch. 1, 38 p. 47, 6 -ae abominationis templa vacuentur. Cod. Theod. 16, 5, 7, 3 eos ... notabiles atque -os haberi scelere sectarum. *al.* Cod. Iust. 1, 11, 7 pr. (*a. 451*) infandis -isque simulacris honorem ... reddi. *et al.*

deriv.: exsecrabilis, ?exsecramen, exsecramentum, exsecratio, exsecrative, exsecrator, exsecratus.

exsectio (exec-), -ōnis *f.* *ab* exsecare. *scribitur* esec-: Soran. p. 110, 9 post -em *haemorroidum*.

i. q. actio exsecandi vel amputandi: **1** *acced. gen.*: **a** *obi.*: *α rei arte factae*: Cic. Cluent. 180 -o ... fundi (*cf. p. 1833, 43*). *β partium corporis humani* (*cf. et l. 70.* *explorandi causa e. g. l. 77. cf. et l. 84*): Cic. Cluent. 191 -o linguae. Arnob. nat. 5, 14 p. 186, 20 mammarum ... -es, amputationes ..., veretrorum. Chalc. comm. 246 p. 279, 17 qui ad comprehendendam ... naturae sollertiam artus humani corporis facta membrorum re rimati sunt. Hil. in Matth. 4, 21 p. 939ᴮ cordis. Clavd. Don. Aen. 4, 705 p. 421, 31 crinis. Avg. enchir. 89, 23 si unguibus *redit*, quod totiens dempsit -o. **b** *accedit gen. subi.*: *fere i. q. ictus gladii* (*cf. p. 1832, 56*): Hil. in Matth. 10, 24 p. 976ᶜ cum ... baptismi lavacro ... ab ... peccatis ... separamur recisique quadam -e gladii dei a patris et matris affectionibus dissidemus. **2** *absolute*: *i. q. sectio, exploratio corporis, gr. ἀνατομή* (*cf. l. 73. c. gen. l. 77*): Tert. anim.

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10, 4 p. 313, 3 inter artificia -is. CHALC. comm. 246 p. 279, 22 qui ... primus -em adgredi est ausus.

exsector, -ōris *m.* *ab* exsecare. *i. q. castrator* (*cf. p. 1833, 25. 78*): APVL. met. 8, 15 detestabilem illum -em virilitatis meae. *Oellacher†.*

***exsecūtio** (exe-), -ōnis *f.* *ab* exsequi. *scribitur*: exe- *saepissime.* -qu(u)-: OPTAT. 6, 5 p. 152, 18 (*C*). AVG. un. eccl. 20, 54 p. 302, 6 (*O*). *al.* *de notione*: GLOSS. effectus. *ἐκβιβασμός.* *legitur inde a* SEN. contr. (*p. 1843, 61*), SEN. epist., PLIN. nat. *saepe ap. ICTos.*

[*confunditur c.*: excusatio *saepissime, e. g.* SEN. contr. 7 praef. 2 FORTVN. rhet. 2, 22 p. 114, 17 OPTAT. 6, 5 p. 153, 1. *cf. et l. 31.* exsecratio: EVCHER. pass. Acaun. 3 p. 167, 6. *dub.*: BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 159, 14 *v. p. 1843, 43.*]

I *i. q. actus alqd. persequendi, curandi, agendi*: **A** *in universum*: **1** *sensu pleno*: SEN. epist. 94, 34 ipsum de malis bonisque iudicium confirmatur officiorum -e (TERT. orat. 19 p. 192, 11 participatio sacrificii et -o officii. *aliter p. 1842, 25*). TERT. adv. Iud. 3 l. 77 nova ... lex *Christi* ... belli pristinam in aemulos legis et hostes -em in pacificos actus arandae et colendae terrae reformabat. PANEG. 6, 19, 6 adeo nihil periculi in vindictae -e metuebant *milites*, ut *eqs.* (*aliter p. 1842, 20*). DON. Ter. Andr. 34, 1 commendatorum fida -o vel observantia (*cf.* SYMM. epist. 4, 63, 1 mandati mei). CLAVD. DON. Aen. 12, 30 p. 552, 23 promissi. AMBR. vid. 2, 11 p. 238B omnis -em boni operis flagitavit (*cf. iuxta pos.* officium, studium, obsequium, ministerium, subsidium). HEGES. 1, 12, 4 p. 19, 10 ut matrem ab -e praecepti severioris ad molliora inflecteret (*gr. aliter.* 1, 22, 3 p. 36, 1 VICTRIC. 2. *cf. p. 1842, 18sq.*). 1, 45, 10 p. 125, 12 ne ... scelesta imperia ... -o destitueret (*gr. aliter*). COD. Theod. 16, 10, 7 qui ... templum ad huiuscemodi sceleris -em (*Mommsen,* excusat- *trad.*) adsumendum crediderit. **2** *sensu coartato: fere i. q. actio*: AMBR. Noe 11, 38 p. 437, 8 ubi mens sui arbitra est, bonae sunt cogitationes, bonae -es. GENNAD. dogm. 42 (JThSt. 7, 1906) p. 97 cum *caro* sit creatione bona, arbitrio animae efficitur nobis vel bona vel mala, non mutatione substantiae, sed -is mercede.

B *technice*: **1** *fere i. q. administratio, potestas executoria*: TAC. ann. 3, 31, 5 -em eius negotii libens suscepit *Corbulo* (*spectatur tam itinerum restituendorum munus et cura quam totius rei perferendae administratio et iurisdictio*). 15, 25, 3 Syriae ... -o Cestio, copiae militares (*opp.*) Corbuloni permissae.

2 *in re iudiciaria*: **a** *sensu generali: de actione ius (suum vel alterius) persequendi, vindicandi, postulandi; causam, litem sim. agendi*: **α** *nude*: NERAT. dig. 5, 3, 57 *litigator*, qui in -e tardior venit adversus priorem victorem. VLP. dig. 47, 10, 17, 14 si patér lite contestata coeperit ... neclegere -em. COD. Theod. 6, 4, 17 pr. Constantinum sanxisse ..., ut ... nullam -em haberent feminae (*i. fere potestatem agendi in iure*). COD. Iust. 3, 12, 9, 1 dominicum ... diem ... ita decernimus venerandum, ut a cunctis -bus excusetur (*seq.*: admonitio ... exactio ... apparitio ... advocatio *eqs.*). **β** *c. gen.*: *explic.*: VLP. dig. 47, 10, 13, 1 iuris ... -o non habet iniuriam (50, 16, 178, 2 iuris ordinarii). *obi.*: AFRIC. dig. 13, 4, 8 *stipulationis* (PAVL. dig. 45, 1, 66 non est -o stipulationis danda). GELL. 20, 1, 15 -o iustae talionis. SCAEV. dig. 49, 1, 28, 2 omnis -o huius *causae* ad adultos pertineat (GREG. M. epist. 9, 149 p. 150, 26). VLP. (Iulian.) dig. 39, 1, 5 pr. pupillo non esse operis novi nuntiationis -em dandam (*item per brachyl.*: PAVL. dig. 39, 1, 19 -e operis novi. *al.*). 47, 10, 17, 22 -em litis ei dandam (INST. Iust. 4, 18, 1 publica ... dicta sunt *iudicia*, quod cuivis ex populo -o eorum plerumque datur. *v. l. 53*). PAVL. dig. 45, 1, 85 pr. obligationis. COD. Iust. 12, 60, 6, 1 duorum ... negotiorum -em suscipere (GREG. M. epist. 3, 8 p. 169, 3).

b *sensu hostili: fere i. q. persecutio, animadversio criminis, delicti* (publica *l. 73. c. gen.: obi. l. 65. 70. 75. subi. l. 74*): COD. Iust. 9, 45, 1 (*aet. Carac.*) qui ... causa ordinata ... ab -e criminis destitit (VLP. dig. 47, 9, 1, 1 quamquam sint [*v. l. 74*] de his facinoribus ... criminum -es [*an interpol.? cf. Albertario, Publ. Univ. Mediolan. ser. 2, vol. 3, 1924, p. 64*]. COD. Iust. 9, 22, 2 [*a. 223*] salva -e criminis. 9, 34, 4 pr. [*a. 244*] extraordinariam ... -em. *al.*). VLP. dig. 47, 1, 1, 1 -o ... quorundam delictorum heredibus data est (50, 16, 131, 1 poenam ... unusquisque inrogare potest, cui huius criminis sive delicti -o competit). 47, 10, 7, 1 de ea re ... quae habet publicam -em. 47, 10, 15, 9 si incertae personae convicium fiat, nulla -o est (*i. fieri potest; cf. l. 66*). 47, 11, 8 crimina, quae ad -em praesidis pertinent (*ibid.*: huius rei -o praefecto urbis ... data est).

II *i. q. actus alqd. ad finem vel effectum perducendi, perficiendi (sc. legem, sententiam, decretum [imperatoris p. 1842, 19; papae p. 1842, 23], poenas. sim. de -e dei iudicis l. 82): in re iudiciaria*: **A** *generatim*: **1** *nude*: VLP. dig. 42, 1, 4, 4 manebit ordo -is. *ibid.* consequens erit dicere non cessare -em. 43, 4, 3, 1 uti et extraordinaria -e. TERT. anim. 35, 3 p. 361, 4 iudex te tradat angelo -is et ille te in carcerem mandet infernum. AMM. 27, 7, 6 ob -em a iudice recte maturari praeceptam. COD. Theod. 1, 2, 6 (= Iust. 1, 22, 4) non cognitio, sed -o mandatur (AVELL. p. 16, 8). 1, 6, 11, 1 -em ... militarem (NOVELL. Valent. 1, 3, 2 inmitis. *al. cf. et l. 30. 55*). 5, 7, 2, 4 facilis (CONST. Sirmond. 16). EVCHER. pass. Acaun. 3 p. 167, 6 ubi ... cognitum ... ab eis est iniungi sibi ... -es profanas (*cf.* COD. Iust. 12, 20, 4, 2 publicae -is sollicitudo). CASSIOD. var. 4, 47, 6 -e tua supra dicta condemnatione puniatur (GREG. M. epist. 9, 119 p. 123, 9. *cf.* 2, 47 p. 148, 25 sua. *al. v. et l. 24*). GREG. M. epist. 9, 204 p. 192, 15 eum ... districta faciatis -e constringi (10, 4 p. 239, 26 *al.*).

2 *c. additam.: gen.*: **a** *obi.*: FRONTIN. aq. 130 opto ne -o legis necessaria sit (VLP. dig. 43, 29, 3 pr. neque hoc interdictum aufert legis Fabiae -em. COD. Theod. 16, 5, 46 -em praesentis legis omiserit. LEO M. epist. 15 pr. p. 680A). PAPIN. dig. 16, 2, 16, 1 iudicati (VLP. dig. 42, 1, 15, 5 COD. Iust. 7, 58, 4 *al. cf.* COD. Iust. 7, 53tit. de -e rei iudicatae. INTERPR. Paul. sent. 1, 2, 4). TRYPH. dig. 4, 4, 37 pr. poenarum (*al.*). MOD. dig. 22, 1, 41 pr. tutor condemnatus per appellationem traxerat -em sententiae (SYMM. epist. 2, 87 CLAVD. DON. Aen. 12, 600 p. 622, 12 iudicis officium tenuit, in -e sententiae suae *eqs.*). SYMM. rel. 31, 2 eo mortuo, ad quem sacri praecepti (*v. p. 1841, 77*) -o pertinebat (OROS. hist. 7, 42, 16 p. 558, 19). 38, 2 ipsum quaesitorem crimini dedit cum -e vindictae (*cf. p. 1841, 21*). AMBR. epist. 27, 19 p. 1046B a persecutione criminis et ab -e supplicii destiterunt. COD. Iust. 1, 40, 12 (*a. 412*). LEO M. epist. 85 Conc.S II 4 p. 44, 24 quibus -em nostrae dispositionis iniunximus.

b *subi.* (*cf. adi. poss. supra l. 6*): OPTAT. 6, 5 p. 152, 18 per iudicia saecularia ... divinae legis instrumenta -e officiorum (*i. officialium, aliter p. 1841, 17*) ... extorquenda esse duxistis (AVG. un. eccl. 20, 54 p. 302, 6 per iussa iudicum et -em officiorum. COD. Theod. 11, 30, 65 quam legem nisi ... universorum iudicum et officiorum -o devota servaverit *eqs. al.*). COD. Theod. 1, 21 (23 Kr.), 1 (= Iust. 1, 46, 1) numquam ... negotiis privatorum vel tuitio militis vel -o tribuatur (COD. Iust. 3, 13, 5, 1 [*a. 397*] militum. *cf. supra l. 1*). 6, 27, 11 -em agentis in rebus inconsultis nobis nemo mereatur, concessam vero quisquam revocare non audeat (CONST. Sirmond. 12). 7, 18, 8, 2 per ordinarii iudicis -em (SVLP. SEV. chron. 2, 47, 5 decretis atque -bus. LEX Visig. Eur. 312). CASSIOD. var. 9, 18, 1 indulta -e saionum.

B *speciatim*: **1** *c. respectu pecuniae debitae, quae post sententiam ab exactore repetitur, fere i. q. exactio* (*cf. p. 1853, 8*): SCAEV. dig. 15, 1, 51 cum ... eventus -is possit esse incertus (*v. totum loc.*). PAVL. dig. 45, 1, 132 pr. nec ipsi deneganda erit debitae pecuniae -o. COD. Theod. 6, 2, 20. 11, 30, 14 (= Iust. 7, 62, 18) fisci debitores ... vim -is eludunt (11, 30, 64 pr. solam fisco -em superesse). **2** *c. respectu officii exsecutoris (v. p. 1845, 12sqq.), quod ad causam, actionem instituendam pertinet, fere i. q. conventio, admonitio sim.*: SVLP. SEV. chron. 2, 49, 2 Ithacius ... iussus ... per atrocem -em deduci trepidus profugit ad Gallias. CASSIOD. var. 2, 21, 4 devotio tua ... Domitium moderata -e conveniat, ut *eqs.* (4, 32, 2). 8, 24, 2 diaconum ... tanta -is acerbitate compulsum. COD. Iust. 12, 29, 3, 4 quotiens ... scholares ... moneantur, nihil ⟨pro⟩ (*inser. Cuiacius*) ipsa -e sportularum nomine ... eos ... praebere decernimus. LEX Visig. 8, 3, 15 iudicis -e venire cogatur.

C *metonymice*: **1** *i. q. exsecutor, officialis cui -o mandata est*: OPTAT. 6, 5 p. 153, 1 non vereor ... dicere, quod vobis postulantibus gentilis -o non potuit ignorare (*cf. Blomgren, Eranos 37, 1939, 86*[1]). COD. Theod. 1, 6, 11 pr. nihil sibi intra urbem agendum praesumat -o militaris (NOVELL. Maior. 2, 2 inmitis adparitor et -o m.). LEO M. epist. 14, 1 p. 670B missa -e terribili ... a sacris ecclesiae adytis ... extraheretur sacerdos. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 36, 4 imperatores Christiani subdere debent -es suas ecclesiasticis praesulibus, non praeferre. EPIST. pontif. 653 Löwenfeld 10 -o deputata conveniet (GREG. M. epist. 11, 24 p. 285, 3). CASSIOD. var. 5, 8, 2 ad Faventinam civitatem civilem -em te praecipimus destinare, ut *eqs.*

2 *i. q. munus vel dignitas exsecutoris*: COD. Iust. 3, 2, 3 pr. omnibus iudicibus licentiam praestamus ... exsecutores si cessaverint causas eis instructas offerre, et removere ab -e eos et alios idoneos supponere. **3** *i. q. poena, supplicium*: COD. Iust. 5, 37, 10 (*a. 230*) graviorem -em adhibere (2, 30, 3, 1 [*a. 260*]). *apud Christianos i. q. animadversio, punitio*: TERT. scorp. 4 p. 152, 17 divinarum et denuntiationum (*i. minarum*) et -um intentionem. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 24 si comminatio non potest sine -e *eqs.*

iuncturae *verbales (selectae) ad I et II*: **1** *per casus: nom.*: -o: cessat: *p. 1841, 80.* competit *alci.*: *p. 1841, 72.* est (*fere i. q. fieri potest*): *p. 1841, 74.* fit: COD. Theod. 6, 28, 4. pertinet ad: *l. 19. p. 1841, 55 al.* provenit: COD. Theod. 5, 7, 2, 4. *acc.*: -em: adhibere: *l. 66.* auferre: *l. 11.* committere: HEGES. 1, 43, 5 cui ... filius ... -em commiserat, ut ... Herodes extingueretur. concedere: *l. 32 al.* dare: *p. 1841, 58. 70 al.* deferre: AVELL. p. 53, 9. CONST. Sirmond. 16 saluberrimae sanctionis. denegare: *l. 39.* implere: CLAVD. DON. Aen. 1, 300 p. 65, 14 (*cf. p. 1843, 39*). *al.* indulgere: *l. 35 al.* iniungere: *l. 3, 23 al.* mandare: *p. 1841, 84.* neclegere: *p. 1841, 46.* omittere: *l. 12.* poscere, praebere: COD. Iust. 3, 13, 5, 1. praestare, referre: COD. Theod. 12, 1, 162. revocare: *l. 33.* suscipere: *p. 1841, 61 al.* suspendere: COD. Theod. 11, 36, 25 *al.* trahere: *l. 16.* tribuere: *l. 30.* COD.

[P. Schmid]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iust. 1, 4, 8 definitioni *episcopali*. *dat.*: -i: mandare (*pass., syn.* valere *l. 4*): NOVELL. Theod. 3, 9 quae ... lata sunt, ... celeri -i mandentur. COD. Iust. 7, 63, 2, 4 iudicata congruae -i. 11, 54, 1, 2 formam ... valere atque -i mandari. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 199, 27 constituta. tradere: COD. Theod. 6, 22, 8, 1 (2 Kr.) legem. *al. cf.* NOVELL. Iust. 123, 21 pr. -i perfectae contradi (*gr. ἐκβιβασμῷ τελείῳ παραδίδοσθαι*). **2** *per praepp.*: ab -e: appellare: COD. Theod. 11, 36, 25 (= Iust. 7, 65, 5 pr. *et* 3). *et saepe. cf.* COD. Theod. 11, 36, 30 provocare. *ad rem v. Gradenwitz, ZSavSt., Rom. Abt. 38, 1917, 36 sqq.* desistere: *p. 1841, 66. 1842, 22.* removere: *p. 1842, 64.* ad -em: pertinere: CONST. Sirmond. 1 *iudicatum* ad -em volumus pertinere (pervenire *l. v.*). *v. et p. 1841, 74sq.* in -em: ducere: COD. Theod. 11, 31, 6 iudicata (*cf.* 9, 40, 15 in effectum -emque perduxerint. 16, 5, 43 *decreta* in -em plenissimam effectumque deduci). mittere: NOVELL. Valent. 8, 1, 24 sententiam. EPIST. pontif. Arel. 37 p. 57, 2.

III *i. q. actus alqd. exercendi, colendi*: HEGES. 1, 37, 5 p. 76, 15 crudelitatis (*gr. aliter.* 1, 45, 12 p. 126, 20). 2, 17, 1 p. 179, 20 odiorum in suos. EPIST. pontif. 385 Conc.S I 2 p. 99, 21 felix imperium cui militat -o divinorum (*cf.* SACR. Leon. p. 437 caelestis -o sacramenti). ENNOD. dict. 23, 1 p. 497, 4 in iusti -em doloris ... factum ... vindicavit. opusc. 1, 15 p. 265, 23 quis hanc civilitatem credat inter familiares tibi vivere plena -e virtutis? GREG. M. epist. 5, 39 p. 327, 5 veritatis. 11, 4 p. 264, 13 iustitiae.

IV *fere i. q. explanatio, demonstratio sim. quae verbis fit*: **A** *generaliter*: **1** *i. q. expositio sim.* (*opp.* brevitas *l. 34*): SEN. epist. 52, 15 desiderat enim propriam et longam -em, quemadmodum populo disserendum. QVINT. inst. 5, 13, 27 numquam ... adversariorum dicta ... loci alicuius -e adiuvemus. PLIN. epist. 8, 14, 6 -o prioribus *sententiis* aliquid addentium (*gen. subi.*). ITALA II Macc. 2, 30 (rec. LX) ingressum et -em facere sermonum et curiose per partes suas inquirere (*gr. περίπατον ποιεῖσθαι λόγων, Vulg.* ordinare sermonem). AQVILA rhet. 2 p. 23, 20 non de universo loco, sed de -e singularum rerum loqui (VVLG. II Macc. 2, 31 brevitatem ... dictionis sectari et -es rerum vitare; *gr. τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας*. AVG. quaest. hept. 2, 71 p. 137, 7 huius rei diligentiorem -em. ENNOD. opusc. 5, 17 p. 398, 7 de saecularium rerum ventosa -e). EMPOR. rhet. p. 564, 3. 566, 17 SCHOL. Hor. ars 241. SCHOL. Cic. Bob. p. 81, 32 in praesenti -e. p. 110, 10 demonstrativae qualitatis implet -em (*cf.* CASSIOD. in psalm. 134 div. p. 961B genus demonstrativum ... mirabili -e completur). p. 123, 14 interrupit -is cursum. p. 171, 23 copiosissima et vehemens. *al.* CLAVD. DON. Aen. 2, 10 p. 146, 28 AVG. gen. ad litt. imperf. p. 465, 17. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 159, 14 id ipsum cuius ⌊-em⌋ (⌊exequi quaestionem⌋ *l. v., an recte?*) se differre promisit *eqs.* **2** *i. q. enumeratio*: PLIN. nat. 35, 53 celebres in ea arte (*i. pictura*) quam maxima brevitate percurram; neque enim instituti operis est talis -o. AVG. civ. 11, 9 p. 473, 1 D. in -e eorundem operum *dei* etiam angeli nominati sunt. **3** *i. q. descriptio (v. l. 50), repraesentatio*: SCHOL. Stat. Theb. 5 praef. p. 256, 12 pueri Archemori descriptio et draconis terrigenae -o occidentis Archemorum. **4** *de (logica) deductione in ratiocinatione geometrica*: AGENN. grom. p. 25, 19 geometria ... manifestis ... rationi[bu]s -bus declarat ⟨rat⟩ionalium materiam. **5** *fere i. q. commemoratio*: THEOD. MOPS. in psalm. 13, 3 p. 80, 25 'venenum aspidum sub labiis eorum': ... per -em veneni ostendit *psalmista* noxium esse atque mortiferum dolum.

B *pro t. t. rhet. (gr. ἐξεργασία): i. q. explicatio, exornatio earum rerum quae in propositione vel partitione continentur* (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 29 p. 118, 29 quae sunt partes probationis? propositio, -o eius, conclusio [*syn.* adprobatio *l. 64*; epichirema *l. 63*]): SEN. contr. 7 praef. 2 omnis quaestio suam propositionem habebat, suam -em, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum (*v. l. 60.* FORTVN. rhet. 2, 29 p. 118, 30 sqq. quid est epichirema? -o sive adprobatio propositionis aut adsumptionis; ... est enim epichirema latior -o [CASSIOD. inst. 2, 2, 15 rhetorici syllogismi. *cf. p. 1854, 60*]. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 19, 10 conversam propositionis et -is distributionem). FORTVN. rhet. 2, 22 p. 114, 17 semper ordinem distributionis in partitione factum in ipsa -e servabimus? non semper (MART. CAP. 5, 556 intra partitionem quaestiones esse ponendas, quae in -e sint devulgandae).

***exsecūtor** (exe-), -ōris *m. ab* exsequi. ISID. orig. 10, 91 -r ab exequendo, idem et exactor. *scribitur*: exe- *passim*. -quu-: CASSIAN. conl. 8, 23, 1 p. 241, 17 (*O*). *et al.* -tur (*v. p. 1844, 44*): OROS. hist. 7, 22, 6 p. 482, 9 (*D*). *et al.* excut-: COD. Iust. 4, 20, 19, 2 (*M*). *de notione*: GLOSS.L I Ansil. EX 383 causarum prosecutor. GLOSS. viator (*cf. p. 1844, 80*). *ἐκβιβαστής. v. et l. 72. in graecis, ubi nihil adnotaverim, ἐκβιβαστής respondere scias. de usu: pendet dat. rectione quasi verbali (secundum graec.): v. p. 1845, 58. quasi pro adi.: v. p. 1845, 72. legitur inde a* VELL. (*p. 1844, 11*), SVET. (*p. 1845, 71*). *frequentat* COD. Iust. (*locos ICTorum complures omisi, alios nullos*). [*variat c.*: exsecutio: COD. Iust. 10, 10, 5, 2. 12, 25, 4, 2 *al.* excusator: COD. Iust. 12, 60tit. excurator: COD. Theod. 4, 5, 1, 1. *e coni.*: *dub.*: LEX Visig. suppl. p. 468, 33. *falsa*: SALV. gub. 3, 54 p. 60, 15 (*Hartel*; excusatores [*v. l. 82*] *A B Halm; cf. Mayor, Class. Rev. 15, 1901, 362*). *loco lacunoso*: SYMM. rel. 48, 2.]

I *qui alqd. perficit, ad effectum perducit*: **A** *in universum* (*syn.*: sectator *l. 41.* vindex *l. 25. opp.*: auctor *l. 10. 40.* conciliator *l. 16.* conditor *l. 42.* exactor *l. 43.* incentor *l. 31.* inventor *l. 12.* praevaricator *l. 22.* speculator *l. 8.* temerator *l. 30. cf. et l. 76 sq.*): **1** *absolute*: CHALC. comm. 132 p. 195, 10 *daemones* speculatores et -es (*cf. p. 1851, 69*). LEO M. epist. 47 Conc.S II 4 p. 22, 16 magnum facinus (*cf. l. 12*) Alexandrino episcopo auctore vel -e commissum est. **2** *c. gen. obi.*: VELL. 2, 45, 1 malorum propositorum -r acerrimus. FIRM. math. 3, 11, 13 nefariorum facinorum inventores vel -es. SYMM. rel. 35, 2 v. c. praefectus annonae, partium suarum diligens -r. AMM. 21, 3, 4 fidum secretorumque taciturnum -em et efficacem (28, 1, 52). AMBR. Noe 9, 30 p. 432, 18 mandati caelestis. HEGES. 1, 29, 3 p. 48, 18 pacis (*i. qui actionem de pace ad finem perducit, opp.* conciliatorem). 1, 38, 3 p. 78, 19 filii materni doloris -es (*gr. 1, 445 κληρονομοῦσι δὲ τῆς μητρῴας οἱ παῖδες ὀργῆς*. 1, 40, 9 p. 90, 10 firmus -r tanti doloris). 1, 40, 9 p. 90, 14 mutemus vices, ut ... ministerii mutui simus -es (*cf. gr. 1, 501 γενώμεθα τῆς ἀλλήλων ὀργῆς διάδοχοι*). 1, 43, 3 p. 107, 8 sui ... testamenti -em. 2, 5, 3 p. 140, 7 (*de Ioanne Baptista*) constantem divinae legis -em (*opp.* praevaricatorem. VVLG. III Esdr. 5, 58 leuitae conspirantes et -es legis, facientes opera in domo domini; *gr. I Esdr. 5, 56 ἐργοδιῶκται*. CASSIAN. conl. 8, 23, 1 p. 241, 17; *syn.* vindex. *cf. l. 60sqq.*). 4, 10, 2 p. 258, 24 irarum suarum -es. *al.* PELAG. epist. ad Demetr. 2 p. 17B *hominem* iustitiae -em dominus voluntarium esse voluit. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 9 p. 671init. quoniam iussionum suarum segnis -r fuisset (*gr. 2, 203 ὑπηρέτης*. AVG. retract. 2, 59, 1 p. 198, 5 imperialium iussionum. CASSIOD. var. 7, 42, 3; *opp.* temerator). OROS. hist. 7, 28, 17 p. 502, 16 persecutionis Christianorum incentor -rque infestissimus (VICT. VIT. 3, 34). AVELL. p. 101, 8 sancti spiritus -r qui Susannam ... invenit innocentem (*i. qui inspirationem sancti spiritus exsequebatur; cf. Dan. 13, 45*). LEO M. serm. 43, 4 p 284C homo ... divini sit operis -r (*cf.* SACR. Leon. p. 324 divinitatis). 57, 2 p. 329C opprobrii. 59, 2 p. 338B saevitiae. EPIST. pontif. Arel. 9 p. 15, 30 dispensationis sibi creditae (*i. episcopatus*) diligens ac temperans -r (SACR. Leon. p. 398). PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 656A praecepti (*i. fere sententiae*. CASSIOD. in psalm. 78, 13 p. 577D. *aliter p. 1845, 83*). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 17, 3 -em ... veteris constituti (*opp.* auctorem). AVELL. p. 372, 20. POMER. 1, 12, 1 p. 428A activae *vitae* (*syn.* sectator). FACVND. defens. 12, 3 p. 838C ecclesiasticorum canonum -r esse voluit, non conditor, non exactor. GREG. TVR. Franc. 10, 28 p. 440, 11 crescat puer et huius sit nominis -ur *eqs.* (*antea*: Chlotharium [*i. fere* '*Inclutum*'] vocitari voluit). *et al.* *in imag.*: SIDON. epist. 8, 12, 4 versibus non reluctaberis, ... desiderii mei ... strenuis -bus *eqs.*

B *in iure et rebus forensibus*: **1** *in iure universali*: **a** *vario usu*: **α** *absolute*: PAVL. sent. 5, 35, 2 appellationes ... quae ab -bus et confessis fiunt. SYMM. rel. 41, 1. AVG. de mend. 13, 22 p. 441, 22 (*opp.* iudex). GAVDENT. Aug. c. Gaud. 1, 33, 42 p. 241, 16 -is officium. COD. Theod. 4, 5, 1, 1 non iam arbitri, sed -es putandi sunt. OROS. hist. 7, 22, 6 p. 482, 9 -es delatores accusatores spectatores ac iudices (*antea opp.* constitutore praecepti). MAX. TAVR. serm. 82 p. 698B principes ... leges ... promulgant, sed eas -es non exerunt competenter. CASSIOD. var. 12, 3, 3. **β** *c. gen. obi.*: APVL. met. 7, 22 accusator ille meus ... ipse etiam pastoralis -r sententiae (MACER dig. 49, 1, 4 pr. ab -e sententiae appellare non licet. HIER. epist. 153, 5 p. 366, 22 -r atque conpletor. FACVND. defens. 2, 4 p. 573C noli ... sententiarum -r fieri [*gr. Isid. Pel. epist. 1, 310 p. 361c ἐκβίβαζε. cf. p. 1852, 83*]). TERT. nat. 1, 6, 2 p. 66, 16 legum (*opp.* conditores [AVG. de mend. 13, 22 p. 441, 20]. AVG. c. Gaud. 1, 39, 53 p. 252, 27 imperialium legum. COD. Iust. 2, 15, 2, 1 [*a. 439*]. *v. et supra l. 22. 54*). COD. Iust. 7, 53, 6 (*a. fere 248*) si ... rerum iudicatarum -r datus partes sibi iudicis vindicavit (*cf.* COD. Theod. 11, 36, 2 qui ... appellaverit ... ab -bus rerum antea statutarum).

b *t. t. (aet. Iust., cf. l. 78. p. 1845, 2. 34) indicans non magistratum certum sive superioris sive inferioris ordinis, sed eum qui apud iudicem et litigantes diversis officiis fungitur tam in actione instituenda quam in causa vel agenda persequendaque vel componenda (ad rem v. Wenger, Inst. d. röm. Zivilproz. p. 266, 24; 309 sq. nota hanc vocem certi officialis titulum non esse [cf. Partsch, Nachr. Gött., phil.-hist. Kl. 1911, 241] nisi aevo recentiore, e. g.* CASSIOD. var. 1, 8tit. Amabili -i Theodericus rex): **α** *definitur per genetivum obi. accedentem*: -r negotii (*gr. ἐκβιβαστὴς τοῦ πράγματος, cf. P. Meyer, Iurist. Pap. n. 52 l. 27 sq.; v. et l. 76. 77*): COD. Theod. 8, 8, 4 pr. *v. p. 1845, 5.* COD. Iust. 3, 1, 13, 2 *v. p. 1845, 21 al.* NOVELL. Iust. 96, 1 (*gr. τὸν τῆς ὑποθέσεως πληρωτήν*). 112, 2, 1 (*gr. ὁ ἐκβιβαστὴς τῆς ὑποθέσεως*). -r negotiorum: CHAR. dig. 22, 5, 25 (*loco interpol., cf. l. 66*). COD. Iust. 3, 1, 13, 9. *cf. p. 1845, 31. 41 al.* -r litium: COD. Iust. 3, 2tit. INST. Iust. 4, 6, 24 viatores id est -es litium. 4, 6, 25. -r causarum: NOVELL. Iust. 96 pr. (*gr. τοῖς τῶν ὑποθέσεων πληρωταῖς*). **β** *c. syn., iuxta pos.* (*cf. syn.* completor *l. 58. opp.* arbiter *l. 51.* conditor *supra l. 61.* iudex *supra l. 50. 64. v. etiam supra l. 4sqq.*): AMM. 19, 12, 1 -r et administer. ENNOD. epist. 6, 13, 1 p. 156, 19 fide-

[P. Schmid]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iussor et -r. Cod. Iust. 1, 40, 8 (*a. 386*) intercessorem id est -em. 12, 60tit. de -bus et exactoribus. 12, 60, 5 (*a. 429*) -r (palatinus *Cod. Theod. 12, 6, 32, 2*). Lex Visig. suppl. p. 468, 12 conpulsores vel -es. *γ qui sint -es, e. g.*: Cod. Iust. 12, 19, 12, 1 -bus de schola agentium in rebus. *quibus -es esse non liceat, e. g.*: Cod. Theod. 8, 8, 4 nullus apparitor *praefecti praetorio* ... vel de officiis palatinis ... -r privati negotii dirigatur. *officio iudicis non adnumerantur -es*: Novell. Iust. 112, 2, 1. *clerici*: Canon. Dionys. Exig. p. 98, 14 -es ... clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere *eqs.* *δ eorum munera*: Cod. Iust. 3, 1, 16 -e necessitatem partibus per ordinarium iudicem et omne civile auxilium imponente et arbitros eligere et apud eos venire et sic lite (*v. adn.*) apparente *eqs.* Ⓘ *admonent (l. 20 sq. 23) vel conveniunt litigatores (specialiter initio litis insinuant accusato libellos conventionales et ab eo fideiussorem vel cautionem poscunt)*: Cod. Theod. 11, 20, 4, 2 scientia iudicis vel -is conventio (Cod. Iust. 7, 39, 3, 1 [*a. 424*] per -em conventio). Novell. Valent. 35, 1 si ab -e conventi parere detrectent, ... sententia teneat contumaces (Cod. Iust. 1, 3, 25, 1 [*a. 456*] -bus per quos coeperint conveniri. 12, 21, 8, 6. Novell. Iust. 96tit. de -bus et qui conveniuntur). Novell. Maior. 2, 2 ipsis moderatoribus ad admonendum tantummodo directus -r immineat. Cod. Iust. 3, 1, 13, 2 licentia erit iudici per -es negotii actorem requirere. 4, 20, 19, 2 si per -es admoniti venire noluerint. Novell. Iust. 112, 2 pr. (*bis*). Greg. M. epist. 1, 42 p. 65, 17. 8, 3 p. 5, 8 deputato -e ad ... Secundini partes fac ire iudicium (11, 58 p. 345, 5). Ⓘⓘ *sententiam exsequuntur* (*cf.* Cod. Iust. 7, 53, 8 [*aet. Diocl.*] -em eum solum esse, ... qui post sententiam, inter partes audita omni et discussa lite, prolatam iudicatae rei vigorem ad effectum videtur adducere): Cod. Theod. 11, 36, 18, 1 si ... -is vitio minime modus sententiae transeatur. Cod. Iust. 1, 12, 6, 5 sententia iudicantis et -is sollicitudine. 3, 1, 15 -bus negotiorum (*v. l. 41. p. 1844, 78*) ... dispositiones *iudicum* ... adimplentibus. 3, 1, 18. Ⓘⓘⓘ *pecuniam exigunt* (debitum, honoraria, tributum *l. 35. 38. 40. cf.* exactor): Cod. Iust. 8, 16, 7 (*a. 315*) -es (intercessores *Cod. Theod. 2, 30, 1*) a quocumque iudice dati ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur (Sidon. epist. 4, 24, 2 cum ... publica auctoritas ... patrem ... ad reformandum debitum artaret nec sustineri valeret improbitas -um). Heges. 2, 9, 3 missis ... industriis -bus congregata sunt talenta XL (*antea*: tributum cogerent). Novell. Theod. 15, 1, 2 cessat ... debitorum compulsio, si debitori deferat -r. Cod. Iust. 3, 1, 13, 9 *patronorum* honorariis ... per -es negotiorum (*v. l. 31*) exigendis. 10, 10, 5, 2 (*a. 435*). Ⓘⓥ *adhibentur in publicae securitatis cura*: Cod. Iust. 9, 39, 2, 1 (*a. 451*). Cassiod. var. 8, 32, 5. *ε definitur modus sportularum quas accipiunt* (*cf.* Novell. Maior. 2, 2 avidus et praepotens -r. Cod. Iust. 1, 3, 32, 2 [*a. 472*] -is pertinax et avara protervitas): Cassiod. var. 9, 14, 4 (*iuxta pos.* saiones). 19, 14, 5. Cod. Iust. 1, 27, 2, 12 iubemus non amplius sportularum nomine, quam nostris legibus definitum est, -es accipere. 12, 29, 3, 5 *et saepe*. Lex Burg. Rom. 30, 2. *ζ coercentur vel puniuntur*: Cod. Theod. 10, 8, 5 parte facultatum dimidia. Cod. Iust. 3, 2, 3 pr. *v. p. 1842, 62.* 3, 2, 3, 1 maiores poenas et corporales maculas -bus imponere. Novell. Iust. 123, 8 iubemus ... -em similiter post cinguli privationem et verberibus subdendum et in exilium deportandum.

2 *in iure ecclesiastico* (*nonnulla s. IA posita respicias velim, e. g. l. 8. p. 1844, 39*): **a** *proprie*: Conc. Milev. a. 416 Mansi 4, 331A placuit ... ut -es in omnibus desideriis, quae habet ecclesia, ab imperatore postulentur, qui singulis ecclesiis impertiantur. 333D. 333E. Conc.S II 2, 1 p. 6, 4 religiosi presbyteri -es decretis (*cf. p. 1843, 78*) sanctae synodi (*gr. II 1, 1 p. 127, 33 οἱ διακονησάμενοι τοῖς δόξασιν*). Epist. pontif. 622 Schwartz p. 17, 19 praeceptionis huius. Avell. p. 374, 12. Rvric. epist. 2, 2 p. 373, 13 vigilantissimus inspector, importunissimus exactor, districtissimus -r (*sc. in fratrum visitatione*). Greg. M. dial. 1, 4 p. 36, 5 M. *et al.*

b *in imag. vel per alleg.*: Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 24 habes deum -em in comminatore et iudicem in utroque. Petr. Chrys. serm. 25 p. 271C quo exigente *debitor* restituet? seipso; ... idem ipse est et -r et debitor (*cf. l. 39 sq.*). Verec. in cant. 1, 8 'misisti iram tuam' (*exod. 15, 7*): iram hic -es angelos cognoscamus, qui sunt ultionem ab Aegyptiis consequuti *eqs.* Greg. M. dial. 4, 19 p. 257, 19 M. pro quo reato talibus fuisset -bus traditus *puer* (*i. malignis spiritibus*).

II *fere i. q. ultor*: Svet. Vesp. 14 offensarum inimicitiarumque minime memor -rve (*pro adi.*). Tert. adv. Marc. 1, 27 p. 329, 18 ab irato et offenso et -e delicti, id est iudice. Salv. gub. 2, 13 p. 35, 16 ultionem statim deo -e percepit. Ennod. opusc. 1, 45 p. 273, 16 -em prodidit caedis enormitas.

III *fere i. q. explorator, interpres sim.* (*cf. p. 1843, 25. syn. v. l. 78. 82 bis*): Ambr. Cain et Ab. 2, 4, 15 p. 391, 8 dei verbum, cuius levites interpres et quidam -r est. Prvd. perist. 13, 16 de(e)rat apostolicis scriptis opulentus -r (*cf. Lavarenne, langue de Pr., 447 § 1292*). Petr. Chrys. serm. 84 p. 439B (*de Thoma*) quemadmodum tantae fidei astrueret sacramentum, -r strenuus perquirebat (*antea*: explorator). Max. Tavr. serm. 54 p. 641A optimus ... magister est *Paracletus*, qui praeceptorum (*aliter p. 1844, 38*) -r est salvatoris (*antea*: docet. *ad Ioh. 16, 12—13*).

fem. **ex(s)ecūtrīx**, -īcis. *quae alqd. perficit* (*cf. p. 1844, 3*): Avell. p. 386, 14 etiamsi nulla synodus praecessisset, cuius apostolica sedes recte fieret -x *eqs.* (Epist. pontif. 615 Schwartz p. 79, 23 Chalcedonensis concilii). Epist. pontif. 701 Schwartz p. 12, 28 congregatio synodica ... non promulgatrix iteratae sententiae, sed cum apostolica sede veteris -x.

exsecūtōrius (exe-), -a, (-um). *ab* exsecutor. *i. q. ad exsequendum pertinens* (*opp.* iudiciarius): Avg. c. Petil. 3, 25, 29 p. 185, 10 quidquid vel iudiciaria vel -a potestate adversus eorum (*i Donatistarum*) obstinatum furorem pro unitate fecerunt, secundum leges eos fecisse constat.

exsecūtrīx *v. l. 1.* *P. Schmid.*

exsedra *v.* exedra *p. 1318, 58.*

(exsello, -āre). *ab* ex *et* sella. *nonnisi in gr. derivatione* ἐκσελλίζω. *i. q. alqm. e sella movere*: Malalas p. 89, 6 *τοῦ ἵππου αὐτοῦ προσκύψαντος ἐξεσελλίσθη καὶ ἔπεσε χαμαί.*

exsēnsis, -e *et* **exsēnsus**, -a, -um. *ab* ex *et* sensus, *cf.* exanimis, exanimus. *i. q. sensu carens, insanus* (*hebes l. 19*): Laev. frg. 8 mente -a (extensa *l. v.*) tardigenuclo senio oppressum (*sc. Admeti patrem*). Greg. Tvr. virt. Mart. 1, 33 p. 604, 27 aestimans eum adhuc esse -im (*antea*: sensum omnem perdiderat; *opp.* incolumem ... mente). 2 ind. p. 608, 15 de exsinse (*i.* -ensi) redintegrato. *cf. Bonnet, Lat. de Grég. 478, 1.*

exsēnso, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* sensus, *cf.* exsentiare. *i. q. sensibus privare*: Act. Petr. 7 p. 54, 8 lugebam fidem tam infirmem meam, quoniam -tus a diabolo et non habens in mente verbum domini mei. *v. et l. 33 sq. 35.*

exsēnsus *v. l. 17.*

exsentio (exe-), (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* sentire, *cf.* exsensare. *fere i. q. sensu privare, dementem reddere*: Itala Marc. 3, 21 (codd. abdff²iq) quoniam -at eos (*ἐξέστατται αὐτούς vel ἐξέστη, Vulg.* in furorem versus est). Act. Petr. 21 p. 69, 3 tale lumen, quod nos inluminavit usque adeo ut ⌊-remur aboratione⌋ (⌊⌋ 'sc. exsensaremur aporiatione' *Lipsius in adn.*). Pass. Theclae C 31 p. 85, 3 Trifena regina non est -ta ((ex)sauciata, exsensata [*v. l. 24*], anxiata *ll. vv.*) neque turbata. *K.*

ex(s)equālis *v. p. 1849, 10. 12.* **exsequēns** *v. s.* exsequor.

***exsequiae** (exe-), -ārum *f.* *ab* exsequi. *de scriptura*: exe- *saepe, e. g.* Verg. Aen. 7, 5 (*MP*). CIL XIV 2112. *at cf.* Prisc. gramm. II 34, 3. Cassiod. (*ex Caesellio*) gramm. VII 204, 17 -ae ... habent s. execiae (*v. Sommer, Handb.*²·³ *p. 205 sq.*): Prob. app. gramm. IV 197, 27 -quiae non -ciae. *cf.* Cassiod. (*ex Papiriano*) gramm. VII 158, 17 nunc reliquiae ut -ae per q scribuntur. *apud grammaticos, inter nomina fem. semper pluralia*: Gell. 19, 8, 13. Char. gramm. p. 35, 19 B. -ae *αἱ χοαί. ἐκκομιδή.* Diom. gramm. I 327, 35. *et al.* Not. Tir. 33, 19 -sequiae. *de notione* (*v. et l. 62 sqq. p. 1848, 50*): Synon. Cic. p. 419, 3 B. -as it (*v. p. 1847, 56*). iusta facit. funus producit. Porph. Hor. epist. 2, 2, 74 funera ... dicit ipsam pompam et -as (Don. Ter. Andr. 115 in funus: in pompam -arum. 127). Serv. Aen. 2, 539 *cadaver* dum portatur -as dicimus (= Isid. orig. 11, 2, 35). Gloss.L II Arma E 78 quod cum tristitia celebramus. *al.* *nota usum sensu plurali e. g. p. 1848, 31. 75. legitur inde a* Ter. (*p. 1847, 55*), *?* Afran. *v. l. 57*, Cic.

[*variat vel confunditur c.*: exsequium (*v. p. 1849, 34 sqq.*): Liv. 25, 17, 5 Hier. epist. 60, 5, 3. *v. et p. 1849, 42.* obsequiae: Tib. 2, 4, 44 Prop. 2, 13, 24 Ov. Pont. 1, 9, 51. *et al.* *e coni.*: Afran. com. 218 (*in loco lacunoso*) ⟨exe⟩quias eant (*Lindsay, Gloss.L IV p. 278*; [*v. p. 1847, 56*] quia seant *trad.*). CE 1969, 17 ⟨-as⟩ ibi sollemni de more fre⟨quentant⟩ *Lommatzsch*; f⟨ece⟩re *Engström.* *v. et p. 1849, 25.*]

I *proprie*: **A** *sensu stricto: i. q. pompa funeris, funus, elatio mortui* (Gloss.L III Abstr. EX 94 -ae prosecutio funeris. V Abba EX 55 -ae mortuorum obsequia. II Philox. EX 166 *ἐκφοραί, ἐκκομιδαί. cf. et l. 48 sqq. ad rem v. Daremb.-S. 2, 1390 sqq.; Blümner, Privataltert. 491 sq. sensu concreto de rogo? v. p. 1847, 31. cf. et p. 1847, 20. acced. gen. explic. p. 1847, 9. 14. de avi l. 77. p. 1847, 31*): **1** *loci notabiliores* (*de ritu fere et more quo -ae celebrantur*): Cic. Mil. 33 spoliatum imaginibus (*v. l. 79*), -is, pompa, laudatione (*cf.* 86 sine -is, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere). Tib. 2, 4, 44 nec qui det maestas munus in -as (*cf.* Stat. silv. 2, 1, 157 -as et prodiga flammis dona *eqs.* [5, 1, 209]). Ov. met. 13, 687 -ae tumulique ignesque rogique effusaeque comas et apertae pectora matres. Pont. 1, 9, 51 tibi -as et ... funus ... fecit (Sen. Phoen. 95 funus extendis meum longasque vivi ducis -as patris. Plin. epist. 3, 16, 4 ita funus paravit, ita duxit -as. *saepe*). Sen. dial. 9, 11, 7 totiens ... immaturas -as fax cereusque praecessit (Serv. auct. Aen. 11, 143). Plin. nat. 10, 122 funus ... aliti innumeris celebratum -is, constratum lectum super Aethiopum duorum umeros, praecedente tibicine *eqs.* Sil. 10, 567 celsis de more feretris praecedens prisca -as decorabat imago (Tac. ann. 2, 32, 1. *v. l. 68*). Qvint. decl. 329 p. 295, 24 publicis ... -is (Tac. ann. 3, 48, 1. 16, 6, 2). Tac. ann. 14, 9, 1 cremata est ... convivali lecto et -is vilibus. Flor. epit. 3, 20, 9 ducum funera imperatoriis celebravit -is captivosque circa rogum iussit armis depugnare (*cf.* Tert. spect. 12 p. 14, 15 captivos vel ... servos ... in -is

[P. Schmid]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

immolabant). Ps. Qvint. decl. 8, 10 p. 155, 2 planctibus clangore magnoque ... ululatu. Amm. 23, 2, 5 corpus ... -arum humili pompa in suburbano sepultum est (Avg. civ. 1, 12 p. 22, 25 D. curatio funeris, conditio sepulturae, pompa -arum. *al.*). Serv. auct. Aen. 3, 67 (*Varro*) mulieres in -is et luctu ... solitas ora lacerare. Clavd. Don. Aen. 7, 5 p. 5, 31 ordinem ac ritum. 7, 5 p. 6, 2 -arum sollemnitas sepulchri adgestione perficitur. Hier. epist. 39, 1, 5 parantur -ae et nobilium ordine praeeunte aureum feretro velamen obtenditur. Vvlg. II par. 21, 19 non fecit ei populus secundum morem combustionis -as. Avg. serm. 361, 5, 5 p. 1601med. cum funus curatur, cum -ae praeparantur, cum effertur, cum itur, cum sepelitur. Greg. Tvr. vit. patr. 6, 7 p. 686, 1 obtecto capite ut in -is uxorum facere mos est.

2 *loci cett. selecti*: Cic. Cluent. 28 -arum munus. 201 mater -as illius funeris prosecuta (Prop. 2, 13, 24 plebei parvae funeris -ae. Ov. trist. 3, 5, 40 Epiced. Drusi 202. 460. Test. Galli [cil xiii 5708] 2, 17 [*s. I*] curam funeris mei -arum. *al.*). leg. 2, 42 sepultura et iustis -arum caruerunt (Epiced. Drusi 168 suis). Maecen. frg. Quint. inst. 9, 4, 28 ne -as quidem unus inter miserrimos viderem meas (*ad interpr. v. Kappelmacher, RE 14, 224 et cf.* Epiced. Drusi 460). Prop. 4, 5, 71 *lenae* -ae fuerant ... capilli vincula et ... mitra ... et canis (*fere i. q. iusta funebria*). 4, 7, 5 amoris (*i. puellae amatae*). Ov. fast. 2, 847 fertur in -as *Lucretia*. Sen. contr. exc. 6, 6, 1 versae sunt in -as nuptiae (*similiter opp.* -ae *et* nuptiae: Val. Max. 6, 1, 3 Calp. decl. 40 Apvl. met. 4, 34). Val. Max. 5, 1 ext. 6 non paenitendas sortitae estis -as. 5, 2, 10 -arum apparatus. Tac. ann. 16, 7, 1 officio -arum (Capitol. Aur. 7, 10 magnifico. Ivst. 23, 2, 8). Lex colleg. salut. Dian. et Antin. (cil xiv 2112) I 25 (*a. 133*) -ae ... pedibus fungentur (*pass.*). Tert. anim. 33, 4 p. 356, 17 anima ... -as (*praedic.*) convivium patitur (*cf. antea*: funus invenit, humatur, effertur). Arnob. nat. 1, 50 p. 34, 24 ab tumulis remeare defunctos -arum conversione (*cf. p. 1848, 68*). Lact. Phoen. 92 *avis* -is inmoritura suis. Avr. Vict. Caes. 33, 25 aegre -is digni. Avson. 165, 12 p. 33 P. haec ... supremis reddo filius -is. 170, 16 p. 37 dignior ... qui ... quererere meas maestus ad -as. Qverol. p. 14, 5 inanes (*i. sine hereditate; cf. antea*: pater ... nihil reliquit). Hier. epist. 39, 4, 3 in pompa funeris et -arum frequentia (Svlp. Sev. Mart. 12, 5 p. 122, 11. *cf.* Pavl. Med. vita Ambr. 48 -arum turba innumerabilis). Vvlg. II reg. 3, 31 Prvd. perist. 11, 146. Oros. hist. 3, 21, 8 p. 187, 4 mortuorum. *et al.* *audacius*: Zeno 2, 12, 2 p. 427A nemo plangit vivas -as (*sc.* '*quae Isaac vivum tamquam hominem morti addictum comitari debebant ad supplicium*'). Ven. Fort. vita Marcell. 10, 42 infelices -as serpentinus baiulus inpendebat (*cf. antea*: mulieri cuius membra ... devorabat ipse draco factus est sepultura). *in imag. et in comparatione*: Plin. nat. 7, 143 tarde et tanquam in -as (*cf.* Tac. hist. 4, 62, 2 silens agmen et velut longae -ae). Qvint. decl. 344 p. 358, 29 plenas quasdam ducere -as dignitatis. *de tenebris in morte Christi*: Sedvl. carm. pasch. 5, 234 tenebrae ... maestis ... nigrantem -is texere diem (op. pasch. 5, 19 p. 290, 11 funereas dies celebravit -as).

B *sensu laxiore: fere i. q. mortuorum cultus*: Stat. silv. 3, 5, 52 cineres umbramque priorem (*i. prioris mariti*) quaeris adhuc, sic -as amplexa canori coniugis ... iterasti pectore planctus. 5, 1, 41 diligis umbram et colis -as (*v. Vollmer ad l.*).

iuncturae praecipuae ad I A: **1** *verbales*: **a** *c. verbis eundi, veniendi sim.*: **α** *per acc.*: Ter. Phorm. 1026 -as Chremeti quibus est commodum ire, em tempus est ([*cf. Norden, Priesterbücher 62, 4*]. Ov. am. 2, 6, 2 frequenter. Sil. 15, 395 superbae animae. Apvl. flor. 16 p. 67. *v. et l. 70. 73. 76. p. 1846, 47. 57.* *item c. verbo* esse *pro* ire *posito* [*cf. Hofmann, Umgangsspr. p. 166 et p. 204*]: Inscr NSc. 1928 p. 392 [*s. I*] qui ... -as non fuerit nisi certa causa). Apvl. flor. 19 p. 93 aspexit ... funus ingens, ... plurimos homines ingenti multitudine, qui -as venerant (*cf. l. 65. 72*). Arvs. gramm. VII 473, 1 -as vadit (*ad* Ter. Phorm. 1026 *v. l. 55*). **β** *per praepp.*: ad: Maecian. dig. 35, 1, 91 si ad -as funeris mei venerit (*v. et l. 62*). Tert. monog. 7 p. 772 Oe. adulescentem festinantem ad -as patris. Ivst. 9, 7, 10 ad -as cucurrisset. Amm. 28, 4, 26 ad -as virorum ... adventantes. Hier. adv. Iovin. 1, 20 p. 238C si soror virgo moritur sacerdotis, quomodo ipse ad patris ac matris -as, ita ad eam (*i. eius -as*) iubetur incedere (Sidon. epist. 5, 7, 4). Avg. in euang. Ioh. 47, 12 p. 1740init. eamus ad -as ipsius (*cf. l. 56*). Vran. epist. 9 p. 863C convenerunt. in (*c. acc.; c. abl. l. 74. 77*): Prop. 4, 11, 98 venit in -as tota caterva *filiorum* meas (*cf. l. 62*). Clavd. Don. Aen. 11, 85 p. 419, 26 ibat ... infelix senex in -is iuvenis (Drac. laud. dei 3, 338 in -as iuvenum ... senectus. *cf.* Coripp. Iust. 1, 172 paternas. Act. Archel. p. 44, 10 qui in -as non ierit crucifixo. *cf. l. 56*). Anon. Vales. 15, 93 praecedebat in -as (-is *P*). Coripp. Iust. 3, 40 convenit. **b** *c. verbis variis*: **α** *transitivis* (*depon. pass. p. 1848, 13*): adornare: Min. Fel. 38, 4. celebrare: Met. Mac. frg. Plin. nat. 7, 144 Liv. 2, 61, 9. 37, 22, 2. Val. Max. 2, 6, 12 cum hilaritate. Plin. epist. 8, 12, 5 Vvlg. gen. 50, 10. Avg. serm. 361, 6 p. 1601fin. -as celebratas esse legimus. *et al.* cohonestare: Cic. Quinct. 50 (*cf.* Amm. 20, 5, 5 honestavimus). comitari: Plin. nat. 11, 63 funerantium ... more. *et al.* construere (*i. instruere*): Ven. Fort. carm. 8, 3, 375. curare: Avr. Vict. Caes. 30, 2 tenuissimi cuiusque. Clavd. Don. Aen. 6, 305 p. 550, 11 tam duras -as. *al.* dare: Ov. fast. 4, 849 Lvcan. 3, 292. CE 1549, 8 mihi. *et al.* debere: Clavd. Don. Aen. 11, 95 p. 421, 4 CE 1153, 3. ducere: Val. Max. 6, 1, 3 Sen. dial. 6, 9, 2 Cvrt. 10, 5, 21. Plin. nat. 8, 154 defuncto ei duxit -as. Qvint. decl. 388 p. 433, 19 ductis (iustis *coni. Rohde*). *et saepe.* exhibere: Avg. civ. 1, 12 p. 22, 28 D. Greg. M. in euang. 40, 11 p. 1312A. explere: Maxim. eleg. 5, 154. facere (*v. et p. 1846, 73*): Fronto p. 17, 5 N. quid incertas et suspensas -as facis (*Hauler, WSt. 29, 1907, 172*; agis *Naber*). Ivst. 38, 10, 10 cui Phrahates -as regio more fecit. *et al.* ferre: Prvd. perist. 3, 185 ipsa elementa ... -as tibi ... ferunt. frequentare: Svet. Tib. 32, 1 usque ad rogum. CE 1001, 2. fungi (*passive*): *v. p. 1847, 28*. habere: Val. Max. 7, 8, 5 quales meruit. Rvfin. hist. 1, 8, 13 honorabiles (*ἐπιτάφιον*). CE 1297, 6. impendere: Ven. Fort. vita Marcell. 10, 42. largiri: Stat. Theb. 12, 81 (*syn.* sollemnia). ornare: Hyg. fab. 273, 14 p. 148, 14. parare: Ov. fast. 2, 818 Hier. epist. 22, 30, 3 Avg. civ. 22, 8 p. 576, 28 D. Evgipp. Sev. 14, 1. *et al.* (praep-: *v. p. 1847, 10*). praebere: Avg. epist. 158, 2 p. 490, 8. prosequi (*cf. p. 1847, 14*): Ivst. 11, 12, 6. reddere: Epiced. Drusi 218 duci. rependere: Stat. Theb. 8, 210 tristes. sequi: Sil. 5, 601. solvere: Verg. Aen. 7, 5 -is ... rite solutis. Ven. Fort. vita Marcell. 10, 47 inimico (pers-: Qvint. decl. 299 p. 181, 13). **β** *intrans.: acced. dat.*: Epiced. Drusi 202 funeris -is adsumus (Stat. silv. 3, 3, 6 mitibus -is ades). Val. Max. 5, 8, 3 neque -is adulescentis interfuit (Sen. dial. 12, 17, 4 sororis suae). *abl.: v. p. 1847, 16sq.*

2 *c. adi.*: **a** *variis*: acerbae: Val. Max. 6, 1, 3. aeternae: CE 972, 10. ambitiosae: Sen. dial. 10, 20, 5 Amm. 27, 5, 10. caelestes (*i. ab angelis ductae*): Greg. M. in euang. 40, 11 p. 1312A. durae: *v. l. 2.* frequentes (*per similitudinem de exitu e senatu quasi funere*): Sen. epist. 70, 10 (*cf. Hense² suppl. p. VII et Heraeus, BphW. 36, 1916, 695*). funereae: *v. p. 1847, 48.* geminae: CE 1297, 6. honorabiles: *v. supra l. 15.* immaturae: *v. p. 1846, 75.* inanes: *v. p. 1847, 34.* infelices: *v. p. 1847, 41.* innumerae: *v. p. 1846, 77.* non iustae: CE 1060, 2. longae: *v. p. 1846, 74. 1847, 45.* maestae: *v. p. 1846, 70. 1847, 47.* mites: *v. l. 25.* opimae: Coripp. Iust. 3, 5. parvae: *v. p. 1847, 14.* plenae: *v. p. 1847, 46.* praeclarae: Avg. civ. 1, 12 p. 22, 28 D. publicae: *v. p. 1846, 80 al.* serae: Avson. 254, 2 p. 85 P. sollemnes: Svlp. Sev. chron. 2, 34, 4 p. 88, 14. supremae: Stat. Theb. 6, 182 Avson. 165, 12 p. 33 P. suae (*i. sui dignae, congruae*): *v. p. 1847, 17. 32* (*aliter l. 67 al.*). tristes: *v. l. 22.* Homer. 1047. viles: *v. p. 1846, 82.* vivae: *v. p. 1847, 39. aliter l. 82.* **b** *vice gen. obi. fungentibus*: imperatoriae: *v. p. 1846, 82.* paternae: *v. p. 1847, 75.* Ivst. 11, 2, 1 cura p. -arum. Coripp. Iust. 1, 274.

II *translate et per metonymiam* (*cf. et p. 1847, 43*): **A** *sensu abstracto* (*cf. et* Sen. epist. 70, 10 *supra l. 32*): **1** *i. q. mors, obitus* (*syn. l. 53. cf.* Schol. Ter. p. 140, 2 -as: sepulturam [*v. p. 1846, 61sq.*] et mortem): Prop. 1, 19, 4 ne ... tuo careat mihi funus amore, hic timor est ipsis durior -is. 3, 1, 24 maius ab -is nomen in ora venit (*cf. antea*: post obitum. Ov. trist. 4, 10, 122 vivo ... dedisti nomen, ab -is quod dare Fama solet). Val. Max. 5, 3, 2a immemor patria ... -is filii damnationem patris iunxit. Qvint. decl. 306 p. 200, 21 quantum uterus crescebat, tantum accedebant -ae (*i. expositio infantis; v. totum loc.*). *nota per hyperbolen Ovidium -as dicere exilium* (*quod sibi mortis instar sit*): Ov. trist. 1, 1, 118 nuper ab -is carmina rapta meis (*cf. 1, 7, 19. 38*). 1, 8, 14 tantane te ... cepere oblivia nostri, ... ut ... neque -as prosequererere meas? (*i. me in exilium euntem*). **2** *fere i. q. excidium*: Heges. 5, 21, 3 p. 345, 20 nullus heiulatus in -is totius urbis *Hierosolymorum*.

2 *translate: in oratione, fere i. q. evagari, egressionem facere* (*cf. et supra l. 56. in bonam partem l. 74*): Qvint. inst. 2, 10, 5 numquam haec ... themata iuvenibus tractare permittamus, ut -entur et gaudeant materia? 2, 17, 1 finis non erit, si -ari in parte hac et indulgere voluptati velim. 4, 3, 4 hoc -andi genus ... quaestionibus ... opportune posse subiungi (*inde* Ivl. Vict. rhet. 17 p. 427, 24).

B *vi simplicis: i. q. ambulare, spatiari*: Prvd. apoth. 130 quem (*missum in fornacem ignis ardentis, cf. Dan. 3, 19*) videat Babylonis ... tyrannus innocuas inter flammas procul -antem. Avg. in psalm. 145, 19 p. 1897an. via peccatorum ... lata est et multi per illam ambulant ..., ubi finitur, profunditas ... barathri est: laetantes, -antes ista via, illo fine merguntur. *K.*

?ex(s)pectābilis, -e. *ab* exspectare. [*scrib. pro* spect-: Tac. ann. 16, 21, 1 Tert. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 8. *et saepe.*]

fere i. q. aliqua mora retardatus: Pass. Mar. Iac. 12 ut ne -e (inexplicabile *l. v.*) fieret cruentum illud et barbarum ministerium.

[ex(s)pectāculum, ex(s)pectāmen *v.* spect-.]

?ex(s)pectantia, -ae *f. ab* exspectare. *cf. Du Cange.* *i. q. exspectatio* (*meton., cf. p. 1887, 22*): Inscr. numm. Bernhart p. 191 (= Mattingly-Sydenham V 2 p. 525 n. 716; *Carausius*) ixpictatia mil(itum). *cf. p. 1887, 22. 1900, 50.*

***exspectātio** (expec-), -ōnis *f. ab* exspectare. *scribitur* exsp-: Plavt. Stich. 283 (*A*). *al.* exp-: Cic. rep. 1, 37 Avr. Fronto p. 37, 9 N. *al.* sp-: Vvlg. Rom. 8, 19 *F* (*item* Phil. 1, 20). *al.* *formae plur.: v. l. 55. 60. 80. p. 1885, 12. 81. p. 1886, 6. 10. 14. de notione*: Don. Ter. Hec. 34 desiderium. Eun. 195 an -o certorum est, spes incertorum? et -o propinquarum rerum, spes longinquarum? et -o destinat tempus, spes non destinat? Cassiod. inst. 1, 15, 4 p. 43, 24 *sancta scriptura* frequenter -em pro spe ponit. *v. et l. 48. 64. p. 1886, 27. 1887, 3.* Gloss.L II Philox. ex 172 *προσδοκία.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Tvrpil., Acc., Rhet. Her., Cic.

[*vv. ll.*: Cic. off. 3, 6 existimationem. Qvint. inst. 9, 2, 23 explicationem (*v. l. 23*). Svlp. Sev. dial. 3, 11, 11 expeditione. Novell. Theod. 10, 1, 2 statio. Lex Burg. lib. const. 81, 1 p. 105, 9 expetitione, speccionem. *falso trad. pro* expectato: Cic. epist. 7, 17, 2. *e coni.*: Sen. dial. 10, 2, 4 (*Alexander*, spatio *codd.*). Cvrt. 3, 1, 17 (*Aldus*, explicatione *A*). Frontin. strat. 1, 8, 5 sub -e (*Hartel*, suspectatione *codd.*). Tert. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 8 (*Gelenius*). *dubiae interpr.*: Cael. Cic. epist. 8, 9, 1 -em corripit.]

I *i. q. actio exspectandi* (*vigente vi verbali [cf. l. 44. p. 1885, 63] pendet: acc.: p. 1886, 68. acc. c. inf.: p. 1885, 3. praep.*; ab: *p. 1885, 7.* ad: *p. 1885, 25.* in: *l. 45. enuntiatum per* ut: *p. 1885, 24. nota: vicem gen. obi. tenere pron. poss. p. 1886, 34. usum adi. laxiorem: p. 1886, 49*): **A** *praevalente notione temporali*: **1** *sensu generali* (*syn.* dilatio *l. 34. 43 al.*, mora *l. 42. 46 al.*): Plavt. Mil. 1279 vide ne sies in -e (*cf. p. 1886, 67*). Acc. praetext. 9 saepe igna⟨va⟩vit fortem in spe -o. Cic. Phil. 3, 2 quae est ... -o aut quae ... dilatio temporis? 5, 31 *legatorum* -o dubitationem belli adfert (7, 1 epist. 11, 8, 1 *al.*). Att. 3, 9, 3 me ... beneficiorum et litterarum -o ... Thessalonicae tenet (3, 11, 1. 3, 16). 5, 8, 1 me ... Pomptini -o ... tenebat duodecimum iam diem Brundisii. epist. 10, 1, 1 me ... sollicitat ... -o consulatus tui, quae ita longa est, ut *eqs.* (Plin. epist. 10, 25 longae -is sollicitudine. Pallad. 4, 9, 11. Cod. Theod. 6, 24, 11, 1 in ... desideratae spei longa -e). Bell. Afr. 14, 1 cum utrimque -o fieret. Vitr. 7, 10, 3 ne -e morae res retineatur. 10 praef. 3 nec mora neque -o conceditur. Sen. benef. 1, 1, 7; *syn.* dilatione (dial. 10, 9, 1). Cvrt. 4, 12, 23 taedio -is (*al.*). Avr. Fronto p. 37, 9 N. illa cottidie tua ... ventio, illa in serum -o. Avson. 405 p. 238 P. promissi ... gratiam -e consumptam (*syn.* mora). *et al.*

2 *sensu christiano, fere i. q. patientia* ([*syn. saepe*]. *dei l. 57. 60*): Itala Rom. 8, 25 (Cypr. patient. 13 p. 406, 21) si ... quod non videmus speramus, per -em sustinemus (*δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα, Vulg. v. p. 1900, 32*). Cypr. patient. 13 p. 406, 21 -o et patientia necessaria est, ut *eqs.* 24 p. 415, 11 *Christi* adventui plenum -is obsequium praebeamus (*syn.* patientiam). Hil. in Matth. 4, 28 p. 942B promerendi dei -o praemium sit longae patientiae consecutura. *al.* Ps. Hil. libell. 20 p. 92, 14 est ... patientia omnium iniuriarum et passionum tolerantia et -um omnium sine praecipitatione sufferentia. Vvlg. prov. 17, 8 gemma gratissima -o praestolantis. Victric. 4 tuae ... -i gratias ago. Praedest. 3 p. 629A -is suae ... indutias *deus largitur peccatoribus*. Ennod. opusc. 2, 101 p. 318, 15; *syn.* patientiam, moras. *al.* Cassiod. in psalm. 24, 7 p. 179A *dominus* post frequentes increpationes et longissimas -es obsistit malis. *et al.*

B *notio -is simul complectitur motum vel affectum quendam animi* (*cf. p. 1895, 25*): **1** *in bonam partem: fere i. q. spes* (*syn. saepe; cf.* Cic. Tusc. 4, 80 si spes est -o boni, mali -em esse necesse est metum. *significantius i. q. fiducia: p. 1885, 9), cupiditas, desiderium, ardor sim.*: **a** *spectat ad varia*: **α** *universe*: Cic. Verr. II 3, 128 *aratores* in agris spe atque -e Metelli remanserunt. Manil. 30 bellum -e *Pompei* ... attenuatum ... est, adventu sublatum (*sic opp.*: Cass. Cic. epist. 12, 12, 2 opinione et -e. *al.*). leg. agr. 2, 66 nolo ... incertam plebem ... obscura spe et caeca -e pendere. Mur. 58 -o tribunatus. Sest. 121 cum ... -i nostrae plauderetur (*syn.* desiderium, *sc. Ciceronis exulantis*). 134 hac -e elatus homo flagrans cupiditate gloriae. orat. 107 adulescentis non tam re et maturitate quam spe et -e laudati. leg. 2, 28 -e rerum bonarum erigitur animus (Tusc. 4, 18 desperatio *est* aegritudo sine ulla rerum -e meliorum. Sen. benef. 2, 5, 3. *cf.* Val. Max. 9, 10 ext. 2; *syn.* opinione, spe). Tusc. 5, 96 -o speratarum voluptatum (*opp.* perceptarum memoria [*sic opp.*: Sen. epist. 99, 5. *cf. p. 1886, 64*]). off. 3, 6 sustines ... non parvam -em imitandae industriae nostrae *eqs.* (epist. 2, 1, 2 -em tui. *al.*). Att. 1. 4, 1 crebras -es nobis tui commoves (*seq.* te adventare arbitraremur). epist. 2, 4, 2 incredibilis ... -o, quam tu ... vinces, si *eqs.* (3, 10, 8 *al.*). 9, 8, 1 promissi (*al.*). 12, 8, 1 magnum hominem et praesenti iudicio et reliqui temporis -e. 14, 1, 6 mihi ... iam brevis -o est. *al.* Caes. civ. 2, 32, 11 *merita*

[Hillbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et mea voluntate et vestra -e leviora. Liv. 3, 34, 7 -o ... desiderium ... fecit. 35, 44, 4 eorum ... se, quorum -o destituta ... videatur, spem ... expleturum. 36, 29, 3 Nicander ... implevit -e vana multitudinem ... parari bellum (*v. p. 1884, 27*). *al.* Sen. dial. 10, 16, 5 *vitiosi* diem noctis -e perdunt, noctem lucis metu (*opp.*). epist. 100, 1 libros ... non respondisse -i tuae. *al.* Tac. ann. 16, 3, 1 divitiarum. Hil. ad Const. 2, 3 p. 199, 1 haec a me communis spei -o est *eqs.* (*i. quod omnes a me exspectant, exigunt*). Vvlg. sap. 17, 12 ab intus minor est -o (*προσδοκία, v. p. 1884, 65*). act. 12, 11 eripuit me de manu Herodis et de omni -e plebis Iudaeorum (*προσδοκίας*). Avg. civ. 12, 21 p. 545, 7 D. felicior sit -o quam ... adeptio summi boni. Rvstic. Conc.S I 4 p. 82, 20 -es fructuum pondus laboris exonerant. CIL VI 234 *exercitus* -i et votis omnium satis fecit (*al.*). *et saepe.*

β *usu christiano* (*v. et fig. etym. p. 1895, 32*): Tert. pudic. 8, 9 p. 235, 10 tota spes nostra cum reliqua Israelis -e coniuncta est. resurr. 23 p. 57, 22 contemplatio est spei ..., non ⟨re⟩praesentatio, nec possessio, sed -o; de qua spe et -e Paulus (*seq. Vulg. Gal. 5, 5*). Itala I Thess. 1, 3 (Ambrosiast. *in h. l.* p. 442C) memores ... -is domini nostri (*τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος, Vulg.* sustinentiae spei). Arnob. nat. 1, 49 p. 33, 11 in continuis precibus et pietatis -e. *al.* Hil. myst. 1, 26 p. 21, 22 sermo scripturae et ad rerum efficientiam et ad spei -em temperatur (trin. 11, 28 p. 418B in psalm. 68, 8 p. 319, 10. *v. et l.* 7). coll. antiar. p. 99, 18. in psalm. 68, 8 p. 320, 1 haec ... -o fuit, ut caro ... redimeretur (*v. p. 1884, 28*). 68, 8 p. 320, 10 per eum (*i. Christum*) ... et in eo -o nobis omnis ad deum est (118 Caph 1 p. 450, 21; *syn.* desiderium. Psalt. Cas. 38, 8 -o mea ad te est; *ὑπόστασις, Vulg.* substantia). *al.* Ambr. Iob 4, 3, 12 p. 275, 16 spes nos futurorum -e confirmet (*al.*). Vvlg. psalm. 118, 116 non confundas me ab -e mea (*προσδοκίας*). Phil. 1, 20; *ἀποκαραδοκίαν*. Conc.S I 3 vers. Tur. p. 42, 14 Emmanuhel, in quo salutis habemus -em (*gr. I 1, 1 p. 97, 18 ἐλπίδας, Rustic.* spem). *et saepe.*

b *spectat ad certa:* **α** *de desiderio amantis: feminae* (*v. et p. 1886, 68. cf. p. 1895, 63*): Tvrpil. com. 110 *v. p. 1887, 22.* Tert. orat. 22 p. 196, 18 omnia ... in his (*i. virginibus sponsis*) praenupserunt, ... et pudor per osculi experimentum et spes per -em. virg. vel. 11 p. 900 Oe. nuptam ... virginem, et animam -e[m] et carnem transfiguratione[m]. Ivst. 2, 5, 2 coniuges ... longa -e virorum fessae (*potius sensu temp. ad p. 1884, 31*). *viri:* Apvl. met. 8, 11 -e turbidus de ... vesperae mora querebatur.

β *de cupiditate cognoscendi, videndi, audiendi* (*nota προσωποποιίαν l. 59*): Ⓘ *in spectaculis, ludis sim.:* Ter. Hec. 34 funambuli ... accessit -o (*cf.* Don. *ad l.* desiderium). Rhet. Her. 4, 47, 60 *citharoedus* cum magnam populo commorit iis rebus -em. Cic. Q. Rosc. 29 quam ... ⟨sp⟩em et -em, quod studium et quem favorem secum in scaenam attulit Panurgus. Mur. 37 *Murenae profuit* -o muneris, quae et rumore ... et studiis ... competitorum créverat. Sen. contr. 4 praef. 1 munerarii ... ad -em populi detinendam nova paria per omnes dies ⟨dis⟩pensant. Phaedr. 5, 5, 15 silentium ipsa fecit -o. Cvrt. 9, 7, 20. Svet. Iul. 26, 2 quorum (*i. muneris epulique*) ut quam maxima -o esset.

Ⓘ *in ceteris hominum et vitae condicionibus sim.:* Ⓐ *vel nude vel c. attr.:* Rhet. Her. 1, 5, 8 quae de *iudicibus* ... existimatio, quae iudicii -o sit (2, 30, 48 Cic. inv. 1, 22 Verr. I 30 *al.*). Cic. S. Rosc. 11 quae sit omnium mortalium -o, quae cupiditas, ut ... iudicia fiant. 101 o gravitatem dignam -e (div. in Caec. 42 Plin. nat. 37, 129). div. in Caec. 71; *syn.* opinio (*cf.* Schol. Cic. Gron. B p. 327, 15 *ad l.*: -o, quomodo accusaturus sit). Verr. II 1, 27 aut in tabulis aut in testibus omnis -o iudicum est. Cluent. 63 vocat me ... tacita vestra -o, quae mihi obloqui videtur (*v. l. 41*). or. frg. H I 2 ut -o cognitione, aures ab oculis vincerentur. de orat. 1, 205 ea si ... dixeris, expleris omnem -em diuturni desiderii nostri. 3, 18 magna cum audiendi -e considitur. Att. 2, 12, 2; *syn.* curiositate. *al.* Cael. Cic. epist. 8, 1, 2 nulla magnopere -o est. *al.* Sall. Iug. 44, 3. Nep. Alc. 6, 1 tanta fuit omnium -o visendi Alcibiadis. Liv. 29, 15, 2 erectis -e patribus (36, 34, 7 *al. v. et l. 82. cf.* Plin. epist. 8, 3, 3 erexi -em tuam [*seq.* destituat]). *al.* Sen. contr. 4 praef. 2 non ... -em vestram macerabo. Cvrt. 7, 4, 14 his *verbis* audientium -em suspenderat (*al.*). *al.* Qvint. decl. 330 p. 297, 2 non ignoro -e criminis me onerari (*i. suspicione quam veram esse volunt*). Plin. epist. 2, 11, 10 aucta ... dilatione -o. *al.* Apvl. apol. 25 frustrata -e (*al.*). Avg. serm. 182, 2, 2 p. 985 *Iohannes* vidit quid desideraremus, occurrit -i (*antea*: exspectabas audire). *et saepe.* Ⓑ *c. praep.* de (*v. et l. 80. cf. p. 1898, 43*): Cic. Att. 2, 14, 1 quantam tu mihi moves -em de sermone Bibuli *eqs.* epist. 15, 17, 3 de Hispania novi nihil, sed -o valde magna. Planc. Cic. epist. 10, 8, 1. Svet. Iul. 30, 2 populi -em, quam de adventu suo fecerat, ... explere. Ⓒ *pendet interr. obliqua:* Cic. Verr. II 2, 74 erat hominum ... summa -o, quonam esset eius cupiditas eruptura (II 5, 16 Cluent. 75). de orat. 2, 74 me maior -o tenet, quibusnam rationibus *eqs.* Att. 3, 14, 1 ex tuis litteris plenus sum -e de Pompeio, quidnam de nobis velit (*cf. l. 72*). 7, 16, 2 has -es habemus duas: unam, quid Caesar acturus sit, ... alteram, quid Pompeius agat. Liv. 26, 22, 5 erectis omnibus -e, quidnam postulaturus esset (33, 32, 3).

γ *de animi commotione qua auditores afficiuntur per artem rhet. et poet.* (*cf. p. 1887, 26*): Rhet. Her. 4, 16, 24 exornatio ... animum auditoris retineat attentum cum venustate sermonis tum rationum -e. Cic. Arch. 4 ut famam ingenii -o hominis, -em ipsius adventus admiratioque superaret. de orat. 1, 120 *optimus orator* maxime dicendi difficultatem ... -emque hominum pertimescit (1, 180 *al.*). 2, 260 quom quasi decepti sumus -e, ridemus (2, 289 -bus ... decipiendis ... risus moventur. *al.*). 2, 313 res ... postulat, ut eorum -i, qui audiunt, quam celerrime succurratur. 3, 33 oratio non digna -e et silentio (Brut. 158 *al. cf. p. 1885, 55*). part. 32 suavis ... narratio est, quae habet admirationes, -es, exitus inopinatos, ... metus, laetitias, cupiditates (*sic iuxta pos.*: 58. 73 epist. 5, 12, 5). *al.* Tiro Gell. 6, 3, 13 sensus *iudicum* ... -e causae suspensos rigentesque. Vitr. 5 prooem. 1 historiae per se tenent lectores; habent enim novarum rerum varias -es. Qvint. inst. 4, 1, 31 ad causam extra pertinent tempus ..., fama iudiciorum, -o vulgi. 9, 2, 23 cum -em gravissimorum fecimus, ad aliquid ... leve ... descendimus (*cf. p. 1884, 18*). Gell. 11, 13, 8 sententia ... acciperet aliquid iustae in audiendo -is. Rvt. Lvp. 2, 8 p. 17, 5 *βραχυλογία ... fit*, cum orator brevitate sententiae praecedit auditoris -em. *et al.*

2 *in malam partem: fere i. q. metus (syn. l. 35. 36 al. definit.: l. 27. v. et p. 1884, 64), timor (syn. l. 32. 36. 44 al.), aestimatio futuri incommodi* (*e. g. l. 32*): **a** *usu generali:* Cic. Rab. perd. 16 harum ... rerum (*i. crucis sim.*) non solum eventus atque perpessio, sed etiam condicio, -o, mentio ipsa denique indigna cive Romano ... est (Liv. 2, 18, 4). Brut. 266 et praeteritorum recordatio est acerba et acerbior -o reliquorum (*sic opp.*: Qvint. decl. 307 p. 208, 20 Amm. 25, 4, 25). Tusc. 5, 52 est ... metus futurae aegritudinis sollicita -o (*cf. Plato Lach. p. 198B προσδοκίαν μέλλοντος κακοῦ*). epist. 15, 4, 5 maximi belli (Liv. 21, 20, 9. 42, 20, 1 suspensa civitate ad -em novi belli. *al. cf. l. 80*). ad Q. fr. 2, 2, 2 furiosae aedilitatis. *al.* Bell. Afr. 48, 3 copiarum regiarum (*syn.* terror, timorem). Liv. 30, 36, 11 successoris venturi (Colvm. 1, 1, 20 sub -e). Cels. 3, 12, 3 sub -e proximae accessionis (3, 12, 4). Sen. nat. 2, 59, 13 *fulminis ictus* -em suam antecedit: nemo umquam timuit fulmen, nisi quod effugit (*syn.* metum). epist. 74, 3 *miseros* -o mortis exagitat (*syn.* timor. 78, 4; *syn.* metum. *al.*). *al.* Qvint. inst. 6, 1, 18 subito an -e tortus *occisus sit* (12, 1, 7 poenarum. *al. cf. l. 50*). Tac. hist. 4, 62, 2. Apvl. met. 9, 35 omnibus -e taeterrimae formidinis torpidis. Vvlg. II Macc. 3, 21 erat ... misera ... sacerdotis ... -o (*προσδοκίαν*). Cod. Theod. 9, 38, 4 aegra -o quaestionis poenaeque formido. *et al.* **b** *usu christiano:* Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 555, 5 angustias nationum obstupescentium ... pro -e imminentium orbi malorum (*ad* Vvlg. Luc. 21, 26 arescentibus hominibus prae timore et -e eorum [*add. D, om. rell.*] quae supervenient ... orbi; *προσδοκίας*). Vvlg. Sirach 40, 2. Hebr. 10, 27 terribilis ... quaedam -o iudicii et ignis aemulatio (*ἐκδοχή*). *al.*

3 *in utramque partem: de animo dubio et incerto inter spem metumque pendente:* **a** *universe:* Cic. Catil. 4, 15 sortis (Liv. 26, 29, 2). Att. 8, 5, 2 pendeo animi -e Corfiniensi, in qua de salute rei publicae decernetur. 8, 14, 1 -e torqueor. 9, 1, 1 angebar singularum horarum -e. epist. 5, 21, 3 me ... Romae tenet ... -o rerum Africanarum. ad Q. fr. 2, 15 (16 Sj.), 4 *pericula* plus habent spei quam timoris, magisque sum sollicitus -e ea quam metu (ad Brut. 2 [9 Sj.], 2, 2 nos -o sollicitat, quae est omnis iam in extremum adducta discrimen [*cf. Sjögren, Eranos 10, 1910, 145 sq.*]. Sen. epist. 5, 8 spem metus sequitur ...: utrumque pendentis animi est, utrumque futuri -e sollicitum. *al.*). *al.* Liv. 5, 19, 7 profectus cum exercitu ... -e hominum maiore quam spe. 8, 13, 17 dum -e stupent *animi* (*antea*: inter spem metumque suspensos). 39, 42, 5 metu mixta -e. *et al.* **b** *ap. christ.* (*opp.* memoria *l. 64*): Tert. anim. 33, 11 p. 358, 15 ut pendula -e sollicitudo fidei probetur (Hil. trin. 9, 67 p. 335A -is incerto mens sollicita). 58, 2 p. 394, 13 animam et puniri et foveri in inferis ... sub -e utriusque iudicii. Avg. immort. 3, 3 p. 1023 quod sic agitur, et -e opus est, ut peragi, et memoria, ut comprehendi queat; ... et -o futurarum rerum est, praeteritarum vero memoria *eqs.*

in certis locutionibus (*ad B*): 1 in -e esse: *fere i. q. exspectare:* Plavt. Stich. 283 *era* misera in -e est Epignomi adventum viri (*v. p. 1884, 27*). Planc. Cic. epist. 10, 4, 4 sum in -e omnium rerum, quid ... geratur ut sciam. Bell. Afr. 26, 4 *Caesar* in tanta erat festinatione et -e, ut postero die quam misisset litteras ..., classem ... morari diceret. Liv. 7, 6, 8 in -e civitas erat, quod ... consul bellum ... gesturus esset. 7, 30, 21. 42, 19, 3. 44, 19, 1 cum in -e[m] patres fuissent, maxime quidnam consul ... referret. Symm. epist. 4, 65 iamdudum in -e eram litterarum. *fere i. q. exspectari* (*cf. et p. 1884, 32*): Cic. Att. 8, 11d, 3 cum res in summa -e esset (epist. 2, 3, 2 summa scito in -e esse [*sc. te*] eaque a te exspectari *eqs.*). epist. 9, 6, 1 est ... adventus Caesaris scilicet in -e. 12, 24, 2 in -e erant omnia. Cael. Cic. epist. 8, 14, 1 quod iudicium nunc in -e est, etiam in bona spe (*v. adn. cr.*). Liv. 42, 2, 3 cum bellum ... in -e esset.

2 *c. praepp.:* contra: Hirt. Gall. 8, 40, 1 cum contra -em omnium Vxellodunum venisset *Caesar*. Sen. contr. 2, 1, 1 multa contra -em accidunt. Sen. dial. 4, 31, 2 quae contra spem -emque

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

evenerunt (rem. fort. 13, 2). *et al.* infra: PANEG. 6, 23, 2 si ... infra -em mei dixero. praeter (*fere t. t. rhet. q. e. gr. παρὰ προσδοκίαν.* SYNON. Cic. p. 444, 18 B. ex inproviso, ex inopinato, ex insperato, praeter -em): RHET. Her. 1, 6, 10 *exordiemur* ab aliqua re, quae risum movere possit, ... litterarum mutatione, praeter[ea] -e⟨m⟩, similitudine *eqs.* CIC. de orat. 2, 255 illud genus ridiculi praeter -em. 2, 284. 2, 285. pro: CIC. dom. 31 quid mihi pro -e populi ... faciendum fuerit. PETRON. 35, 1 ferculum ... non pro -e magnum. *v. et p. 1886, 43.* supra: QVINT. inst. 3, 7, 16 si quid ... supra spem aut -em *fecit.*

3 *abl. comp.*: CVRT. 3, 6, 16 -e maturius. QVINT. inst. 4, 1, 39 res -e minor.

II *metonymice*: **A** *i. q. deus, in quo spes ponitur*: TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 8 lumen et spem et -em nationum praedicari Christum (*ad* VVLG. gen. 49, 10 ipse erit -o gentium. *al.*). VVLG. psalm. 38, 8 quae est -o mea? nonne dominus? (AVG. in psalm. 38, 13 p. 425[init.]). Ier. 14, 8 domine ... -o Israel (17, 13). 50, 7 peccaverunt ... -i patrum ... domino.

B *de hominibus (bestia l. 24): sensu activo: i. q. populus exspectans, audiendi cupidus*: TAC. hist. 1, 17, 2 circumsteterat ... Palatium publica -o magni secreti impatiens. *sensu passivo: i. qui exspectatur*: TVRPIL. com. 110 tu (*Ribbeck*[1], tua *trad.*) mihi cupiditas, suavitudo et mei animi -o. VVLG. Ezech. 19, 5 *catuli mater* cum vidisset, quoniam ... periit -o eius. SIDON. epist. 4, 4, 1 adest promissio mea, -o vestra, Faustinus. *cf. p. 1884, 7.*

C *de re: i. q. fabulae prima pars, exordium, expositio* (*t. t.*): DON. Ter. Ad. 288 tragoedia in tria dividitur: -em, gesta, exitum. hic quoque -o est *eqs.*

ex(s)pectātor, -ōris *m.* *ab* exspectare. [*scribitur pro* spectator *saepe.*] *voc. eccl. qui exspectat, patienter sperat*: VEREC. in cant. 7, 24 prudens -r aeternae salutis ... omni tempore vitae suae deum laudat. CAES. AREL. serm. 164, 1 p. 636, 13 ille *pauper* -r divinae promissionis. *f.* **ex(s)pectātrix,** -īcis. *quae patienter exspectat*: TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 7 *deus* patientiam docet, vindictae -em.

***ex(s)pecto,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* spectare. *de etym.*: VARRO ling. 6, 82 *a specere* etiam -o quod spectare volo (*subest genuinus sensus inspiciendi, acriter intuendi* PLAVT. Aul. 707 *v. p. 1898, 72; semper tamen accedere videtur derivata notio opperiendi*).

de scriptura (*cf.* expecto *p. 1604, 21 sqq.*): CAPER gramm. VII 97, 6 spectare *θεωρεῖν* erit, ... expectare sine s *ἀναμένειν* (*cf. p. 1888, 11*). SCAVR. gramm. VII 22, 14 *vitium est* cum exul et expectatus sine s littera scribuntur ..., quoniam ... solum spectatusque dicatur et adiecta praepositione salvum esse illis initium debeat. CASSIOD. gramm. VII 203, 17 (*ex Caesellio*) quaecumque verba primo loco ab s littera incipient, ea cum praepositione ex composita litteram eandem s habere debebunt ..., ut ... specto exspecto ([exp- *AB*]. *al.*). exsp-: CIL III 459, 8 ([*a. 362*] = COD. Theod. 1, 16, 8 = Iust. 3, 3, 5). V 5127, 3. CE 1027 (= CIL VI 20569). INSCR. christ. Diehl 4986. PLAVT. Poen. 362 (*A, item* Stich. 137. 642 *al.*). TER. Hec. 596 (*A, item* Haut. 409). VERG. Aen. 4, 134 (*R*). *al. et in codd. passim.* exp-: LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) I 12. CIL IV 1796 (*ante a. 79*). S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 56 EDICT. imp. Diocl. I 13. INSCR. christ. Diehl 4700, 3 (*a. 382*). 412, 4 (= CE 708 [*a. 539*]). *et saepe in* INSCR. CIC. rep. 1, 9 *al.* VERG. Aen. 4, 134 (*M*). *al.* FRONTO p. 166, 18 N. *al. et in codd. passim.* ecsp-: PLAVT. Bacch. 1204 (*B*). ecxp-: CIL XII 5193 (= CE Engström 390). *inde a s. II vocali prosthetica accrescente idem sonant 'specto' atque 'exspecto' (cf. Schuchardt, Vocalismus II 337 sqq.). ergo scribitur: pro* exspecto: exisp- (*cf. Schuchardt II 349*): CIC. Att. 12, 39, 1 (*M, item*: epist. 5, 12, 1. 6, 4, 2. 7, 1, 4. 9, 2, 1. 15, 15, 1). esp-: CAES. Gall. 4, 9, 3 (*Q*). LIV. 7, 24, 6 (*P,* exp- *T,* sp- *rell.*). DON. Ter. Eun. 195 (*C,* exsp- *V,* sp- *BT*). i(n)sp-: OV. met. 7, 595 (*N,* exsp- *rell.*). sp- (*cf. Schuchardt II 365 sqq.* [*s. v. Aphärese*]): *in tit.*: INSCR. christ. Diehl 3485 (= CIL XII 1694 [*s. V/VI*]) spectit (*i.* -at). *in carm., numeris defectum syllabae testantibus*: PAVL. PETRIC. Mart. 1, 137 *Martinus* spondentis spectans (-at, -ant *codd.*) consortia sancta tribuni. DRAC. laud. dei 3, 98 quod spectat (exp- *C*) finem, fragile est. VEN. FORT. carm. 3, 6, 29 en spectata diu ... dies. 6, 10, 65 spectans ... opem (*syn.* optans). 7, 12, 10 *omnes* nec spectante die, cum venit, hora *mortis* rapit. 7, 15, 1 spectando (*edd. metri causa,* exp- *codd.*). 9, 2, 39. carm. app. 1, 41 specto ..., si nuntiet aura salutem. *in codd. (pauca selecta)*: TER. Phorm. 148 (*A*). CIC. rep. 1, 8 (ex *suprascr.*). epist. 15, 16, 1 (*Ω, Non.*). CAES. Gall. 2, 20, 4 (*β, v. Meusel, ind. Caes. s. v.* exspecto, specto). LIV. 21, 59, 4 (*codd.*). 30, 23, 7 (*P*). VLP. dig. 9, 3, 5, 11. 17, 2, 29, 2. 36, 2, 14 pr. VVLG. Phil. 3, 20 (*F*). PAP. Marini 80, 2, 3 (*a. 564*). *pro* specto: ex(s)p- (*v. Rossberg, ALL 4, 1887, 49; Hartel, ind. Cypr. 453 s. v. 'spectare'; Svennung, Unters. Pallad. 607 sq.; Du Cange. monemus nos hoc loco nil nisi exempla scripturae allaturos esse; de sensu vero s. v.* specto *agendum erit* [*at v. p. 1888, 11*]): *in tit.*: INSCR. christ. Diehl 1757 (*cod. Vat.*) expectantum ... oculos. *in carm. (de clausulis rhet. v. Klotz, ALL 15, 1908, 419 ad* ALC. AVIT. epist. 9 p. 43, 15), *numeris syllabam* exsonantem *testantibus*: DRAC. laud. dei 1, 356 *Adam* procul -at ... iumenta per agros. Romul. 9, 21 *animae piae* desuper orbem -a⟨n⟩t. Orest. 777; *syn.* cernite. CORIPP. Ioh. 2, 193 gentes ... nefandas -ant oculis. *in codd.*: *e. g.* POMPON. dig. 18, 1, 33 (*F, item*: VLP. dig. 48, 5, 30, 8 PAVL. dig. 41, 1, 26 pr.). *et v.* specto.

de formis: v. Neue-Wagener[3] *IV 138. inf. perf.* -asse *pro praes.*: CLAVD. 28, 465. *cf. et p. 1889, 78.* CHAR. gramm. p. 472, 19 B. *inter* verba activa coniugationis primae. NOT. Tir. 25, 55 -at.

de notione: v. imprimis p. 1887, 38 et Persson, Beitr. z. idg. Wortforschung, Uppsala 1910/12, p. 372. de verbis specto *et* -o *propter ὁμοφωνίαν confusis* (*cf. p. 1887, 41 sqq. 59*): AGROEC. gramm. VII 115, 20 -atur venturus, spectatur qui videtur vel probatur. ISID. diff. 1, 190. DIFF. ed. Beck p. 84, 27 speramus (*v. l. 32*) bona, -amus aliquem venientem (viventem *trad.*), spectamus quae probamus vel videmus. *confusionis exempla*: SERV. georg. 2, 237 -ta (*i.* spectata, *at* -a *Verg.*): proba, ut 'et rebus -ta (spectata *Verg. Aen. 8, 151*) iuventus' (*eundem Verg. l. adferunt* SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 447). SCHOL. Pers. 4, 19 -a: inspice, ut Lucanus (*3, 3*) '... spectabat'. CLAVD. DON. Aen. 5, 70 p. 434, 18 -ent potest significare 'sperent', potest et 'videant'. 6, 690 p. 598, 5 -ta pietas est aut probata documentis aut sperata temporibus multis. AVG. serm. 2, 5, 6 p. 30 (*ad* VVLG. psalm. 103, 27 a te [ad te AVG. conf. 6, 10, 17] -ant, ut des illis escam [*πρὸς σὲ προσδοκῶσιν*]) -emus ad eum, ipsum corde intueamur ([*syn.*]. Ps. AVG. serm. WSt. 50 p. 135, 17 qui de ligno carpsit supplicium, in ligno debet -are remedium; et qui ex arbore inlicitam demessuit frugem, -are [sp- *l. v.*] debet ad crucem *eqs. v. et p. 1892, 36. 1897, 28. aliter de fine exspectationis: p. 1889, 58. 1890, 36. 46. 1892, 33*). *de aliis notionibus*: PAVL. FEST. p. 73 degere antiqui posuerunt pro -are. 187 obperiri -are (SYNON. Cic. p. 436, 6 B. opperitur, -at, permanet, sustinet. *v. l. 34*). NON. p. 301, 14 -are dicitur manere, observare. 301, 16 -are sperare (DON. Ter. Andr. 435 -amus tam bona quam mala, speramus bona [ISID. diff. 1, 513. *v. et l. 14*]. Phorm. 155 -rem nunc opperirer, alias sperarem. Ad. 109 -amus ante diem, speramus ad diem; unde avidior intellegitur ille qui -at quam ille qui sperat. 321 -are impatienter cupere et sine praescriptione temporis, sperare iuxta certum tempus). DON. Ter. Andr. 34 -o desidero (Eun. 594). SERV. Aen. 10, 30 demoror -o sustineo (CASSIOD. in psalm. 24, 2 p. 177[A] -are est sub malorum patientia deum viriliter sustinere, ut ille veniens in iudicio suo reddat, quod devoti animus expetebat. *v. et l. 31. 58*). GLOSS.[L] I Ansil. EX 786 -a, crede, spera. 787 sustine. 788 -ant, opperiuntur. 789 amant, volunt, desiderant. 790 -ant signum: signum ut audiant, sustinent. 793 demoratur. II Philox. EX 173 -at *ἐκδέχεται.* GLOSS. *προσδοκῶ, καραδοκῶ, περιμένω. al. in interpretatione voc. hebr.* (*gr. l. 48*): VVLG. Is. 18, 2 ad gentem -antem (קַוֵּה. 18, 7 a gente -ante, -ante). 28, 10 -a reexpecta (קַוֵּה. 28, 13). APRING. in apoc. 1, 11 p. 9[ex.] Laodicia, quod est ..., ut quidam volunt, 'nativitas -atur' (*sc. interpretando voc. gr. quasi hebr.*).

de usu: PRISC. gramm. III 274, 8 desiderativa vel inquisitiva accusativo sociantur: 'quaero te'; similiter ... '-o'. *in circumlocut.*: in -ando esse: *v. p. 1898, 79.* -antem esse: *v. p. 1897, 40.* VVLG. Marc. 15, 43 Luc. 8, 40 PASS. Montan. 9, 1. *et al. legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, TER., PACVVIO, CATONE, MET. MAC., QVADRIG., VARRONE, RHET. Her., CIC. *per totam latinitatem. nota tamen in* ITALA, VVLG. *et apud aliquot posterioris aetatis scriptores* (*e. g.* PETR. CHRYS., CASSIOD.) *evitandae confusionis (v. p. 1887, 59) causa frequentius 'sustinere' dici pro '-are' (v. Thielmann, ALL 8, 1893, 522 ad* VVLG. Sirach 13, 9 *p. 1889, 84*). [*val.* aşteptà, *it.* aspettare, *prov.* aspeitar. *M.-L.*]

[*vv. ll.*: OV. fast. 2, 425 -que despectas (*A,* quid -as *rell.*). excepto: CIC. rep. 1, 38 (*corr. m. 2*). epist. 16, 23, 2 VERG. georg. 3, 274 LIV. 21, 53, 3 *al. cf. l. 72.* exerceo: CAES. Gall. 5, 46, 4 VERG. georg. 2, 237. exopto: CIC. Att. 3, 17, 4. expeto (*v. et p. 1691, 81*): CIC. parad. 43 Tusc. 4, 33. Att. 7, 13, 4 (*M*[1], *corr. M*[2]). *al.* SALL. Iug. 14, 7 COLVM. 2, 20, 5 PLIN. epist. 7, 6, 14. TERT. resurr. 48 p. 98, 22 (expediet *Engelbrecht, vix necess.*). *et al.* CLAVD. carm. min. 31, 35 explent. TERT. patient. 12 p. 20, 1 induxit. specto: *v. p. 1887, 65.* spero: CIC. Cluent. 75 PVBLIL. A 2 SALL. Catil. 40, 3 VVLG. act. 28, 6. *falso trad. pro*: PLAVT. Aul. 434 expeto (Pseud. 1087 CIC. rep. 1, 28 ad Q. fr. 1, 1, 2. *saepe*). VERG. catal. 9, 34 expertae (*Scaliger*). AMM. 14, 6, 9 exceptantes (*Heraeus*). *suppl.*: PLAVT. Mil. 1022 ⟨-a⟩ndo excrucior (*Ritschl*). CIL VI 36630 di manes te ex⟨pectant⟩. *loci mutili vel dubii*: ENN. ann. 344 PACVV. trag. 131 VERVS Fronto p. 116, 21 N. INSCR. christ. Diehl 3481 adn.]

I ***sensu temporali et locali*** (*cf. et p. 1900, 14*): *fere i. q.* ***opperiri, praestolari, manere*** *sim.* (*in usu temporali nota respici aut tempus quod alqs. opperitur aut temporis cursum, sc. sensu verbi quasi durativo; cuius usus exempla non segregavi praeter ea quae p. 1890, 75. 1892, 23 seorsum attuli*): **A** *pro subi. sunt fere animantes (nonnumquam etiam res) qui alcis. vel animantis vel rei adventum praestolantur*: **1** *sensu generali: fere i. q. sive permanere eo animo, ut quodam loco obviam fiat alqs. (alqd.), sive*

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(sc. sola notione temporali vigente) actione se abstinere, rem, quam quis facturus est, ad idoneum tempus differre; nonnumquam accedente vi patiendi (imprimis p.1890,75. 1891,54. 59. 1892,23. 49; cf. syn. l.13) fere i.q. patientia uti, moram indulgere (ad locum spectant: iuxta pos.: excipere: *p.1890,21. 33. opp.:* derelinquere: *p.1891,32.* discedere: *p.1892,11.* evadere: *l.27.* fugere [profugere: *p.1891,74*]: *l.42.* invisere: *p.1890,19.* ire [abire, exire, redire]: *l.35. p.1890,24. 43. 47. 72. 1892,19. 26 al.* obviam procedere: *p.1890,31. cf. p.1892,2.* occurrere: *p.1891,47 al. ad tempus spectant: syn.:* abstinere: *p.1891,62 al.* differre: *l.36. p.1890,61. 1891,46. 1892,5.* durare: *p.1890,6.* ferre: *p.1892,28.* morari: *p.1890,66. 1891, 33. cf. p.1890,68.* pati: *p.1891,62. 1892, 22. cf. p.1892,28.* patienter agere: *l.39. cf. p.1891,34. 1892,33.* praebere patientiam: *l.41.* quiescere: *p.1891,45 al.* reservare: *p.1891,10.* sustinere: *l.32. 38. 53. 82. p.1891,3. 1892,5 al.* tardare: *l.38.* tolerare: *p.1891,7. opp.:* adiuvare: *p.1891,61.* ante capere: *p.1892,21.* facere: *p.1891,63. 72. 1892,14.* festinare: *l.29. p.1891,41. 47. 1893,43 al.* intervenire: *p.1891,64.* se movere: *p.1893,14.* occupare: *p.1891, 69.* praecavere: *p.1892,8.* properare: *l.35. 40. p.1890, 37. 39. 58. 78 al.* rapere [praeripere: *p.1892, 3*]: *p.1891,42. 1892,18.* repraesentare: *p.1892,6.* urgere: *l.32*):

a *absolute vel obi. non addito (ellipsin v. l.48):* **α** *nude:* AFRAN. com. 210 defessa -ando domi sedi (*cf. p.1890,40*). VARRO rust. 3, 16, 11 *in vendendo* -are, ut suo potius tempore mercatorem admitterent quam celerius alieno. CIC. Quinct. 54. Att. 11, 21, 2 metuo, ne sit -andum et ... loci gravitas ... perferenda (*opp.* evasissem). epist. 9, 2, 4 quo me coniectura ducat, habeo, sed -o tamen. *al.* SEN. contr. 2, 4, 10 -a, emendabitur. 7, 7, 15 longum erat -are, ... festinavi. *al.* SEN. benef. 5, 20, 6 si bono viro dedisti, -a, ne iniuriam ... facias adpellando (*sim. de debitore non appellando*: MART. 9, 3, 13 -es et sustineas. VLP. dig. 17, 1, 12, 14 ut -res nec urgueres debitorem ad solutionem. 27, 4, 1, 6; *opp.* exegit). 5, 25, 3 tacendum erat et -andum. dial. 4, 29, 1 *ira* desinet, si -at. *al.* CVRT. 9, 9, 14 clamor hinc -are, hinc ire iubentium. MART. 1, 46, 3; *opp.* propero. QVINT. inst. 4, 2, 79 *auditores* -ent et opiniones suas differant et bene sperent. TERT. patient. 3 p. 3, 11 nasci se deus ... patitur ... et -at et ... adolescere sustinet (PELAG. in Rom. 2, 4 p. 20, 3 non tardat ..., sed patienter agit, ... bonus -ando, iustus est puniendo. *al.*). CYPR. patient. 21 p. 413, 5 martyres ... properantes -are adhuc iubentur et ... praebere patientiam. CLAVD. DON. Aen. 10, 645 p. 375, 26 quid ... fugis, Aenea? -a (*sic opp.*: VITAE patr. 5, 14, 4 p. 948^{C}; *gr. Cot. p. 506*$^{marg.}$ *μεῖνον*). VVLG. I Petr. 3, 20 -bat dei patientia (*ἀπεξεδέχετο* [-bant ... patientiam *sim. ll. vv.; cf. Lundström, Stud. z. lat. Iren. Übers., 1943, 105 adn. 1*]). *al. et saepe.* **β** *c. additamentis: indicatur:* Ⓘ *locus (aut ubi aut unde alqd. -etur):* PLAVT. Truc. 916 miser cubando ... hic -ando obdurui. CIC. Att. 13, 21, 2 a Quinto -o (*deest 'nuntios' sim.*). epist. 15, 17, 1 *tabellarii* comites ad portam -are dicunt (*cf.* VAL. FL. 7, 300 *Venus* portis -at in ipsis). PLANC. Cic. epist. 10, 21, 2 interea ad Isaram -rem. *et al.* Ⓘ *tempus: quamdiu:* CIC. Att. 12, 5^{c}, 4 cotidie ... horae, quibus -bam, longae videbantur. epist. 9, 8, 1 -bam omnino iam diu meque sustinebam, ne ... prius ... scriberem (*al.*). SEN. benef. 5, 6, 5 paulum -a (QVINT. inst. 4, 5, 19 PLIN. epist. 7, 27, 9. *cf.* APVL. Socr. 23 p. 175 paulisper). VVLG. I reg. 13, 8 *Saul* -vit septem diebus ... et non venit Samuel (*al.*). act. 27, 33 quarta decima hodie die -antes ieiuni permanetis (*προσδοκῶντες*). *ad quod:* ad (usque *l.61*): RHET. Her. 4, 51, 64 se (*om. M*) ... ad noctem multam -asse. CIC. Cluent. 6 ad (*om. Vς*) extremum -etis meque meum dicendi ordinem servare patiamini. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3 ad K. Sext. usque -vi. SCHOL. Hor. epist. 1, 2, 41 rustico similis est -anti ad explendum ... fluminis lapsum. *et al.* in: FRONTO p. 26, 14 N. in Idus Augustas tibi -andum est. prope: BELL. Afr. 42, 1 cum iam prope solis occasum Caesar -visset. Ⓘ *modus:* TER. Phorm. 155 ita (eum *add. Σ*) -rem, ut par fuit. CIC. Att. 14, 2, 3 cum -rem sedens (*cf. p.1891,50. 1893,13*). VVLG. I Cor. 11, 33 cum convenitis ad manducandum, invicem -ate (*ἐκδέχεσθε*).

b *c. acc. (v. et p.1892,48. 67. 1893,2. 15. 27. indicatur: locus per adv. [locativum e.g. p.1890,15. 36], praep. [e.g. p.1890, 17. 18. 65]. tempus [haud raro non tam exspectationis quam exspectati adventus, e.g. p.1890,26. 29] per adv., casus [acc. p.1890,22 al. abl. l.81 al.], praep. [e.g. p.1890,16]. finis per* ad: *p.1890,36. 1891,6):* **α** *animantes:* Ⓘ *deos* (manus dei *l.84*): SALL. or. Macri 15 Iovem aut alium quem deum consultorem -atis? SIL. 5, 88 ne dedignare secundos -are deos (*syn.* opperiare). *christ.:* TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 381, 12 Christum ... emendaturus -asse debuerat *deus* (*al. de temp. attract. cf. Hoppe, Synt. Tert. 53*). 4, 18 p. 479, 8 *Ioannes* dubitabat ipsum venisse quem -bant (*ad* VVLG. Matth. 11, 3 tu es qui venturus es, an alium -amus? [*προσδοκῶμεν*]). *al.* ITALA psalm. 24, 5 (Fulg. Rusp. ad Tras. 1, 4 p. 228^{B}) te -vi tota die (*ὑπέμεινα, Vulg.* sustinui). 36, 7 (Aug. spec. 6 p. 32, 20) tace domino et -a eum (*ὑποτάγηθι ... καὶ ἐκτένεσον, Vulg.* subditus esto ... et ora). *al.* VVLG. Sirach 13, 9 humiliare deo et -a manus eius (*v. p.1888,59*). Phil. 3, 20 unde ... salvatorem -amus (*ἀπεκδεχόμεθα. al.*). I Thess. 1, 10 de caelis (*ἀναμένειν*). *et al.*

Ⓘⓘ *bestias (metonym.: l.4. 7):* SEN. Oed. 902 Daedalus ... alitem (*i. filium*) -ans suam. COLVM. 7, 9, 13 in cubili suam quisque matrem nidus -at (MART. 3, 58, 21). STAT. Theb. 6, 866 medio coniunx (*i. vacca*) stat ... prato victorem -ans *taurum*. IVV. 9, 69 durate atque -ate cicadas (*i. aestatem*). *et al. in venatione:* STAT. Theb. 4, 496 venator ... leonem -at (MART. 14, 30, 1 *venabula* excipient apros -buntque [except- *Ker, ClQu. 44, 1950, 24; vix necess.*] leones). MART. 11, 21, 5 vagos -ant retia turdos.

Ⓘⓘⓘ *homines* (animam *l.33*, senatum *l.58*): Ⓐ *universe (saepius c. breviloquentia quadam '-are alqm.' pro '-are iussum, actionem alcis.', e.g. l.30. 57. 64):* ENN. sat. 58 ne quid -es amicos, quod tu⟨te⟩ agere possi⟨e⟩s. PLAVT. Bacch. 1204 filii vos -ant intus (TER. Haut. 409 Eun. 917 *al.*). TER. Hec. 430 te -o (Ad. 260 domi. CIC. Att. 1, 3, 2 nos hic te ad mensem Ianuarium -amus [3, 7, 1 *al. v. p. 1889,71; aliter* 2, 10 usque ad Nonas Maias te in Formiano -bo]. 12, 51, 1 a Peducaeo. *al.*). 438 ne me frustra illi[c] -et *hospes* (CIC. Att. 3, 19, 3 me, si putas te istic visurum, -es, si minus, invisas [*opp.*]. 6, 3, 9 Athenis. epist. 7, 4 hoc biduo aut triduo -a. 7, 20, 2 ante brumam. PLIN. epist. 1, 4, 3 secure ac prope neglegenter [*syn.* excipiunt]. *al.* VVLG. Os. 3, 3 dies multos). 801 totum desedi diem ..., dum -o in arce Callidemidem. Phorm. 148 senem quoad -atis? 460 frater est -andus mihi. VARRO rust. 1, 2, 2 nondum rediit et nos uti -remus se reliquit qui rogaret. CIC. Verr. II 1, 61 *duo signa* in aedibus tuis ... sectorem -ant. Att. 1, 5, 8 fratrem cottidie (*al.*). 5, 10, 1 -bam ibi iam quartum diem Pomptinum. 7, 17, 5 ego IV Nonas Febr. ... in Formiano ... mulieres -bam. 10, 9, 3 Servium -o ad Nonas. 13, 21, 2 -bam hodie aut summum cras ab eo tabellarios (*al.*). epist. 6, 7, 5 nihil est ... quod filium meum -es. 14, 23 *Caesari* utrum obviam procedam an hic eum -em. *al.* MANIL. 5, 355 hoc est *medicae* artis opus, non -are gementes (*sic c. part.*: TERT. apol. 8, 2 fugientem animam novam -a, excipe rudem sanguinem. HIER. epist. 14, 3, 2 morituros -a paulisper et sepeli. *aliter l.80 sqq.*). LVCAN. 7, 744 aurum hic iacet, ... regum fortuna ... -at dominos. SIL. 12, 586 curulibus altis iam vos ... ad nobile letum -ant ... senes (*ad* LIV. 5, 41, 1 *v. p.1892,9*). IVV. 6, 488 *domina* properat iamque -atur in hortis. TERT. apol. 11, 16 dignius istos (*i. Sullam sim.*) deos ille adsumendos -asset (*opp.* properavit). *et saepe. de feminis virum -antibus (vice versa l.46. v. et p.1889,24. cf. p.1895,63):* PLAVT. Men. 598 amica -at me (Merc. 280. 556 uxor me -at iam dudum esuriens domi. TER. Hec. 855). Poen. 362 dum te -o (*antea:* liberare iuravisti me). Stich. 137 quid illos -atis, qui ... iam abierunt triennium? (PROP. 2, 9, 8). TER. Hec. 451 filium. AFRAN. com. 197 non possum domi meum virum -are (PROP. 3, 3, 20). HOR. sat. 1, 5, 83 hic ego ... usque puellam ad mediam noctem -o. OV. epist. 2, 98 fac -es Demophoonta tuum (*opp.* abisti). SEN. contr. 2, 5, 8 per longum tempus. COD. Iust. 5, 17, 2 (*a. 259*) sponsum ... post tres peregrinationis annos -andum sibi ultra non putat. *al. de mortuis sim. morituros -antibus:* SEN. Tro. 790 *ad Astyanacta:* Troia te -at tua. LVCAN. 6, 804 placido manes patremque domumque -are sinu. SIL. 8, 147 TERT. uxor. 1, 1 l. 30. CIL VI 142^{e} plures me antecesserunt, omnes -o. INSCR. christ. Diehl 4986 *al. v. et p.1900, 30. sim. in devovendo:* SEN. contr. 7, 1, 4 -at ... parricidam mare *saeviens*. CE 205 (*s. II*) locus capillo ri⟨v⟩us, -at caput suum. *in iure et in re publica:* CIC. Phil. 6, 16 legatos (*al.*). 11, 26 neque in tot incendiis, quibus confestim succurrendum est, -bit senatum *Brutus* (*al.*). Att. 16, 4, 4 nuntios (*opp.* properare. *al.*). SALL. Catil. 52, 28 alius alium -antes cunctamini (or. Lep. 20 principem). LIV. 2, 55, 7 tribunos. 31, 48, 4 consulem (*al.*). *al.* VLP. dig. 26, 7, 7, 1 *tutor* contutores -bat vel differentes vel ... volentes se excusare. GAIVS epit. 2, 5, 1 non -to herede (*al.*). COD. Theod. 1, 16, 8 (= Iust. 3, 3, 5 = CIL III 459, 8) negotia in quibus superfluum est moderatorem -ari provinciae. *al. in re militari:* CIC. epist. 11, 14, 3 ex Africa legiones (*al.*). LENT. Cic. epist. 12, 15, 1 diutius morari aut -are praesidium. CAES. Gall. 1, 22, 3 Labienus ... monte occupato nostros -bat proelioque abstinebat. 4, 9, 3 -ari equites atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur. 6, 7, 3 auxilia (*al.*). civ. 1, 18, 4 primis diebus ... reliquas ... copias (*al.*). *al.* VERG. Aen. 9, 46 hostem (LIV. 36, 43, 10 classis ... ibi aptius -tura hostem. *al.*). CVRT. 8, 13, 15 contemptim et superbe (*opp.* abire). *al.* TAC. hist. 2, 30, 1 non -are ducem, anteire signa milites. *al. de partu:* CVRT. 10, 6, 11 -ari nondum ortum regem. TERT. anim. 26, 3 p. 344, 7. IVST. 13, 2, 5 Roxanes -ari partum. *al.*

Ⓑ *c. respectu actionis diutius protractae (cf. p.1888,79sq.), sensu durativo q. d. (v. et e.g. p.1891,36. 54sqq. 1892,23. 1895,22):* CIC. de orat. 1, 166 *oratores* multas horas (*v. p.1891,54*) -vit, cum in campum properaret, et ridens et stomachans Scaevola (*sim. de loquentibus:* VITA Anton. 26 p. 41, 2 non adtendere *daemonibus* ... et -are eos quasi verum dicentes [*gr. p. 881^{o} προσέχειν*]. VVLG. Iob 32, 4 Eliu -vit Iob loquentem. VITA Fulg. p. 133$^{med.}$ L. duobus diebus se praesente tractantem). HOR. sat. 1, 5, 9 cenantes haud animo aequo -ans comites. PETRON. 136, 10 tamquam -rem morantem in aditu steti. PORPH. Hor. sat. 1, 9, 38 negat se posse eum

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are. AMBROSIAST. in Rom. 9, 22 p. 138D *infideles* diu ... -ti converti noluerunt (11, 22 p. 152B *deus* patientiā suā. in I Cor. 7, 17 p. 220A; *syn.* sustinet. *al. cf.* GREG. M. dial. 4, 40 p. 294, 24 M. *nos* adhuc divina patientia longanimiter -at. *v. l. 7. al.*). LEX Burg. lib. const. 55, 2 Romani in iudicio contendentes -entur. *indicatur finis per praep.* ad (*cf. p. 1888, 28*): GREG. M. moral. 10, 14 p. 929B patientia *dei* ... nos et peccantes tolerat (*syn.*) et conversos ad praemia ... -at. 15, 38 p. 1101B iudex ... ad conversionem singulos ... -at. CAES. AREL. serm. 109, 1 p. 433, 1 *deus* eos per quadraginta annos reservavit (*syn.*) et -vit ad poenitentiam.

β res: - Ⓘ *corporales, naturales*: CIC. Phil. 1, 8 cum ... mansissem ... in villa P. Valeri ... postridieque apud eundem ventum -ans manerem (Att. 10, 15, 2 *al.* VERG. Aen. 4, 430 -et facilemque fugam ventosque ferentes [VAL. FL. 6, 327]. *cf.* COLVM. 2, 20, 5; *syn.* opperiri. *al.*). Att. 16, 8, 1 impedimenta -anda sunt, quae ... veniunt. epist. 14, 4, 5 tuas ... litteras ... ego -assem Brundisii, si esset licitum (*al.* LIV. 26, 15, 5 ab Roma. *aliter v. p. 1896, 57*). LVCR. 3, 778 -are immortales *animas* mortalia membra ... certareque praeproperanter ..., quae prima ... insinuetur. CAES. Gall. 3, 14, 1 statuit -andam classem (LIV. 35, 25, 5 *al. cf.* CAES. civ. 1, 29, 2 ex ... regionibus Galliae ... et a freto naves [*al.* LIV. 45, 34, 9]). GERM. 669 (*de sidere*) -at Chiron ... arcum (*gr. Arat. 663 μένουσι*). SEN. epist. 83, 20 libidinosus ne cubiculum quidem -at. 108, 1 properas (*opp.*) nec vis -are libros, quos cum maxime ordino. LVCAN. 8, 725 fluctus (*cf.* SIL. 3, 57 fusi transtris -ant aequora [*i. mare crescens*] nautae). PLIN. nat. 14, 139 *vinolentos* lectum -are non posse (*i. ante mensam bibere*). STAT. Theb. 12, 140 ut longius obstent *corpora putredini* -entque rogum. IVV. 15, 83 victrix turba ... tardum ... putavit -are focos, contenta cadavere crudo. TERT. anim. 53, 4 p. 386, 11 (*de animae cohaerentia quasi per seriem catenae tractae probata*) reliquiae (*i. partes reliquae*) universitati (*i. toti rei*) cohaerentes -antur ab illa (*re tota*), non derelinquuntur. bapt. 18, 2 p. 216, 10 fides non moratur, aqua *baptismi* non -atur (*seq.*: cito tinctus est). *al.* VVLG. Iac. 5, 7 agricola -at pretiosum fructum terrae patienter ferens *eqs.* (*ἐκδέχεται*). SIDON. epist. 1, 2, 7 *rex* tesseras ... volvit ..., mittit ..., patienter -at. ARATOR act. 2, 910 sterilis ... arbor -ta tribus fructum non attulit annis (*v. p. 1890, 76. cf. et p. 1893, 54*). *et al.*

Ⓘ *incorp.* (*pauca selecta*): Ⓐ *tempus: t. eventurum*: VARRO ling. 5, 61 ver (MIN. FEL. 34, 12 corporis [*in imag.; opp.* festinas]). RHET. Her. 2, 4, 7 occasio ... quae aut praeterita sit aut non -ta (QVINT. decl. 388 p. 436, 24; *opp.* rapienda. *cf.* CIC. Phil. 2, 118 ad ... opus curretur neque occasionis tarditas -bitur). 4, 36, 48 luci noctem, nocte lucem -atis. CIC. inv. 2, 174 in praesentia quiescere atque aliud tempus -are oportebit (Verr. II 1, 81 legitimum ... ad ulciscendum [*syn.* differre. PLIN. epist. 4, 15, 11; *opp.* festinare]. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 6; *opp.* occurrere. HIL. in psalm. 1, 3 p. 22, 2 id ... quod erit per -andum adhuc tempus). Phil. 3, 2 certus ... dies ... sacrificiis (VLP. dig. 26, 7, 8 creditae pecuniae). CAES. Cic. Att. 14, 2, 3 cum tam diu sedens (*cf. p. 1889, 66*) meum commodum -et *Cicero*. VAL. MAX. 5, 4 ext. 3 parentium senectutem tueri quam vestram -are satius esse (*aliter l. 58*). COD. Iust. 6, 53, 5, 2 (*a. 226*) non coeptum ... annum, sed impletum. *spatium temporis labentis* (*cf. p. 1890, 75 sq.*): VARRO rust. 2, 4, 7 *in scrofis admittendis* melius viginti menses -are. CIC. Cluent. 90 paucos dies. prov. 17 hoc tempore amisso annus est integer vobis -andus. LIV. 31, 48, 10 non -are belli tempora moras et dilationes imperatorum. 40, 10, 6 si ... te senectus absumpserit aut ne ea quidem -ta fuerit (TAC. ann. 16, 9, 1. *aliter l. 52*). Ⓑ *eventum, finem sim.*: LIV. 5, 6, 2 pati taedium et quamvis serae spei exitum -are (*syn.* opperiri). 25, 15, 12 Thurinis -antibus magis quam adiuvantibus eventum (25, 16, 19; *syn.* patiendo. 42, 29, 3; *syn.* abstinere). SEN. dial. 6, 8, 3 finem luctus potius facere quam -are (*syn.* opperiri. CLAVD. DON. Aen. 2, 680 p. 240, 26 verborum. *opp.* interveniunt, conloquia rumpunt). *peculiariter de fine vitae* (*aliter p. 1896, 48. 1899, 20. 1900, 6. 18*): PLAVT. Asin. 531 periclum ..., dum eius -amus mortem, ne nos moriamur fame (CIC. Mil. 16 ne necessariam quidem. SEN. epist. 70, 10 utrum consciscceret mortem an -ret. 70, 11; *opp.* occupanda). SALL. or. Lep. 15 extremam necessitatem nihil ausus. OV. met. 3, 136 ultima semper -anda dies homini est dicique beatus ante obitum nemo ... debet. SEN. epist. 58, 32 fatum (*antea*: non opperiri sed manu facere. *cf.* CVRT. 5, 12, 11 legem fati. *syn.* vitam non finiam). 70, 14 exitum (*opp.* ipsum interemptorem sui fieri). 117, 21; *opp.* profugiam. Ⓒ *preces, iussa sim.*: CIC. Mil. 11 silent ... leges inter arma nec se -ari iubent, cum ei, qui -are velit, ante iniusta poena luenda sit. Phil. 8, 5 decreta (*opp.* bellum ... sua sponte suscepit). epist. 11, 7, 2 ne in libertate ... conservanda auctoritatem senatus -es. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13, 2 (= 9, 21, 2 Sj.) longas preces (SVLP. SEV. dial. 2, 5, 9 p. 187, 9; *opp.* prius omnia praestitit). VERG. Aen. 5, 137 signum (LIV. 31, 36, 3; *opp.* ante tempus excitatis. SEN. epist. 49, 8; *opp.* posceret). Ⓓ *varia: quae suo tempore evenient*: PLAVT. Asin. 528 an te id -are oportet, si quis promittat tibi *eqs.* (Curc. 144 magnum inceptas, si id -as quod nusquamst. CIC. Brut. 17 et -bo ea quae polliceris nec exigam). CATO agr. 3, 2 habere ... dolia multa, uti lubeat caritatem -are. CIC. Sest. 75 defensor ... nihil progreditur, consilia -at inimicorum (Att. 10, 1, 2; *opp.* praeripiam). Mil. 70 iudicium (*sc. pronuntiatum. de actione danda*: VLP. dig. 5, 3, 7, 1 non -antur [-ant *Haloander*] liberalia iudicia [*syn.* differendum, sustinentur. *aliter l. 32*]). epist. 5, 16, 6 temporis medicinam (*opp.* repraesentare). TIRO Gell. 6, 3, 41 beneficia promissa opperiri oportet ..., iniurias autem imminentes praecavisse iustum est quam -visse. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) I 12 adventum (LIV. 5, 41, 1 turba seniorum ... adventum hostium obstinato ad mortem animo -bat). SALL. Iug. 47, 4 promissa (VVLG. act. 1, 4; *περιμένειν, opp.* discederent. 23, 21; *προσδεχόμενοι*). LIV. 1, 54, 7 responsum (QVINT. inst. 9, 2, 15; *opp.* statim subicere). SEN. contr. 2, 5, 8 -ari fortuna mavult quam regi (SEN. nat. 3 pr. 13 non -are, sed facere [*v. adn. cr.*]. CVRT. 10, 9, 17 -are potius quam movere). SEN. epist. 98, 8 dolorem (*opp.* ante dolet quam necesse est). TAC. ann. 1, 7, 6 ne Germanicus ... habere imperium quam -are mallet (*cf.* FLOR. epit. 1, 7, 2; *opp.* regnum ... rapere). 1, 30, 5 Drusus non -to legatorum regressu ... in urbem rediit (*syn. 4* opperiendas). CYPR. epist. 33, 2 p. 567, 18 praesentiam nostram (*opp.* properare). SYMM. rel. 2, 2 p. 280, 10 ante capere magistratum quam -are. COD. Theod. 4, 22 (23 Kr.), 3, 4 litem (*syn.* patiatur, *opp.* inferre. *aliter l. 34*). *quae per spatium temporis durant aut iterantur* (*cf. p. 1890, 75*): SEN. dial. 10, 14, 4 *clientibus* miseris suum somnum rumpentibus, ut alienum -ent. epist. 70, 15 ego -em ... morbi crudelitatem ..., cum possim ... exire? QVINT. inst. 2, 4, 15 extemporalis garrulitas nec -ta cogitatio (APVL. met. 9, 1 diutina; *opp.* praecipitante). TAC. dial. 20, 1 quis quinque in Verrem libros -bit? (*syn.* feret, perpetietur). PALLAD. ins. praef. 1 malo operam *librarii* ... -are potius quam timere. MAXIMIN. c. Ambr. 90 p. 34, 45 sermo. AVG. lib. arb. 3, 5, 17 p. 1279 aetate maiores homines ... patienter corrigenda -ant iudicia parvulorum (*aliter l. 3*). SALON. in eccl. p. 1002D *Christus* peccata nostra patienter sustinet et misericorditer ad paenitentiam -at. COD. Iust. 4, 65, 33 (*a. 484*) litem usque ad definitivam sententiam (*aliter l. 22*).

c *c. praep.* ad (*pleraque huius structurae exempla ad* 'specto' *pertinent [de confusione v. p. 1887, 59 sqq.]. huc fortasse pertinere videntur quae hic et p. 1897, 28 proponuntur; cf. et p. 1888, 23*): AVG. serm. coll. Morin p. 491, 10 in potestate *viatoris* velocis est, ut simul ambulent, si -et ad illum (*i. tardum, cf. l. 71*).

2 *de rebus (fere incorp.)*: **a** *variis*: Novivs Atell. 104 olim -a veniunt septem Saturnalia. Cic. Sest. 78 pro -a aedilitate (*sim. de magistratu*: Ivv. 8, 87 -a diu ... provincia). Att. 4, 4 mihi tuum adventum suavissimum -issimumque esse. 4, 19, 1 litteras (epist. 16, 9, 2 -issimas [Planc. Cic. epist. 10, 5, 1]. ad Q. fr. 2, 6, 1 [= 7, 1 Sj.] iucundissimas, -as, ac primo quidem cum desiderio, nunc vero etiam cum timore. *al.*). Verg. georg. 1, 226 illos *rusticos* -a seges vanis elusit avenis. Aen. 5, 104 -a dies aderat ([*cf.* Clavd. Don. *ad l.* p. 438, 18 desideranter optata]. Stat. Theb. 2, 214 *al.*). 6, 687 tua ... -a parenti ... pietas. 11, 54 triumphi (*v. p. 1900, 55*). Hor. epist. 2, 2, 25 carmina. Sen. epist. 74, 8 *quae cupiuntur* ad paucos perventura, -a omnibus. Val. Fl. 7, 417 dona. *al.* Paneg. 4, 20, 3; *opp.* percepta. Ps. Hier. epist. 25, 1 p. 220B o tempus cunctis saeculis -ius (Caes. Arel. serm. 58, 3 p. 246, 6 -issimum). Pavl. Petric. Mart. 5, 466 nec ... miseros spes -a fefellit (6, 330. CE 1075, 7 delicium domini, spes -a parentu⟨m⟩ [*v. p. 1900, 68*]. *cf. p. 1896, 84*). *et al.* **b** *de cupiditate audiendi, videndi* (*v. et p. 1900, 68. cf. p. 1898, 3*): Cic. div. in Caec. 39 tantam causam, tam -am ... oratione expromere. Verr. II 3, 139 tollis -um existimationis tuae iudicium. Ov. met. 13, 126 *Vlixes* -o ... resolvit ora sono. Liv. 1, 9, 7 ut rem (*i. ludos*) claram -amque facerent.

B *i. q. provisus* (*syn. l. 37. opp.*: repens *l. 35; cf. l. 30. 34.* insperatus *l. 43. cf. l. 32. saepe c. negat., fere i. q. improvisus*): **1** *de hominibus*: Cic. leg. agr. 2, 46 decemvir qui ... in urbem aut -us ut hospes aut repente ut dominus venerit. Ov. epist. 6, 82 non -a (-o *l. v.*) vulnus ab hoste tuli. Sil. 2, 151 Theron ... non -um Tyriis effuderat agmen. Amm. 26, 5, 11 Iulianum ... nec speratum ante nec -um ... incredibili velocitate transisse. **2** *de rebus*: Cic. rep. 2, 6 adventus hostium non modo -os, sed etiam repentinos (*sim. opp.*: Tusc. 3, 52 repens). fin. 1, 41 nulla spe proposita ..., nulla ... neque praesenti nec -a voluptate. Tusc. 3, 32 *mala* ante provisa et -a (4, 80). Ov. met. 15, 564 *hasta in arborem mutata* non -as dabat admirantibus umbras. fast. 5, 710 traiectus ... Castor ab ense non -o volnere pressit humum. Nvx 120 non -a cum venit imber aqua. Val. Max. 6, 8 pr. servorum ... quo minus -am, hoc laudabiliorem fidem. Sen. epist. 13, 10 quam multa non -a venerunt, quam multa -a nusquam conparuerunt. Sil. 10, 300. Gell. 2, 19, 5 de ... rebus ... vel insperatis vel -is.

neutr. **ex(s)pectātum,** -ī *pro subst. fere i. quod -atur, exspectatio* (*notione mere temporali: l. 57*): **1** *vario usu*: Vell. 2, 75, 2 quis non diversa praesentibus contrariaque -is aut speret aut timeat? 2, 123, 1 ad patrem patriae -o revolavit maturius. Sen. epist. 100, 6 *quidam oratores* clausulas *abrumpunt*, ne ad -um respondeant. **2** *in certis locutionibus*: ante -um (*syn. l. 52. cf. et l. 47*): Verg. georg. 3, 348 Romanus ... ante -um positis stat in agmine castris (*cf.* Serv. *ad l.* dicto citius, antequam eius -etur adventus. Arvs. gramm. VII 458, 2 pro antequam -atur). Ov. met. 4, 790 ante -um tacuit. 8, 5 *v. p. 1900, 55*. Sen. epist. 114, 17 Sallustio vigente anputatae sententiae et verba ante -um cadentia ... fuere pro cultu (*cf. l. 48*). Sil. 2, 31 Avson. 468 p. 405, 15 P. Ambr. fug. saec. 8, 47 p. 201, 7. Heges. 3, 17 p. 214, 6 furtum est usurpare ante -um (*v. l. 45*). 4, 23, 2 p. 277, 2 urbem ... ante -um cepit (*gr. 4, 529 ἀδοκήτως*). Plin. Val. 3, 9extr. dormit. contra -um: Heges. 2, 15, 6 p. 175, 8 repentina contra -um commutatione rerum (*gr. 2, 541 ἀδόκητον*).

deriv.: ?exspectabilis, ?exspectantia, exspectatio, exspectator (-trix).

compos.: reexspectare; inexspectatus. *Hiltbrunner.*

exspergo (exper-) *et* ex(s)pargo, -sī, -sum, -ere. *ab* ex *et* spargere. *scrib.*: -spar-: *l. 69. 80. p. 1902, 2. 4. cf. et p. 1902, 6.* ix-spar-: *p. 1902, 3. legitur ap.* Lvcr., Verg. *et ap. script. infimae aetatis. fort. c. prosthesi pro simpl.* spargere *e. g. l. 80. p. 1902, 3.*

1 *fere i. q. dissipare, disicere*: Lvcr. 5, 371 nec ... natura loci spatiumque profundi deficit, -spargi quo possint moenia mundi *pereundo*. Act. Andr. Matth. 18 p. 88, 23 multa tormenta tibi habent inferre isti nequissimi, ut carnes tuas in plateas civitatis et vicos -pargant (*Castiglioni in plag.*; 'expargunt *pro eo q. e.* exspergent?' *Bonnet; trad.* expurgant. *gr. p. 89, 3 σκορπίσουσιν*).

2 *i. q. aspergere, (large et late) dispergere* (*cf.* madefacere *l. 78*): Verg. Aen. 3, 625 cum corpora ... *Polyphemus* in antro frangeret ad saxum sanieque -sa (*pars codd. dett., Serv. v. l. 78, Forbiger, Ribbeck, Nettleship al.*; a(d)spersa *M Py, Sabbadini al.*) natarent limina (Serv. Aen. 3, 624 -sa haec fuit vera lectio, id est madefacta: nam si 'aspersa' dixeris, id est inrorata, tapinosis et hyperbole iunguntur). Greg. Tvr. Andr. 12 p. 833, 6 haec dicens -parsit (expersit, sparsit *ll. vv.*) desuper aquam ex ampulla et statim ... incendium ... supitum est (*i. sopitum*).

3 *fere i. q. digerere, expandere*: Alex. Trall. 1, 127 hoc medicamentum ... tumores conglutinatos -endo deponit et pus extrahit (*aliter gr. 2 p. 115 P. τοὺς ἤδη μεταβληθέντας εἰς πῦον ἐκρήσσειν*). *translate*: Lib. pontif. p. 85, 3 *constitutum* -parsit (ixsp-, sp- *ll. vv.*) per universum mundum (*cf.* p. 107, 5 [sp- *l. v.*]). Vitae patr. Iurens. 3, 5 p. 156, 2 quondam -ente (et spargente *l. v.*) barbarie. Greg. M. in Ezech. 1, 11, 26 p. 917B cuius cor in curis innumeris -sum (expans- *l. v.*) se ad se colligat? *cf. p. 1599, 16.*

?exsperno, -ere. *ab* ex *et* spernere (*nisi est* spernere *auctum prosthesi*). [*p. p. p.* expretus *v. p. 1782, 4.* Colvm. 7, 5, 19 (excernit, *sec.* Pallad. vet. med. 32, 10 [*addas p. 1227, 25*]; ex-(s)pernit, expuit, expromit *ll. vv. falsae*).] *i. q. valde contemnere*: Itala Matth. 18, 10 (cod. e) videte ne -atis ex pusillis istis (*καταφρονήσητε, Vulg.* contemnatis).

exspēs (exp-) *adi. defect., casus obliqui desunt. ab* ex *et* spes. *saepe scribitur* expes. *ex doctrina gramm.*: Frg. Bob. gramm. VII 542, 17 *v. p. 1881, 47*. 542, 26. *de notione*: Non. p. 12, 4 -s dicitur sine spe (Isid. orig. 10, 83). Prisc. gramm. III 35, 23 est quando privationem, id est abnegationem, significat *praepositio*, ut impius, -s (III 35, 27 ut -s, exlex). III 42, 18 -s extra spem. Gloss. qui spem non habet. Gloss. I p. 247 -s *ἀνέλπι⟨σ⟩τος*. *legitur inde ab* Acc., Hor., Ov., Pers., Tac.

i. q. sine spe, extra spem positus, desperatus: **1** *absolute*: Acc. trag. 415 -s, expers, desertus, vagus (*sic in enumeratione*: Hor. epod. 16, 37 mollis et -s [expers *pars codd.* Porph. *ad l.* pars maior *civitatis* remaneat, quae mollis animi ac sine spe est ⌊expersque virtutis⌋ (⌊ ⌋ *del. Petschenig*)]. Ov. epist. 6, 162 inops, -s, caede cruenta sua *Medea*. met. 14, 217 *Achaemenides* solus, inops, -s, leto poenaeque relictus. Pers. 2, 50 deceptus et -s. Clavd. 28, 271 desolatus et -s *Alaricus post cladem*). Hor. ars 20 si fractis enatat -s navibus *eqs.* Argvm. Plaut. Merc. II 13 mercator -s (*Saracenus*, expers *codd.*) patria fugere destinat. Ven. Fort. Mart. 1, 429 Tetradii famulus proconsulis -s mancipium alterius sub hospite daemone factus (*cf. Sulp. Sev. Mart. 17, 1*). **2** *c. gen.*: Acc. trag. 376 ille orbus, -s liberum. Tac. ann. 6, 24, 2 ubi -s vitae fuit *Drusus*.

K.

exspīrātio, -ōnis *f. ab* exspirare. **1** *i. q. exhalatio (quae e terra, stercore fit), fere i. q. vapor, halitus sim.*: Cic. nat. deor. 2, 83 *terrae* -bus ... aer alitur *eqs.* Cael. Avr. chron. 1, 1, 14 stercorum detractione caput relevatur, quorum motu ac -is ascensu amplius gravabatur. **2** *de actu exspirandi: -o animae, i. q. mors*: Tert. anim. 25, 2 p. 341, 1 *Plato* dicit ... animam ... aspiratione nascentis infantis adduci, sicut -e (aspiratione *l. v.*) novissima educi. adv. Marc. 4, 42 p. 565, 10 post -em (*sc. Christi*). Hier. epist. 108, 28 p. 347, 14 usque ad -em animae.

***exspīro** (expi-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* spirare. *scribitur in codd. persaepe* exp- (Prisc. gramm. III 48, 8 exequor, expiro quae rationabilius absque s scribuntur): *e. g.* Lvcr. 2, 354 *v. p. 1903, 60*. *de notione*: Synon. Cic. p. 431, 31 B. interit, obit, occidit, perit, -vit, exstinctus est, decessit *eqs.* (*cf.* Agroec. gramm. VII 122, 19 spirare vivere est, -are mori [Isid. diff. 1, 518 Diff. ed. Beck p. 84, 26]. Avg. serm. 268, 2 p. 1232fin. quid est ... -are nisi spiritum amittere? Gloss.L II Abav. ex 91 -at exanimat⟨ur⟩. II Philox. ex 141 -vit *ἐξέπνευσεν*. III Abstr. ex 99 exhalantem, -antem, emittentem [*sc. vitam, Verg. Aen. 2, 562*]. *cf. et p. 1904, 16 sqq.*). p. 432, 7 ira resedit ..., consenuit, elanguit, -vit *eqs.* Non. p. 38, 23 -are dictum est vel ab spiritu effuso vel ab spiraminibus. Gloss.L III Abstr. ex 114 exhalat, -at, redolet. *de usu: part. praes. pro p. p. p. (ut subst. m.) v. p. 1903, 25. legitur inde ab* Acc., Lvcil., Varrone, Cic. [*e coni. v. p. 1903, 7. 59.*]

I *intrans. et absol.*: **A** *generatim: i. q. spirando, redolendo exire (syn. l. 64), exhalare, egeri sim.: de vaporibus, igni sim.*: Acc. trag. 532 nemus -ante vapore vides, unde ignis cluet *eqs.* (Sil. 14, 593 ater picea vapor -bat in aethra). Lvcr. 6, 640 per fauces montis ut Aetnae -ent ignes ... turbine (*cf.* 6, 886 necesse est ... ignis corpora ... -are foras exireque in auras). Arnob. nat. 7, 16 p. 250, 3 putor, qui ex coriis tollitur atque -at ardentibus. Avson. Mos. 340 Mulciber ... volvit ... flammas inclusum glomerans aestu -ante vaporem. *de ventis, halitu, odore sim.* (*v. et l. 54 sq.*): Ov. met. 15, 300 vis ... ventorum ... -are ... cupiens (*cf.* Apvl. met. 1, 3). Val. Fl. 4, 494 fragrat acerbus odor patriique -at Averni halitus (*v. p. 1903, 77*). Tert. mart. 2 p. 7 Oe. triste illic (*i. in carcere*) -at, sed vos estis odor *eqs.* *laxius de excrementis*: Lvcil. 646 ut, si eluviem facere per ventrem velis, cura, ne omnibus distento corpore -et viis. *in imag.*: Catvll. 64, 194 frons -antes praeportat pectoris iras (*v. l. 54*).

B *speciatim*: **1** *i. q. exhalare, spiritum, animam, vitam exhalando exstingui, gr. ἐκπνεῖν (i. aut morientem esse aut mori [cf. l. 47 sqq.], syn. p. 1903, 3), perire* (*syn. p. 1903, 2. 12 al. cf.* Serv. Aen. 1, 96 possumus ... sic uti ... sermone, ut et per se plenus sit et recipiat adiectionem. ergo dicimus et ... '-at' et 'animam -at' [*cf. p. 1904, 16*]. *fere de animantibus; de ovis p. 1903, 21, de re publica pro persona p. 1903, 3*): **a** *proprie*: Lvcil. 106 bubulcus -ans (Non. p. 38, 25; exalans *Non. p. 279, 27; cf. p. 1403, 19*) animam pulmonibus aeger agebat. Sall. hist. frg. 1, 44 M. Mario ... fracta ... crura bracchiaque et oculi effossi, scilicet

[Oellacher †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut per singulos artus -ret. VERG. Aen. 10, 730. 738. 11, 865 -antem ... et extrema gementem. HOR. epod. 5, 91 ubi perire iussus -vero. LIV. 1, 25, 5. 1, 41, 6. 28, 28, 11 si ego morerer, mecum -tura res publica, mecum casurum imperium populi Romani erat? (VAL. MAX. 3, 2, 18. *cf.* PLIN. paneg. 57, 4 -ante ... libertate). SEN. apocol. 4, 2 *Claudius* animam ebulliit et ex eo desiit vivere videri; -vit *eqs.* nat. 2, 59, 10 ne tunc quidem, cum -as (*Fortunatus*, spiras *codd.*) *eqs.* 2, 59, 11 quotiens ... *fulmen* effulsit, -as (*hyperbol.*). 3, 18, 1 mullo -ante (PLIN. nat. 9, 66. *cf.* MART. 13, 102, 1 -antis ... scombri). PETRON. 72, 5 si videro balneum, statim -bo. PLIN. nat. 30, 135 *lacerta* (*cf.* RVFIN. hist. mon. 11 p. 430D *crocodilus* corruens -vit). QVINT. decl. 306 p. 200, 25 (*syn.* periit). ITALA Ezech. 37, 11 (Cypr. testim. 3, 58 p. 158, 16) periit spes nostra, -vimus (*διαπεφωνήκαμεν*, *Vulg.* abscissi sumus). VVLG. Marc. 15, 37 *Iesus* emissa voce ... -vit (*ἐξέπνευσεν*. AVG. cons. euang. 3, 20, 57 p. 345, 10. *cf.* VVLG. Luc. 23, 46 haec dicens -vit. *v. et p. 1904, 26*). act. 5, 5; *ἐξέψυξεν*. AVG. serm. 180, 7, 8 p. 976med. si ille ... continuo -et, si -et ante oculos tuos, -vit caro ipsius? ... -vit excluso spiritu. CARM. adv. Marc. 5, 172 -ante deo tacite de corpore carnis. SVLP. SEV. chron. 1, 54, 4 ut ne simplici quidem morte -ret. PRAEDEST. 1, 46 p. 603A qui cum carnes non comedant ..., nec ova ipsa accipiant; aiunt enim, et ipsa, dum franguntur, -ant. PASS. Petr. Paul. long. 65 p. 175, 3 (spiritum exalaret *l. v.*, *cf. p. 1403, 20*). *et al.* *impersonn.*: AVG. serm. 17, 5, 5 p. 127med. nondum finita est via, nondum clausus est dies, nondum -tum est. *part. praes. pro p. p. p. fere i. q. exstinctus*: AMBR. spir. 3, 19, 151 p. 812A -antium favillae spirantium faciem receperunt (VICT. VIT. 3, 58 -antium funera). **b** *translate: i. q. perire, oblivioni dari*: SEN. benef. 3, 32, 3 Sophroniscum Socrates -are non patitur. *i. q. quasi mortuum esse*: TERT. pudic. 19, 6 p. 262, 21 mulierem ... post fidem vivam in haeresi postea -asse (-asse *ad* vivam *e contrario positum est; in vera fide qui est vivit, mortuus qui in haeresin incidit. cf. l. 65*).

2 *de floribus, fructibus, fere i. q. marcescere (syn. l. 35), decrescere* (*syn. l. 38*): PLIN. nat. 13, 48 *fructus palmae* celeriter -at marcescitque. STAT. silv. 2, 1, 106 primos -turus ad austros ... flos (*cf.* 3, 3, 130 rosae primos moriuntur ad austros aut ubi verna novis -at purpura pratis. CLAVD. rapt. Pros. 3, 241 pallere ligustra, -are rosas, decrescere lilia vidi).

3 *de variis, i. q. evanescere, exstingui*: PLIN. nat. 13, 20 unguenta ilico -ant ac suis moriuntur horis. 23, 65 cum *vini faex* -vit ..., lavandis corporibus ... utilis *est*. STAT. Theb. 10, 117 languida succiduis -ant lumina flammis. 12, 658 equitum ... catervis -at protritus ager. AVG. civ. 21, 4 p. 493, 18 D. *calx* aqua ... perfunditur; ... velut -ante ... gleba discedens ignis ... apparet. *transl.*: FIRM. err. 20, 7 veneni ... virus evanuit et ... substantia profanae cupiditatis -at.

4 *apud ICTos de actionibus, iudiciis sim., i. q. exstingui, perire, finiri*: IVLIAN. dig. 45, 1, 58 priore obligatione -ante. VLP. dig. 24, 3, 19 -at iudicium (GAIVS inst. 4, 104; *syn.* mori. *al.*). MARCIAN. dig. 48, 17, 1, 4 si intra annum mortuus sit, criminis causa -at et perit. COD. Iust. 6, 26, 5 (*a. 290*) substitutiones. 6, 43, 3, 1a legatum. 6, 51, 1, 2a relictum. 7, 39, 7 pr. actionem hypothecariam ... triginta finiri spatiis aut ... nullis -are lustrorum cursibus. 7, 63, 5, 1c eveniebat ... diem fatalem non observari et lites -are. 9, 20, 8 (*a. 290*) criminis intentionem. INST. Iust. 3, 12 pr. bonorum venditiones. *et al.*

II *c. obi.*: **A** *generatim*: **1** *proprie: i. q. alqd. exhalare, efflare et laxius i. q. effundere, edere*: **a** *umores e corporibus animalium fere i. q. -ando foras dare, evomere (cf. l. 64. 77), exspuere sim.*: LVCIL. 1244 ore salem -vit *Vlixes* (*Columna*; expiavit *codd.*) amarum (*ex Hom. Od. 5, 322 ἐξέπτυσεν*). LVCR. 2, 354 *vitulus* sanguinis -ans ... de pectore flumen. MACER carm. frg. 8 *chersydri anguis* terga -ant spumantia virus (*cf.* SIL. 6, 276 tabificam ... saniem). *fere per comparationem de re incorporea*: TERT. scorp. 1 p. 146, 9 mens sibi, quo vomat, quaerit atque ita infirmitas ... sauciatam fidem vel in haeresin (*cf. supra l. 30*) vel in saeculum -at. **b** *odorem*: LVCR. 4, 124 quaecumque suo de corpore odorem -ant acrem. *al.* CATVLL. 64, 87 suavis -ans ... odores lectulus. SIL. 6, 148 halitus erumpens ... -bat odorem. *al.* **c** *auram, flatum, halitum, ventum sim.* (*syn.* exaestuare *l. 70. cf. p. 1904, 3*): LVCR. 6, 817 tellus omnes exaestuat aestus -atque foras in apertum. CIRIS 3 suaves -ans hortulus auras (PLIN. nat. 5, 58 amnis ... -at auras. OROS. hist. 3, 4, 2 -ta de ... saltibus aura. *aliter p. 1904, 25*). MANIL. 4, 593 hos inter *ventos* binae mediis e partibus aurae -ant similes ... flatus (AVSON. Mos. 266 mortiferos -ans branchia flatus). PLIN. nat. 2, 114 aquis aëra -antibus. APVL. mund. 18 contingit, ut quaedam (*passiones, i. terrae motus*) terrae -ent halitus ([*syn.* vomant. *gr. π. κόσμ. 4 p. 396a, 6 προσαναβάλλουσιν*]. ARNOB. nat. 1, 8 p. 9, 11 materia faex ... -et nocentissimos halitus). ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 23 numquid suas animas (*aliter p. 1904, 21*) erunt venti (*i. se -ando consumpserunt*) emortuisque flaminibus *eqs.*? *in imag.* (*cf. p. 1904, 9*): AVG. serm. 266, 7 p. 1229in. arrogantiae spiritum nondum haereticus -at (*aliter p. 1904, 27*). **d** *flammas, ignem*: VERG. Aen. 1, 44 *Aiacem* -antem transfixo pectore flammas ([SERV. *ad l.* cum anima ful-minis flammas vomentem]. 3, 580 *Aetnam* flammam -are caminis. SIL. 3, 703 cerno ... flammam -are furentes cornipedes). AETNA 73 *Enceladus* pondere montis aestuat et ... -at faucibus ignem (SIL. 6, 232 *equus* crebros -at naribus ignes). STAT. Theb. 11, 2 Capaneus *moriens* -vit ... receptum fulmen. **e** *varia*: LVCR. 3, 720 cadavera rancenti ... viscere vermes -ant. SEN. nat. 1, 1, 7 varia et multa terrarum orbis -at, quaedam umida, quaedam sicca *eqs.* SIL. 9, 285 unda freti ... -at per saxa sonos. **2** *translate*: **a** *fere i. q. quasi efflando, ut quid evanescat, efficere, consumere*: PLIN. nat. 9, 115 *uniones* senescere ... coloremque -are. STAT. silv. 5, 2, 70 silva comas tollit fructumque -at in umbras (*i. arbores procreandi vim suam in folia pro fructibus effundunt*). **b** *fere i. q. emittere*: STAT. Theb. 4, 440 ingentes infelix terra tumultus ... -at, ... cum ... in proelia surgunt terrigenae. TERT. mart. 2 p. 7 Oe. peiores immunditias -at mundus, libidines hominum.

B *speciatim: animam (memoriam l. 20) sim. efflare, inde i. q. mori* (AVG. serm. 161, 6 p. 880fin. quomodo caro cum moritur, -at animam, vitam suam, sic et anima, quando moritur, -at aliquam vitam suam? *cf. et p. 1902, 75 sqq.*): CIC. p. red. ad Quir. 24 memoriam (*v. l. 16*) vestri beneficii colam ... ⟨nec eam *A. Klotz*⟩ cum anima -bo. BELL. Afr. 88, 4 qui cum anima nondum -ta concidisset (VERG. Aen. 11, 883 confixi -ant animas. PROP. 4, 5, 69. OV. met. 5, 106 medios animam -vit in ignes. GELL. 3, 15, 1. 5, 2, 4. SERV. Aen. 1, 44 [*v. p. 1903, 84*]. *al. saepe. cf. p. 1902, 83. aliter p. 1903, 80*). OV. met. 3, 121 -at ... quas acceperat auras (*aliter p. 1903, 71*). TERT. adv. Marc. 4, 42 p. 564, 23 hoc dicto -vit (*cf. p. 1903, 16*) quis? spiritus semetipsum an caro spiritum? sed spiritus semetipsum -are non potuit (*sic et in seqq.*). *et al.*

deriv.: exspiratio. *Oellacher†.*

exsplendeo, -ēre. *ab* ex *et* splendere (*nisi est* splendere *prosthesi auctum*). *i. q. valde lucere, fulgere*: Ps. PHILO antiq. p. 27A per noctem ingredientibus his, non erat necessarium lumen lucernae: ita -bat genuinum lapidum lumen. *in imag.*: HESYCH. in lev. 24, 1 p. 1100C Christus lucernae modo -ere virtutes praecipit (*cf. Luc. 8, 16*). *?transit., i. q. splendentem reddere*: DAMIG. lapid. auct. 80 mirum dicimus, quod *limeris lapis* in aurigine colorem maxime -et (*seq.* effulget *intransit.*).

exsplendēsco, -uī, -ere. *ab* ex *et* splendescere. *i. q. valde (lucere incipere) fulgescere, elucescere*: **a** *proprie*: SEN. nat. 2, 23, 1 fortasse nubes ... fremente vento et leniter urgente ignem evocabunt, qui -at nec exsiliat. PLIN. nat. 11, 30 sirio -ente (11, 36). **b** *translate*: NEP. Att. 1, 3 in pueritia nobilis inter aequales ferebatur clariusque -bat, quam generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. SVET. Tit. 3, 1 in puero statim corporis animique dotes -uerunt, magisque ac magis deinceps per aetatis gradus.

[**ex(s)plendidus** *v.* splendidus.] *K.*

exspolia, -ōrum *v.* spolia. [*trad.*: LEX Sal. 61, 2 GLOSS.; *praeterea in ll. vv.*]

exspoliātio (expol-), -ōnis *f.* *ab* exspoliare. *de scriptura: scribitur*: exp- *saepe (cf. p. 1905, 42). pro* spol-?, *cf. p. 1905, 54 sqq. et var. lect. l. 54. legitur inde ab* AMBR., AMBROSIAST., HIER., VVLG.; *praeter ECCL. apud* SCHOL. Hor. (*l. 70*), IVLIAN. epit. novell. 115, 460 (*l. 73*), LEX Sal. (*l. 83*). [*lect. var.* spol- *v. l. 71. 82. falso trad.*: VITR. 6, 8, 10 (-bus *HG*, expolitionibus *S*, *recte*). *e coni.*: PAP. Genav. 7 ed. Nicole l. 15 ⟨e⟩xpo⟨l⟩iatiónis (*v. Nicole, proleg. p. 18*).]

I *i. q. actio exspoliandi*: **A** *c. not. violentiae sim. illatae: i. q. direptio, expilatio, vastatio, sim.*: **1** *absolute* (*enumeratur fere in serie variarum calamitatum*): AVG. civ. 3, 1 p. 97 30 D. fames morbus, bellum -o, captivitas trucidatio. c. Gaud. 2, 12, 13 p. 271, 25 Ninivitae non sunt -bus proscriptionibusque vel terrore militum ad poenitentiam ... artati. serm. RevBén. 49, 1937, p. 268, 320 nemo ergo sibi persuadeat ... fraudibus esse studendum, rapinis, -bus et quidquid aliud displicet. POSSID. vita Aug. 28 p. 58in. *manus ingens barbarorum* -e, caedibus diversisque tormentis ... depopulata est *regiones Africae*. ANTONIN. HONORAT. epist. ad Arc. Migne 50, 568C tribulatio, -o, exilium.

2 *acced. gen. obi.*: **a** *rei*: *α ex qua quid aufertur*: SCHOL. Hor. sat. 1, 4, 94 Capitolii. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 311 *ἀπὸ τῆς ἱεροσυλείας* id est a templorum -e ([spol- *l. v.*]. 1, 318). *β ablatae*: AVG. in psalm. 80, 1 p. 1034a. med. rerum alienarum (*antea*: rapinae). IVLIAN. epit. novell. 115, 460 liceat ei (*i. episcopo*) honoris -em differre. **b** *personae* (*animarum l. 77. pron. pro gen. obi. l. 79*): AMBROSIAST. in Col. 2, 15 p. 431B principes et potestates ... quorum mortem in -e significavit *Paulus*; mors enim ipsorum haec est, quia ..., dum exspoliantur animabus, quas tenebant in captivitate, mortificantur (*ad rem cf. et p. 1906, 50*). HIER. in Hab. 2, 5 p. 1294B terrae impietas ... revertetur in caput tuum, et -is tuae (*i. diaboli*) causae erunt (AVG. civ. 20, 8 p. 427, 19 D. praecessisse dicenda est eius alligatio, ut et ligati et soluti -o sequeretur). ISID. orig. 18, 2, 1 victoria est vel occisio hostis vel -o (*BCK*; spol- *T*, *Lindsay*) vel utrumque. LEX Sal. 35 rubr. de homicidiis servorum vel -bus (expoliatis *l. v.*).

[P. Schmid]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *c. vi (aut voluntarie aut contra voluntatem) adimendi sim.*: **1** *i. q. circumcisio* (*v. p. 1908, 30*): **a** *de circumcisione corporali* (manu facta [*opp.* circumcisio Christi, *i. baptisma*]: *l. 5*): Vvlg. Col. 2, 11 circumcisi estis circumcisione non manu facta in -e corporis carnis, sed in circumcisione Christi (*ἀπεκδύσει*. Avg. c. Iul. 2, 6, 18 *v. p. 1908, 34*. Epiphan. in euang. 15 p. 11, 21 circumcisionem cordis [*cf. l. 22*] et non -em carnis. *v. et l. 13. aliter l. 17*). Pelag. in Gal. 5, 12 p. 334, 6 non solum circumcidantur, sed etiam abscidantur: si enim -o membri proficit, multo magis ablatio (Vigil. Thaps. c. Eutych. 1, 8 p. 100A).
b *allegorice de peccati purgatione, cuius signum intellegitur circumcisio* (*cf.* Avg. in euang. Ioh. 30, 5 p. 1634 p. med. quid est circumcisio nisi carnis [*v. l. 5*] -o? significat [*cf. l. 15*] ergo ista circumcisio -em a corde cupiditatum carnalium): Avg. epist. 157, 14 p. 462, 3 delicti carnalis -o quam significat circumcisio (c. Faust. 6, 3 p. 286, 22 -o carnalis et mortalis concupiscentiae [c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 10]. serm. 231, 2 p. 1105med. carnalis vitae. *al.*). Avg. c. Faust. 16, 29 p. 474, 21 mortalitatis (serm. coll. Morin p. 38, 18. *cf.* c. Faust. 19, 9 p. 507, 9 carnalis generationis). Evcher. form. 9 p. 52, 13 circumcisio -o vitiorum. *huc referendum videtur* (*cf. deut. 10, 16; Ier. 4, 4*): Pavl. Nol. epist. 24, 9 p. 210, 16 totus labor ... nobis in observantia et -e cordis (*cf. supra l. 7. 14*) nostri est. **2** *fere i. q. renuntiatio*: Cassian. inst. 12, 32, 2 p. 230, 9 abrenuntiatio vera, quae in -e omnium facultatum ac nuditate consistit (*cf.* 8, 22 p. 165, 20 conl. 9, 5, 2).

II *i. q. status vel condicio quae -e efficitur, fere i. q. nuditas* (*opp.* amictus *l. 28*): Ambr. hex. 3, 17, 71 p. 108, 5 (*de arboribus, herbis sim.*) mutationes habere ... -is et amictus.

exspoliātor (expol-), -ōris *m.* *ab* exspoliare. *scribitur* exsp- *et* exp- *promiscue in codd.*

fere i. q. expilator: Heges. 2, 1, 1 p. 128, 15 *Herodem* gravem fuisse ... suorum parricidam domesticum, -em (expi- *l. v.*) publicum, nemini quicquam dereliquisse (*gr. 2, 84 sqq. aliter*). Avg. serm. coll. Morin p. 680, 3 captivus (*sc. in lege peccati*) traheris et -i irasceris (*item* Ps. Avg. serm. 71, 7 p. 1883in.). Salv. gub. 7, 91 iudex ... punit -es domorum, cum sit ipse -r provinciarum. *de Satana*: Ambrosiast. in Rom. 7, 24 p. 114C gradus ... fabricavit Adam per quos ad filios eius -r ascendit (*cf. antea* peccatum per quod ad illum aditum habet Satanas).

***?exspoliātus**, -ī *m. v. p. 1904, 84.*

***exspolio** (expol-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* spoliare. *scribitur* exp- *saepe. v. et l. 54. de formis*: -spolor (*depon.*): -labantur: Qvadrig. hist. 11 ([*v. p. 1906, 36*]. *sic Lindsay*; -labatur, -liabatur, spolabatur *trad.*; spolabantur *Peter. cf.* Non. p. 480, 9; *J. B. Hofmann, de verb. depon. p. 48 et* despolior *vol. V 1, 749, 3 sq.*). Not. Tir. 89, 99 expoliat (*post* spolium, dispoliat). *de notione*: Gloss.L III Abstr. ex 44 exactus fugatus -tus extenuatus. 55 exuit deposuit aut -vit (V Aa e 1110. 1111 exutus ... -tus, nudus). Gloss. spolio, despolio. *ἀποδύω, ἐκδύω. de usu: med. pass.: v. p. 1907, 15. 38. 83. 1908, 6. 28. refl.: p. 1906, 32. 79. 1907, 22. 48. 58. 1908, 4. legitur inde a* Plavto (*p. 1906, 32, praeterea non apud poetas*), Qvadrig. (*p. 1906, 36*), Cic., Caes. *in titulo: v. p. 1906, 30.*

[*variat: c. simpl.* spoliare *passim* (*cf. e. g.* Qvadrig., *l. 43 sq.* Caes. *l. 82*); exsp- *videtur legendum esse e. g.* Cic. fin. 2, 43 (*sc. sensu auctivo*; sp- *l. v.*). Att. 10, 4, 2 (*pars codd., sc. vi adnominationis*). *saepius diiudicari nequit, utra forma sit eligenda, neque in aperto est, praep.* ex *vim auctivamne exerceat an scripturae vel pronuntiationi debeatur* (*e. g.* Lex Sal. *p. 1906, 26*, Liberat. *infra l. 78*, Inscr. *p. 1906, 30*). *sub* spoliare *requiras, velim, e. g.* Enn. ann. 619. *c.* expolire (*cf. p. 1752, 80. dub., quodnam ad verbum pertineat, v. p. 1908, 17*). *dub.*: Ampel. 36, 3 Hasdrubal ... a Claudio Nerone -tus est (*cf. p. 1906, 13; i. fere superatus et necatus?*, exsuperatus *coni. Duker*). 40, 2 (*v. adn. cr.*). *falso trad.*: Cic. Verr. II 5, 58, *cf. p. 1702, 64 sqq.*]

I *c. vi spoliandi, privandi, furandi: fere i. q. expilare, depraedari*: **A** *aliquem* (ecclesias *p. 1906, 16*; potestates, *i. angelos p. 1906, 18*): **1** *c. additamento, vel rei vel personae (sim.), qua quis privatur*: **a** *per abl.*: *α rerum*: Ⓘ *corporearum* (*v. et l. 75*): Hesych. in lev. 1, 5 p. 797B 'detracta ... pelle hostiae' ... et pellem quidem detrahere, ut divitiis aliisque omnibus saecularibus quibus circumtegimur, -emur (*med. pass.*). Boeth. cons. 1, 6, 18 W. et exsulem te et -tum propriis bonis esse doluisti. Ⓘⓘ *incorporearum: -are: imperio, dignitate sim.*: Cic. Att. 10, 1, 3 -are exercitu (*v. l. 70*) et provincia (-um et -am *M*) Pompeium (10, 4, 2). Optat. 4, 4 p. 106, 15 vos tot sacerdotes dei honoribus -astis (Liberat. 11 Conc.S II 5 p. 115, 28 -ans [*codd.*, spolians *Schwartz*] eum honore presbyterii). Pomer. 1, 21, 4 p. 437B pastores qui semetipsos, non gregem meum pascunt, sublimitate suae dignitatis -em. *quavis re*: Cic. Tusc. 5, 27 isto enim bono (*i. sanitate*) iam -ari potes. Caes. Gall. 7, 77, 9 nolite hos vestro auxilio -are (spoliare *codd. dett., Klotz*). Ambr. Abr. 2, 4, 13 p. 573, 22 utinam in hoc deserto esse possim ... -tus iactantiae tumore. *β personae* (*sim. de anima p. 1906, 3*): Arnob. nat. 3, 34 p. 134, 15 -etur (*transl.*) Apollo germana (*i. Diana, cuius nomen cassum fit, quia una eademque dea atque Luna esse contenditur*). Ambrosiast. in Col. 2, 15 p. 431B (*v. p. 1904, 77*) -antur animabus.

b *per acc.*: Epiphan. in euang. 42 p. 98, 2 latrones qui sunt daemones ... -erunt eum caelestem substantiam (49 p. 121, 2 quid -erunt? ... -erunt eum spiritum vitae. *v. l. 9*).

2 *res rapta non indicatur* (*spectantur res fere corporeae*): Itala Luc. 10, 30 (Epiphan. in euang. 49 p. 120, 6. 121, 2) homo quidam ... incidit in latrones, qui etiam -erunt eum (*ἐκδύσαντες, Vulg.* despoliaverunt [*cf.* Epiphan. in euang. 42 p. 98, 3. *v. etiam l. 6*]. Vvlg. Bar. 6, 17 ne a latronibus -entur [*συληθῶσι*]. Greg. Tvr. Thom. p. 129, 15). Sort. Sangall. 7, 1 circumvenit te, ut te -et. Dares 19 p. 24, 20 Hector Patroclum occidit et spoliare parat; Meriones eum ex acie, ne -retur, eripuit. Hier. in Hab. 2, 8 p. 1293B nec desinit -are iam nudos *Nabuchodonosor* (*ad Vulg.* spoliasti gentes. *ibid. al.*). Vvlg. II Cor. 11, 8 alias ecclesias -vi accipiens stipendium (*ἐσύλησα*. Greg. Tvr. Franc. 4, 24 p. 156, 12). Col. 2, 15 -ans principatus et potestates (*ἀπεκδυσάμενος. cf. Dibelius Handb. z. NT² p. 24: fere i. q. 'armis exuens' et supra l. 3*). Qvodv. (?) Aug. serm. cod. Guelf. app. 9, 8 p. 206, 231 veniet amplior, qui devorantem devoret, -antem -et, auferenti auferat. Romvl. fab. 60 epil. rec. gall. (*in lusu verborum*) simplices homines, et si forte nudos invenerint, sic -ant *meretrices*. Greg. Tvr. Franc. 2, 37 p. 86, 17 nec ibi quidem aut in via aliquem -rent aut res cuiusquam diriperent. 10, 7 p. 414, 2 multum ... iam exactores ... tributi -ti erant (*cf. postea syn.*: damna percuterent). Lex Sal. 14, 1 si quis hominem ingenuum in superventum -verit, ... *tot* dinarios ... culpabilis iudicetur (14, 2. 3. 17, 9. 35, 2 *et passim. ad rem cf. ed. Geffcken p. 123. 130. 229. 230*). Greg. M. moral. 20, 30 p. 155D hos autem *homines* in quibusdam actibus velut arbores (*v. p. 1908, 7*) -ant. Inscr. christ. Diehl 2387, 7 (= CIL V 6214, 7) quam post mortem -vit frater tuus Eugenius. sic illi reddat deus (*seq.* nudam). *refl.*: Plavt. Truc. 553 satin, si quis amat, nequit quin nihili sit atque improbis se artibus (*dat. fin.*) -at? (*v. app. cr.*).

B *aliquid* (*c. abl. separ.: l. 43. 61*): **1** *corporeum*: **a** *provinciam sim.*: Qvadrig. hist. 11 Apuliam atque agrum Campanum ... -labantur (*v. p. 1905, 43*). Pavl. Fest. p. 44 provincias amicas populi Romani (Act. Petr. 8). **b** *urbem, civitatem*: Cic. Verr. II 4, 120 *Mummius* victoriae putabat esse multa *Corintho* Romam deportare ..., humanitatis non plane -are urbem. Itala I Macc. 5, 68 (rec. L) et -vit exuvias civitatum (*ἐσκύλευσε τὰ σκῦλα, Vulg.* cepit spolia). Schol. Stat. Theb. 1, 37 egestas *urbes*: evacuatas, populis -tas. **c** *templum, aerarium sim.*: Dares 10 p. 12, 28 fanum -vit. Vvlg. II Macc. 5, 18 ad -andum aerarium (*ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ γαζοφυλακίου*). 9, 2 -are templum (*ἱεροσυλεῖν*. 9, 16; *ἐσκύλευσεν*. Avg. civ. 18, 45 p. 327, 23 D. Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 80. 2, 84 dicunt ... Antiochum ... -asse [et spoliasse *codd., corr. Niese*] templum auro argentoque plenum [*gr. desunt*]). Cod. Theod. 16, 8, 9 destruere synagogas adque -are conantur.
d *infernum, de Christo qui ex inferis animas iustorum tamquam praedam eripit* (*cf. supra l. 3*): Pavl. Med. bened. 3, 4 p. 721C *dominus* resuscitatus ad praedam ascendit; quia -ans infernum iustos quosque ad superna secum tamquam praedam egregiam triumphando evexit. Conc.S I 2 p. 48, 27 (= I 3 vers. Tur. p. 30, 29) triduanus ... revixit -ans infernum (*gr. I 1, 1 p. 37, 17 σκυλεύσας τὸν ἅιδην. cf. I 5 p. 240, 1* et tertio die resurgens spoliavit infernum, *ubi* expol- *l. v.*).

2 *incorpor.*: Cic. fin. 2, 43 dum ... in una virtute sic omnia esse voluerunt *Aristonis et Pyrrhonis discipuli*, ut eam rerum selectione -rent, ... virtutem ipsam ... sustulerunt. Caes. Arel. serm. 14, 1 p. 68, 9 animam bonis operibus -are.

II *c. not. demendi*: **A** *in universum: i. q. exuere, detrahere (hic illic fere i. q. nudare)*: **1** *aliquem vestibus (vestes p. 1907, 7) sim.*: **a** *proprie*: *α c. additamento eius rei qua quis exuitur*: Ⓘ *per abl.* (*cf. p. 1907, 13.* ab *c. abl. l. 77*): Itala Marc. 15, 20 (cod. k) -erunt eum purpuria (*ἐξέδυσαν, Vulg.* exuerunt). Optat. 5, 10 p. 140, 25 nuptiali veste a vobis se -ari permisit (Serm. Corp. Vind. 21 p. 302, 2 ut Ioseph -erunt fratres sui veste ... et Iudaei Christum per mortem crucis -erunt tunica corporali; Ioseph exutus tunica mittitur in cisternam, ... et Christus -tus carne humana descendit in infernum [*cf. p. 1907, 12 et 59*]). Schol. Hor. epod. 5, 12 -tus praetexta puerili. Ambr. Abr. 2, 5, 19 p. 578, 9 (*in imag.*) non -ta est *Sarra* amictu sedulae sobrietatis, non exuta vestimento pudoris. Avg. in euang. Ioh. 55, 7 p. 1787med. crucifigendus ... suis -tus est vestimentis et mortuus involutus est linteis. Novell. Iust. edict. 8, 2 p. 770, 6 hunc -et (*Beck*, exspoliis *trad.*) cingulo (Ivlian. epit. novell. 4, 18 militari). *acced.* ab: Greg. Tvr. Franc. 5, 38 p. 245, 14 -vit (sp- *l. v., Krusch²*) eum ab indumentis suis induitque illum veste vile. *refl.*: Vvlg. I reg. 18, 4 -vit se Ionathan tunica ([-am *l. v.; v. p. 1907, 12*]. cant. 5, 3). 19, 24 se vestimentis suis. Pass. Cypr. 5 p. 127, 16 et ibi se lacerna byrro (lacerno byrro *codd. nonn.; an del.* byrro *pro gloss.?*; lacernobirrum *al. cod., quod probavit Heraeus in schedis. v. p. 1907, 14*) -vit (*cf. paulo post* cum se dalmatica -asset *eqs.*). Vitae patr. 5, 6, 16 -ans se vestimento

[P. Schmid]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suo ([*cf. Schmalz-Hofmann*[5] *p. 383*]. *gr. Nau 1908 p. 49 n. 143* ἐκδυσάμενος). *in imag.*: AVG. serm. coll. Morin p. 38, 20 dominus mortalitate carnis resurgendo se -ans. GREG. M. moral. 31, 26 p. 588[in.] statim lupi mens rabida habitu se ovinae pellis -at.

Ⓑ *per acc.* (*v. et p. 1906, 80, per abl. v. l. 10. 13; cf. p. 1906, 65*): ITALA num. 20, 26 (Lugd.) -a Aron stolam eius (ἔκδυσον, *Vulg.* nudaveris). *ibid.* 28 *Moyses* -vit Aron vestimenta eius (ἐξέδυσε, *Vulg.* spoliasset [expol- *aliqui codd.*]. ITALA I Macc. 10, 62 [rec. L; *sim.* rec. B] -erunt Ionatham vestimenta eius [ἐξέδυσαν, *at* VVLG. -ari (spol- *l. v.*) ... vestimentis, *v. supra l. 5*]. ORIG. in Matth. ser. 125 p. 261, 9 [*opp.* induerunt. *cf. Matth. 27, 28* exuentes eum]). QVODV. prom. 1, 26, 36 p. 753[C] fratres ... -erunt illum (*i. Joseph*) tunicam (tunica *l. v.*; *cf. Vulg. gen. 37, 13* nudaverunt eum tunica). PS. AVG. serm. ed. Mai 64, 2 p. 131[med.] *Cyprianus* (*cf. p. 1906, 81*) -atur birrum et vestitur martyrium (*med. pass.*). *in imag.*: IREN. 1, 7, 1 (*in doctrina gnosticorum*) spiritales vero, -tos animas et spiritus intellectuales factos (ἀποδυσαμένους τὰς ψυχάς. 2, 29, 1). *nota deesse acc. pers.*: QVODV. prom. 1, 26, 37 p. 753[C] tunicam vero -tam (-tum *l. v.*) desuper contextam euangelica auctoritas narrat (*cf. alleg.*: EPIPHAN. in euang. 56 p. 152, 17 omnem veterem eius [*i. diaboli*] et maculosam tunicam -antes nouam et immortalem stolam Christi sumus induti). *refl.*: ITALA lev. 6, 11 (Lugd.) -bit se ⟨h⟩abitum suum (ἐκδύσεται, *Vulg.* spoliabitur). 16, 23 -vit se vestitum lineum (ἐκδύσεται, *Vulg.* depositis vestibus). PASS. Iren. Sirm. 5, 3 p. 165, 12 -ans se vestimenta sua.

β *non indicata re exuta*: ITALA II Cor. 5, 3 (cod. d) si tamen -ti ([et sp- *trad.*]. *e lectione corrupta* ἐκδυσάμενοι; *recte*: ἐνδυσάμενοι, *Vulg.* vestiti [*ubi tamen* -ti *vel* spoliati *aliqui codd.*]), non nudi inveniamur (*inde* PELAG. in II Cor. 5, 3 p. 257, 2 'si tamen -ti [vestiti *l. v.*], non nudi inveniamur': si tamen -ti corpore, nudi non inveniamur a fide vel opere pietatis. *cf. l. 50*). PS. AMBR. epist. 1, 8 p. 738[C] insanus iudex iussit eam -ari et nudam ad lupanar duci. VVLG. Os. 2, 3 ne forte -em eam nudam (PASS. Theclae Cbc 33 p. 89, 12). PAP. Lips. 40 II 7 (*s. V?*) Fl. Leontius Beronicianus *praeses in tribunali* ... dixit: -a. cumque -tus fuisset, dixit *eqs.* VICT. VIT. 1, 50 p. 22, 19 confortatur Saturus ad coronam *martyrii*, discutitur, -atur *eqs.* 3, 22 p. 82, 6 *mulierem* fustibus -tam aptare (*syn.* nudare, exutam). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 218, 10 -atur (*med. pass.*) ad luctamen (*cf.* CONC.[S] I 5 p. 307, 11 rursus -ti eadem certamina repetamus [*gr. I 1, 4 p. 11, 21* ἀποδυσάμενοι]). BREV. de Hier. p. 155, 7 cubiculus ubi -erunt eum (*i. Christum*) et flagellatus est. GREG. TVR. Franc. 5, 38 p. 244, 13 puellam ... iussit -are (*B 1. 5, Krusch*[1], spol- *C 1*; expoliari *B 2*, spol- *A 1 C 2 D, Krusch*[2]). PALLAD. hist. mon. II 1 p. 346[A] iussit *iudex* eam -tam (ἐκδυθεῖσαν) mitti in caldariam ferventem pice. PASS. Perp. 10, 7 (*gr.* ἐξεδύθην). PASS. coron. 8 PASS. Theclae A 33 p. 88, 4. Bb 33 p. 88, 14 Thecla ... abrepta est et -ta (*gr.* ἐξεδύθη). Ca p. 89, 6. PASS. Matth. 27 p. 257, 31 aepiscopus Plato ... iussit eum -ari (ἀποδύσασθαι. *opp.* vestirent). *refl.*: AMBR. Ioseph 5, 25 p. 90, 23 -vit iste se potius quam nudavit, qui incorrupta virtutum vestimenta servabat (*cf. l. 31*). PS. ORIG. in Iob 1 p. 435[D] aliae barbarae gentes -antes se ... nudo pectore ... eunt in proelium. VITAE patr. 3, 67 (= 7, 2, 1) ille ... confestim -ans se ... currebat nudus ad monasterium (*gr. Nau 1907 p. 178 n. 51* ἀποδυσάμενος). GREG. TVR. Andr. 2 p. 828, 33 ait apostolus: ... date ei indumentum novum. -antibus se paene omnibus *eqs.* PASS. Andr. long. 10 p. 26, 2; *gr.* ἀπεδύσατο.

b *per figuram ap. script. christ.* (*v. et l. 15 sqq.*): α *-are* (*se*) carnem (carne), tabernaculum (-o), *i. quasi indumentum, vestem exuere (de Christi carne, tunica corporali cf. p. 1906, 69. aliter p. 1908, 31); audacius tabernaculum* (*i. fere domum terrestrem nostram, habitationem, gr.* σκῆνος, οἰκία, οἰκητήριον *sim. ab altera in alteram imaginem Paulum transire adnotat Lietzmann ad II Cor. 5, 2 p. 120. c. acc. dupl. l. 77*): HIL. trin. 9, 11 p. 290[B] (= LEO M. epist. 165 Conc.[S] II 4 p. 122, 10 adn.) Christus ... carnem (carne *l. v.*) se -ans (FILASTR. 55, 3 salvatorem ... *haeretici* -asse carnem et posuisse in solem aestimant; quia dixit propheta ... 'in solem posuit tabernaculum suum'. *v. et p. 1906, 71. cf.* AVG. in euang. Ioh. 57, 5 p. 1792[in.] iam de corpore exierunt et carnis indumento -ti sunt. GREG. M. moral. 24, 34 p. 306[C] animae ... priusquam carne -entur). VVLG. II Cor. 5, 4 nam et qui sumus in tabernaculo, ingemescimus gravati eo quod nolumus -ari (ἐκδύσασθαι), sed supervestiri (*inde* PELAG. in II Cor. 5, 4 p. 257, 6. *cf.* RVFIN. Orig. in exod. 5, 2 p. 185, 20 habitamus ... in tabernaculis ex quibus nolumus -ari, sed supervestiri). β veterem hominem, Adam (*tamquam vestimentum*) *-are* (*cf. Aug. c. Adim. 5 p. 125, 10* exuti consuetudine peccatorum, id est vetere homine [veterem ... tunicam *diaboli v. l. 21*]. *opp.* induere. *c. praep.* ab: *p. 1908, 4*): VVLG. Col. 3, 9 -antes vos (ἀπεκδυσάμενοι) veterem hominem cum actibus suis et induentes novum (AMBR. hex. 5, 23, 80 p. 197, 19 Ioseph 5, 25 p. 90, 25. in psalm. 38, 22 p. 200, 25 minorem ... laborem nobis -tus homo vetus quam supervestitus afferret; nam quod -amus [-mur *l. v.*], abicimus, quod supervestimur, induimus. HIER. in eccles. 9 p. 1085[A] cum -tus fueris [*med. pass.*] veterem hominem cum operibus eius induere novum. hom. Orig. in Luc. 23 p. 152, 23. PELAG. in Col. 2, 12 p. 459, 20 per quam [*circumcisionem*] totum veterem hominem -astis [spol- *l. v.*]. HESYCH. in lev. 14, 9 p. 954[A] -are veterem hominem, ut capiat novum). *et saepe al.* AVG. in euang. Ioh. 21, 1 p. 1564[med.] nondum penitus ab Adam -ti (*cf. refl.* serm. coll. Morin p. 503, 18 -a te Adam et induere Christum). perf. iust. 5, 11 p. 10, 22 vetustate -amur (*med. pass.*) et novitate induimur. *et al.*

2 *animantia plumis, capillis; arbores foliis* (*cf. p. 1906, 30*): ROMVL. fab. 45 prol. rec. gall. *de graculo qui pavonis plumis se ornavit*: ne quis de alienis magnum se proferat bonis ..., ne turpis sit, cum -atur ([-tus fuerit *l. v.*]. *cf.* 54, 11 rec. gall. vespertilio ... damnatur ... -tusque est plumis [rec. vet. -tus propriis plumis. *syn.* nudus]). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 153 si ex capite fuerit sanguinis fluor, erit psilothro -andum. PS. AVG. serm. ed. Mai 173 p. 390[fin.] arbores ... nudat autumnus et pomis rami simul -antur et foliis.

3 *grana tritici palea vel legumina, amygdalas involucris, corticibus* (*dub. quo pertineat* COLVM. 11, 3, 33, *v. p. 1752, 82*): AVG. in euang. Ioh. 19, 18 p. 1555[in.] grana ... a palea -antur (in psalm. 92, 5 p. 1185[fin.] *triticum* recedit a palea, cum -atur). PLIN. VAL. 2, 17 lupinos XV corticibus suis -tos torrebis. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 99 amygdalis amaris -tis decem ([-litis *ed. princ., corr. Helmreich in schedis*]. 2, 13, 176 amygdalis -tis XXV. *cf.* 2, 13, 175 amygdala ex pusca; *ubi* -ta *in margine ed. pr. adscriptum est*).

B *significantius*: **1** *fere i. q. excoriare (l. 27), corio exuere* (a lepra *l. 26*): *proprie*: PASS. Thom. p. 153, 10 -etur hic ab hac lepra (*cf.* p. 153, 14 *angelus* -vit eum *leprosum* corio quasi tunica corporali sicut qui excoriat vitulum). *in imag.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 4 p. 334[med.] -emur (*med. pass.*) isto senio (*velut serpentes exuvias deponunt; gr. p. 115[in.]* ἀποξῦσαι τοῦτο τὸ γῆρας). **2** *c. respectu praeputii, fere i. q. circumcidere* (*proprie et alleg. cf. p. 1905, 2*): HIL. trin. 9, 9 p. 288[B] haec circumcisio Christi est, non -ari carne praeputii, sed totos commori ei. AVG. epist. 149, 26 p. 372, 14 praeputium, ... hoc est delicta carnalia, quibus -andi sumus (*postea syn.*: exuendos). c. Iul. 2, 6, 18 p. 686[in.] in baptismate parvulorum exspoliationem carnis, hoc est, circumcisionem non manu factam, celebrari negatis; quia nihil eos, quo -ari debeant, habere contenditis.

***structurae*:** **1** -are *alqm.*: *aliqua re (structura praecipua, cf.* PROB. app. gramm. IV 197, 6 locutio cum ablativo casu haec convenire reperitur: ... indulgeo vino, -o birro *eqs.): v. p. 1905, 69 sqq. 1906, 65 sqq. et passim.* ab *aliqua re: v. p. 1906, 77. 1908, 4. 26.* ex *aliqua re: v. p. 1907, 73.* *aliquam rem (cf. Erikson, Sprachl. Bemerk. z. Epiphan. p. 26): v. p. 1906, 4 sqq. 1907, 5 sqq. 74 sqq.* **2** -are (*fere i. q. deponere*) *aliquam rem: v. p. 1907, 18 sqq. 65. 74 sqq.*

p. p. p. **ex(s)poliātus,** -ī *pro subst. m.? v. p. 1904, 84.*

deriv.: exspoliatio, exspoliator.

exspolor, -ārī *v. p. 1905, 42.* *P. Schmid.*

exspondeo (exp-), -ēre. *ab* ex *et* spondere (*nisi forte c. prosthesi pro simpl.*). GLOSS. V 285, 23 depectus pollicitus -it. *fere i. q. despondere, sperare*: EPIST. RevBén. 46, 1934, p. 11, 239 futurum tempus -o, qui de crastino sum incertus. NOVELL. Maior. 1, 1 p. 156, 17 puto instituti nostri vobis inesse notitiam, qua mihi amorem vestrum ... indubitanter -o (spondeo *l. v.*, *Hänel, P. M. Meyer*).

[exspōnsio, -ōnis *f. v.* sponsio. *trad.*: GREG. M. epist. app. p. 438, 22 stipulatione exsponsione (*at cf.* epist. 9, 98 p. 108, 6 stipulatione et sponsione).] *K.*

ex(s)puitio, -ōnis *f.* *ab* exspuere. [*e coni.*: *l. 60.*] *i. q. actus exspuendi*: PLIN. nat. 23, 20 ad -em (*Barbarus*; expiationem *codd.*) sanguinis quoque adhibent *vitem agriam*. ORIG. in Matth. ser. 113 p. 234, 10 quia non sustineret -is opprobrium *Iesus*. *cf.* exputio.

exspūmo, -āre. *ab* ex *et* spumare. *i. q. foras spumare*: CELS. 6, 7, 8[B] purgare aurem oportet ..., donec inde umor aliquis -et (*J*, ex met *F V*).

***exspuo** (exp-), -uī, -ūtum, -ere. *ab* ex *et* spuere. *de origine*: DON. Ter. Eun. 406 -ere est ἔξω pus mittere, id est foras. *scribitur*: exp- *passim.* esp-: *l. 77. p. 1909, 13 al.* CHAR. gramm. p. 477, 7 B. *inter* verba coniugationis tertiae. NOT. Tir. 94, 96 exspuit (*inter* spuit *et* con-, respuit). *de notione*: DON. Ter. Eun. 406 -ere est cum fastidio aliquid reicere et expellere. GLOSS.[L] I Ansil. EX 1088 -it excreat. 1090 -uit salivam proiecit. GLOSS. -o sputo. -uit reiecit. ἐκπτύω. *legitur inde a* PLAVTO, TER., VARRONE, CATVLLO.

[*variat c. simpl.*: VARRO frg. Non. p. 395, 5 (spuerentur [esp- *A*[4]] *codd., cf. Non. p. 481, 14* spuerent [exp- *D*[4]] *codd.*). AVG. civ. 7, 8 p. 284, 9 D. *cf. et p. 1909, 7. 11 (ubi de prosthesi cogitari potest).* *loco lacunoso*: CHIRON 952 (*in incantatione*) hoc canito ⟨...⟩ exp⟨u⟩ito (*Oder*, expito *def. Ahlquist, Eranos 12, 1912, 167*) ieiunus sublimem (*i. in altum?, an* sub limen?, *Heraeus*).]

i. q. alqd. ex ore emittere, eicere (*c. vi quadam magica e. g. l. 80. p. 1909, 15. c. contemnendi not. c. g. p. 1909, 12. 56*):

I *sensu genuino de animantibus*: **A** *intransitive: i. q.*

[Fleischer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sputum emittere (*c. praep.*: ante *l. 6.* in *l. 9 sqq.*): PRIAP. 32, 8 nemo viderit hanc ut -entem, quam ... pulverem ... in venis medici putant habere. PETRON. 44, 9 nec sudavit umquam nec -uit. *al.* PLIN. nat. 14, 146 non respirasse in hauriendo neque -isse. 30, 108 totiens -entibus medente *eqs.* QVINT. inst. 11, 3, 56 tussire et -ere crebro. ITALA deut. 25, 9 (Lugd.) -et ante faciem ipsius (*ἐμπτύσεται κατὰ πρόσωπον, Vulg.* spuet in faciem). ORIBAS. syn. 6, 5 AB p. 99 si ... facile -unt (*gr. p. 274, 4 εἰ γὰρ εὐπετῶς ἀναπτύοιτο*). *ibid. iterum. et al.* *additur* in: PLIN. nat. 28, 36 in mediam manum. 28, 38 in sinum. 32, 92 in huius (*i. ranae*) os si quis -at *eqs.* ITALA num. 12, 14 (Monac.) in faciem *mulieris* ([*ἐνέπτυσεν, Vulg.* spuisset]. VVLG. Matth. 26, 67 in faciem *Christi* [*ἐνέπτυσαν*. ORIG. in Matth. ser. 113 p. 234, 8 *al.*; *cf.* ITALA Luc. 18, 32 [cod. d] espuent in eum; *ἐμπτυσθήσεται, Vulg.* conspuetur. *v. et l. 56*). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 7 p. 666 -ere ... in medium eorum (*i. seniorum*) vel in dexteram sui partem quisque devitat *Essenorum* (*gr. 2, 147 τὸ πτύσαι*). PETR. CHRYS. serm. 176 p. 665B -uit in oculos eius *Christus. et al.*

B *transitive*: 1 *i. q. emittere, eicere ex ore*: a *sanguinem, salivam sim.* (*in imag.: l. 27 sq. 30; acced.* in: *l. 26. 30*): PRIAP. 26, 12 periculosam cum tussi miser -o salivam. CELS. 2, 1, 21 sanguinem (4, 11, 1 *al.* SCRIB. LARG. 193 ab ore. PLIN. nat. 26, 34. 30, 49 *al.* VITAE patr. 3, 90. 5, 4, 9; *gr. Cot. p. 389⁴ ἔπτυσα*). 2, 4, 3 pus (2, 8, 24. *cf.* PLIN. nat. 20, 10 purulenta). COLVM. 7, 5, 19 ovis ... spumam quandam tenuem tetri odoris -it (excernit *l. v.*). PLIN. nat. 9, 126 *purpurae* eum (*i. sucum purpureum*) -entes. 28, 65 venena in oculos hominum -ant *ptyades* (AVG. civ. 18, 23 p. 287, 22 D. venenatos sputus. *cf.* TERT. anim. 21, 5 p. 334, 27 venena malignitatis. FAVST. REI. epist. 6 p. 198, 9 malitiae virus). SIL. 19, 605 sanies ... immixta cruore -itur. CHIRON 121 iumentum calidum -et. *in imag.* (*cf. l. 19*): CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 123, 6 in imperitas aures verborum puerilium spumas. b *cibos sim.* (*Ionam devoratum: l. 39 sq. i. q. evomere: l. 40. c. dat.: l. 40*): VARRO rust. 3, 3, 9 Philippus cum ... piscem ... gustasset et -isset (*inde* COLVM. 8, 16, 3). SCRIB. LARG. 9 uvam passam ... dabimus commanducandam et -endam (PLIN. nat. 24, 11 commanducantes acinos -unt cortices). LVCAN. 9, 936 extractam ... gelido de corpore mortem (*i. venenum mortiferum*) -it (expulit *l. v.*). PLIN. nat. 13, 33. 28, 138 ut ... redeat in os sapor *axungiae* eamque -ere videantur. IVV. 13, 214 vina. TERT. resurr. 58 p. 119, 8 Ionas devoratus a belua maris ... incolumis -itur (IREN. 5, 5, 2 -tus est terrae). SER. SAMM. 367 si stomachus nondum concoctas -it escas. *in imag.*: HIL. c. Const. 25 p. 601A sacerdotes Christi resorbere ea quae -erant coegisti. SIDON. epist. 1, 7, 12 a rebus humanis veluti vomitu fortunae nauseantis -tus. *et al.* c *varias res corporeas* (*c. praep.* in: *l. 46*): OV. hal. 37 polypus ... populatum ... -it hamum. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 linguam in os eius (*i. tyranni*) ... -uit (PLIN. nat. 7, 87 TERT. apol. 50, 8 *al.*). PLIN. nat. 30, 139 bovae capiti lapillum inesse tradunt, quem ab ea -i, si necem timeat. MART. 8, 57, 1 dentes. d *res incorp.* (*c. ex: l. 51*): *fere i. q. spiritum, vitam sim. exhalare, exspirare, transl. fere i. q. ex animo expellere sim.*: TER. Eun. 406 quasi ubi illam -ret miseriam ex animo (LVCR. 2, 1041 rationem). SEN. Tro. 1169 ubi hanc anilis -am leti moram. Phoen. 44 spiritum inimicum (Thy. 245. *cf.* dial. 5, 43, 4 istum spiritum). Herc. O. 1469 vitam. HIL. in psalm. 14, 11 p. 91, 7 est adhuc aliquid in nobis edomandum, -endum, perimendum.

2 *fere i. q. inspuere* (*cf. l. 11 sqq.*): ORIG. in Matth. ser. 113 p. 235, 17 *Christus* alapis caesus est pro nobis et -tus est.

II *sensu laxiore de rebus* (*de re quasi persona aut transl.* c. in: *l. 63. 69*): A *de mari, fluctibus i. q. alqd. edere, eicere, foras dare* (*in imag.: l. 68*): CATVLL. 64, 155 quod mare conceptum spumantibus -uit undis? ([*cf. Svennung, Catulls Bildersprache I 120*]. PLIN. nat. 2, 220 fimo similia -untur *a mari*. TERT. pall. 2, 3 naufragia; *opp.* devorantis. SOL. 56, 19 perhibent ... -i in eam [*Canariam insulam*] undoso marī beluas. *cf.* APVL. apol. 35 maris eiectamenta quae ... salo -untur. AVIEN. orb. terr. 509 Hadrias unda ... -uit algam. *al.*). LVCAN. 7, 755 quidquid Tagus -uit (extulit, expulit *l. v.*) auri. AVIEN. Arat. 1168. MACR. Sat. 5, 13, 21 asperginem collectae sordis -ere *fluctus*. *in imag.*: AMBR. obit. Theod. 26 quos (*i. nos*) naufragos in hanc vitam quidam velut naturae fluctus -uerit. B *de variis rebus corporeis* (*oculis: l. 72*) *i. q. secernere, exprimere*: PLAVT. Pseud. 76 pumiceos oculos habeo: non queo lacrumam exorare ut -ant unam modo. PLIN. nat. 2, 82 a sidere caelestis ignis -itur. 16, 45 omnia ... genera *arborum* accensa fuligine inmodica carbonem repente -unt. 33, 99 *argentum vivum* optime purgat *aurum*, ceteras eius sordes -ens. 34, 134 -itur aeris palea quaedam *in aerariis officinis*. APIC. 7, 4, 2 *ofellas*, ut umorem -ant, in craticulis ... exsiccabis.

deriv.: exspuitio, exsputio, exsputare.

exspurcitia *v.* spurcitia.

exsputāmen(tum) *v.* sputamen(tum).

exspūtio, -ōnis *f.* *ab* exspuere. *i. q. exspuitio* (*v. p. 1908, 60*): PRISC. LYD. solut. 9 p. 98, 13 B. quaedam *animalia* ... per morsum venenum inserunt, quaedam vero per punctionem velociter aut per solam -em.

ex(s)pūto, -āre. *ab* exspuere (*nisi accipiendum est pro* sputare, *sc. c. prosthesi*). *i. q. exspuere*: ORIBAS. eup. 2, 1 B 7 Aa p. 444 *butyrus* iubat nimis de pulmone -antibus ([potantibus *l. v.*]. *gr. eup. 2, 1 B 13 p. 606, 15 ταῖς ἐκ πνεύμονος ἀναπτύσεσι*). 2, 1 S 24 Aa p. 508 sanguinem -antibus ... hutilissimus est *scynos* (*gr. eup. 2, 1 Σ 48 p. 638, 15 ⟨πρὸς⟩ αἵματος πτύσεις*). ALEX. TRALL. 1, 42extr. -are facies, qui se in ore collegerint humores (*gr. p. 495, 6 P. ἀποπτύειν τὸ συναγόμενον*).

exspūtum *v.* sputum. *Fleischer.*

ex(s)quāmo, -āre. *ab* ex *et* squama. [*hisp., port.* escamar, *cf. Funck, ALL 8, 1893, 375.*] *i. q. squamis liberare, desquamare*: SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 376 (purga:) extentera, -a. GLOSS. III 287, 49 (= 658, 17) *τὰς θρίσσας λέπισον* sardinas -a.

exstāns *v.* exsto. *K.*

ex(s)tantia, -ae *f.* *ab* exstare. *scribitur* st- (*per aphaeresin*): *l. 27. 37.* GLOSS.L II Philox. EX 181 -ae *ἐξοχαί. v. etiam l. 47. legitur not. propria inde a* VITR., COLVM., *translata apud scriptores postremae aetatis.* [*ll. vv.: v. l. 40. 51.*]

1 *proprie: fere i. q. pars prominens*: a *in ballista*: VITR. 10, 11, 7 -a cheles foraminis s. b *in vitibus: de ramis, qui excreverunt* (*syn.* bracchia): COLVM. 5, 5, 12 *detrahuntur* vitibus bracchia, quod ipsa capita sine ulla -a *non* ... bubus obnoxia sunt. c *in animantium corpore* (*vel sano vel aegro*): IREN. 1, 25, 6 *Carpocratiani* cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus -ae dextrae auris. MACR. Sat. 1, 21, 15 abrasis incrementis angustaque manente -a *capillorum*. SORAN. p. 30, 7 genibus et talis lanae interponantur, ne -a (stantia *b l; v. l. 15*) ipsa ossorum quassetur (*gr. 2, 15, 5 p. 62, 20 τὰς ἐξοχάς*). p. 108, 12. CAEL. AVR. acut. 2, 16, 96 non esse ... tumorem, cum neque -a ulla earum partium ... sentiatur neque rubor (chron. 2, 1, 12. 4, 5, 83. 5, 4, 61. diaet. pass. 105 *dolor* cum -a resistenti partis mediae. 109. 131. 132 -a in sinistra parte praecordiorum. 140). 2, 16, 97. chron. 1, 4, 66 venarum frontis -a. 1, 5, 149 ventris (3, 8, 105 inflatio vel -a). 2, 1, 8 *gutturis* (2, 11, 129). 3, 2, 17 durities atque -a in interioribus praecordiorum. 3, 8, 103 inflatio vel -a tumoris (3, 8, 105. *sic c. gen. ident.*: CASS. FEL. 75 p. 180, 13 tumoris sive inflationis -am. ISID. orig. 4, 8, 5 rubor cutis cum pustularum -a [stantia C^1; *v. l. 15*]). 4, 5, 81 -a ... secundum praecordiorum media resistens atque dolorosa (4, 5, 82. *v. et l. 31*). 4, 7, 93. *ibid.* durior. 5, 4, 62. CASS. FEL. 7 p. 14, 8 parvulas (extangias *p*). 17 p. 24, 9. 18 p. 26, 2. 43 p. 105, 14. 44 p. 109, 10 -a viscerum et tumor. 73 p. 175, 11 -ae riposae, quas Graeci *ὄγκους ὀχθώδεις* vocant. 75 p. 179, 13 antiqui ... dicunt esse *οἴδημα*, quod nos aquosam inflationem dicimus, subalbidam et laxam -am. 77 p. 187, 16 thoracis (*cf. gr. Soran. 3, 26, 3 p. 109, 19 διόγκωσις*).

2 *translate: sensu philos. et eccl.: i. q. essentia, exsistentia* (GLOSS.L II Abav. ES 5 essentia: -a, natura, substantia. EX 115a -ae ... essentiae): Ps. AVG. c. Felician. 6 p. 1162in. ad -am filii potestas paterna non sufficit? BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 110, 7 *propositio 'si dies est, lux est'* consequentiam quandam significat, non -am (vel essentiam *l. v.*) propositionis. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 240 p.med. non de -a *dei filii* ..., hoc est qualiter exstiterit, sermo peragitur (*gr. p. 16 fin. οὐσιώσεως*). VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 2 p. 96B filii atque spiritus sancti personarum -as. 1, 5 p. 98B -am sui per sui abolitionem amittens omnino esse non possit *caro*. 5, 7 p. 139A ad demonstrandam utrarumque *naturarum* proprietatis -am. *Hiltbrunner.*

[**exstar** CHAR. gramm. p. 44, 12 B. *v.* extar.]

exstasis *v.* ecstasis *et* extasis.

ex(s)tentīno, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* stentina(e) (= intestinae); *cf.* ex(t)entero *et Niedermann, NJb. 29, 1912, 324; Heraeus, Kl. Schr. 132, 1.* *i. q. exenterare*: CHIRON 493 p. 162, 8 catulum excoriatum et extentinatum (*cf. 200 p. 61, 7 v. p. 1351, 30*).

exsterno (ext-), -āvī, -ātum, -āre *et* exsternor, -ātus sum, -ārī (*cf. l. 71. 72*). [*cf. c.* 1. consternare, *ubi plura. W. v. et Ernout-Meillet s. v.* sternere.] *de notione*: NON. p. 108, 10 -vit, ut consternavit, id est dementem fecit (*seq.* CATVLL. *l. 82*). GLOSS.L III Abstr. EX 45 -⟨a⟩vit extraneum fecit. II Philox. EX 200 -tus *ἐκτὸς φρενῶν. de usu*: DOSITH. gramm. VII 431, 4 *inter verba coni. Iae* quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt ... -or *ἀλλοτριοῦμαι* (*sim.* CHAR. gramm. p. 464, 30 B. -or ... -tus sum). *legitur inde a* CATVLLO, OV., APVL.

[*lect. var. v. p. 1911, 4. 7. 8. e coni.: v. p. 1911, 15.* APVL. met. 3, 22 sic -tus (*Guilielmus* [exterminatus *trad.*]; *cf.* APVL. apol. 43 *v. p. 1911, 10*) animi, attonitus in amentiam vigilans somniabar (*de genet. ex participio pendente adiectivorum more cf. Floridum ad l. et Schmalz-Hofmann⁵ p. 402med.*). *v. et s.* [exteratus].]

fere i. q. consternare, prae consternatione amentem facere (*syn.* attonare *p. 1911, 17, cf. l. 75*) *et fere i. q. externum reddere, abalienare* (*mente, a se*), *sc. verbo per etym. q. d. vulgarem ad vocem q. e.* externus *admoto* (*e. g. p. 1911, 4. 15. cf. Meltzer, ALL 3, 1886, 542*): 1 *animantes* (*ebrios v. p. 1911, 6*): CATVLL. 64, 71 *Ariadnam* luctibus -vit ... Erycina serens in pectore curas (*cf. l. 67*). 64, 165 -ta malo. OV. met. 1, 641 *Io* -ta refugit (*cf.* 11, 77 *maenas* -ta fugam ... *[K.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

temptabat). Ib. 430 aliquid facias (-ies *Levy*), a vespere solis ad ortus cur -ti rursus agantur equi. APVL. apol. 97 Pontianus ... filiam Rufini .. non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato impertivit, ... ut intellegeretur iratus potius -asse (*B p, Marchesi*; ⟨a⟩estim- *F, Helm*) eam quam oblitus praeterisse (*cf. p. 1910, 74*). *de ebriis, vino mentem exturbare*: Ps. APVL. herb. tit. morb. l. 201 si *homo* -tus (extermina- *l. v., How.-Sig.*) fuerit a vino. herb. 116 l. 21 ad -tos a vino (sternatos [*i.* exst-] *Vr* [extenua- *Vr*²], sternutantes *HaV*, extermina- *Ca, How.-Sig.*). **2** *animum, animam*: APVL. apol. 43 posse animum humanum ... odorum delenimento soporari et ad oblivionem praesentium -ari et paulisper remota corporis memoria redigi ac redire ad naturam suam. TERT. anim. 1, 2 p. 299, 4 quid ... liquido saperet anima tunc Socratis ... iam morte praesente utique consternata ad aliquem motum secundum naturam, aut -ta (*Rigaltius*, externum *B*), si non secundum naturam? (*cf. Waszink ad l.*). PANEG. 2, 19, 1 animos ... nostros ... laetitia [a]ut dolor, si deprehendat, -at (*syn. antea*: faciat attonitos). STEPHAN. 2 p. 40B miseremini homini humili et -to animo.

exstillēsco (ext-), -ere. *ab* exstillare. CHAR. gramm. p. 468, 10 -o τήκομαι. *fere i. q. exstillare, guttatim finiri* (*v. l. 29*): PHAEDR. app. 8, 11 sic, imperator, oculi -ant mei, si vidi aut tetigi (*in iure iurando*. 8, 32. *aliter l. 26*).

exstillo (ext-), -āvī, -āre. *ab* ex *et* stillare. **1** *intransitive: i. q. guttatim defluere* (*stillatim diluere, finiri l. 29*): **a** *de oculis, lacrimis*: PLAVT. Pseud. 818 sinapis scelera (*adi.*) quae illis qui terunt ... oculi ut -ent facit. TER. Phorm. 975 hisce ego illam *mulierem* dictis ita tibi incensam dabo, ut ne restinguas, lacrimis si -veris (DON. *ad l.* p. 480, 7 stillare est guttare ex corpore, -are ipsum corpus guttatim finiri. *ibid.* ergo quasi totum in lacrimas converti et ex toto stillare corpore. SCHOL. Ter. p. 139, 23 si totum te miseris in lacrimas). DON. Ter. Eun. 67 p. 282, 6 'una ... falsa lacrimula' ... non 'facile' sed 'vi' et non '-verit' sed *eam* 'expresserit'. MARCELL. med. 8, 199 prius ... sic praecantabis, ne lacrimus exeat, ne -et. **b** *de amurca*: COLVM. 12, 50, 2 *convenit ex olivis sale conspersis* omnem amurcam -are.

2 *transitive: fere i. q. guttatim spargere, in altum eiaculari*: MANIL. 5, 604 *cetus* efflat ... in caelum pelagus ... pontumque -at (*M*; extollit *GL*) in astra.

deriv.: exstillescere.

exstimulātio *v.* stimulatio.

exstimulātor, (-ōris) *m.* *ab* exstimulare. *qui exstimulat, incitat* (*acced. gen. obi.*): TAC. hist. 2, 71, 2 Pedanius Costa omittitur, ... Verginii -r. ann. 3, 40, 1 *rebellionis* -r acerrimus inter Treveros Iulius Florus.

exstimulo (ext-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* stimulare. [*variat c.* instimulare: *l. 60. 66.*]

fere i. q. valde stimulare, excitare, accendere (syn. l. 69), impellere, instigare (*et sensu corporali et maxime translato. fere c. obi.; absol. l. 71. seq.*: ad: *l. 52. 67*. ut: *l. 71*): **1** *animantia*: **a** *bestias*: Ov. met. 5, 165 tigris ... -ta fame. COLVM. 6, 27, 3 armentum ... libidinis -atur furiis. 6, 30, 3 iumenta morbos concipiunt ..., si, cum diu steterint, subito ad cursum -ta sunt. 6, 35, 1 *equae* per pascua veluti -tae concursant. PLIN. nat. 9, 132 *conchae* aculeo -tae claudunt sese. SIL. 9, 594 -ta gravi sese fera tollit ad auras vulnere. OROS. hist. 5, 16, 18 equis -tis. **b** *homines aut ipsos aut eorum corpus vel animum sim.*: Ov. met. 6, 459 *Terea* innata libido -at. fast. 6, 588 Tullia ... his solita est dictis -are virum. SEN. epist. 52, 14 talis laudatio ... animos adulescentium -at (TAC. ann. 15, 50, 4 animum; *opp.* retinuisset. PRVD. psych. 350 *sobrietas virtus* -ans [inst- *l. v.*] animos nunc probris nunc prece mixta). COLVM. 4, 18, 2 hortulorum descriptio (*sc. divisa per intervalla parva*) ... fatigationem veluti minuit -atque eos qui opera moliuntur. 10, 220 -at vatem per Dindyma casta Cybebes. SIL. 1, 33 *Iuno* bellandi corda furore Phoenicum -at. 5, 218 praesentia saevi -at ducis (*sc. Poenos*). 17, 324 te -em, qui *eqs.* STAT. Theb. 6, 589 varias ... per artes -ant (inst- *l. v.*) docto languentia membra tumultu. 12, 613 omnis ad arma rudes ager -vit alumnos. TAC. Agr. 41, 4 hist. 1, 21, 1. 1, 36, 3 quos adhuc singulos -verat *Otho*, accendendos in commune ratus. 1, 65, 2. 1, 89, 3 aspernatus est *Otho* omnem cunctationem ...; et Caecina iam Alpes transgressus -bat. ann. 3, 66, 4. 4, 59, 3 a libertis ... -atur *Nero*, ut erectum ... ostenderet *se*. 15, 1, 2. IVL. VAL. 1, 36 p. 47, 3 his ... incentivis -tus Alexander *eqs.* CAES. AREL. reg. mon. 12 p. 1100B se sermonibus duris -ent (*ne lites inter se habeant*).

2 *rem*: **a** *incorpoream*: Ov. trist. 3, 2, 29 di, ... -ate, precor, cessantia fata meique interitus clausas esse vetate fores. COLVM. 8, 11, 8 signa sunt -tae libidinis (*cf. l. 51. 57*), cum semet-ipsum ... caudae gemmantibus pinnis *pavo* protegit. **b** *corpoream*: PLIN. nat. 2, 106 *sidera caelo adhaerentia*, quotiens errantium accessu impulsa aut coniectu radiorum -ta sunt *eqs.*

deriv.: exstimulator. *K.*

exstinctio (ext-), -ōnis *f.* *ab* exstinguere. *scribitur* ext- *saepissime*. GLOSS. extinctus. ἀπόσβεσις. σβέσις. *legitur inde a* CIC., TERT., ARNOB. [*del.*: *v. p. 1914, 12.*]

i. q. actio exstinguendi (*de statu v. l. 39 sqq.*): **A** *proprie: de lumine, igni, fere i. q. restinctio*: BOETH. anal. post. 2, 9 p. 750C *defectus lunae* utrum obiectio aut conversio lunae aut -o luminis *sit* (*gr. Aristot. p. 93b, 6 ἀπόσβεσις*). *ibid.* quid est tonitruus? ignis -o in nube *eqs.* (*gr. Aristot. p. 93b, 8 ἀπόσβεσις*).

B *translate: i. q. actio finiendi* (*status v. l. 43*): **1** *generaliter: i. q. oppressio, abolitio, excidium*: TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 350, 2 *deus* eodem consilio differens -em diaboli quo hominis restitutionem. AMBR. Iob 3, 7, 22 p. 260, 17 incredibilis celeritas -is *impii per deum*. CASSIAN. conl. 12, 11, 3 p. 352, 14 pacis locum -e carnalium passionum si quis meruerit obtinere. 20, 8, 7 p. 563, 24 -e vitiorum (GREG. M. moral. 30, 36 p. 544B. 30, 63 p. 559A cum vitiorum omnimoda -e). LEO M. epist. 95 Conc.S II 4 p. 51, 21 *ut* haereseos ... optineretur -o. GREG. M. moral. 20, 66 p. 178C sunt ... quos *dei* ... verbera ad eruditionem potius quam ad -em secant. 34, 47 p. 744D superbia ... nequaquam unius virtutis -e contenta. past. 3, 23 p. 92D nil est desiderabilius diabolo -e caritatis. **2** *specialiter: spectat ad mortem (saepe in descriptione vel definitione mortis [e. g. l. 21. 31]. fere hominum; angelorum l. 34; animae l. 32; bestiae l. 30. 37)*: *i. q.* sive exitus, interitus sive interfectio (*syn. l. 25*), *interemptio*: CIC. Tusc. 1, 117 si supremus ille dies non -em sed commutationem adfert loci (*cf.* ARNOB. nat. 2, 61 p. 97, 18 mors ... adferens -em). phil. frg. V 97 *mortem speramus* iucundum nobis ... occasum neque molestam -em et quasi quietem vitae fore. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 61, 27 post interfectiones fratrum *in ipsis aedibus sacris* -esque gentilium (*sim. de caede*: EVCHER. hom. p. 860A [= CAES. AREL. serm. 221, 1 *al.*] puerorum *Bethlehemitarum*. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 62, 10a ad p. 409, 2—3 sine fructu -is; *gr. ἀνελεῖν με ... εἰκῇ*). Ps. AMBR. mans. 35 p. 34B oranti Moysi *in deserto* pro serpentum -e. AVG. conf. 9, 12, 29extr. solet deplorari ... morientium ... quasi omnimoda -o. soliloq. 2, 13, 23 p. 896med. mors est -o quaedam animae in corpore vel vitae (*cf.* OP. imperf. in Matth. 25 p. 764B non solum -o corporalis signatur *eqs.*). FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36 p. 824B in angelo ... non est naturalis -o; ... tamen naturalis ... mutatio. GREG. M. dial. 2, 30 p. 121, 22 M. *neque Petrum* orasse in eorum (*i. Ananiae et Sapphirae*) -e legitur. moral. 4, 1 p. 638A pignorum. 15, 19 p. 1090A vipera ... sic nascitur, ut ... cum matris suae -e producatur. 28, 41 p. 473B sacrificia ... animalium ... -em carnalis nostrae vitae significant (*syn.* mortem). *nota i. q. status mortificationis carnalis (ex abrenuntiatione mundialium effectus) in eis christianis, qui ἀπάθειαν consequuntur* (*cf. etl. 10 sqq.*): GREG. M. moral. 5, 4 p. 682A multi *mori mundo cupiunt*, ... sed ... usque ad culmen -is ... non assurgunt (*cf. antea*: vicissim sibi utrique exstincti sunt, *sc. et mundus et sanctus vir; cf. ad l. p. 1925, 79*).

exstīnctor (ext-), -ōris *m.* *ab* exstinguere. *scribitur*: ext-: CIL VI 1158, 2 (*a. 353*). 31413. 31414 (*a. 389*). X 7122. *et fere ubique in codd.* -tint-: PRVD. cath. 6, 102 (*V*). *legitur primum apud* CIC., SALL., *deinde ab* ARNOB., LACT., IVST.

is qui exstinguit, opprimit, delet:

1 *incendium*: CIC. Pis. 26 tu ... prope a meis aedibus ... sedebas, non -r, sed auctor incendii, et ardentes faces furiis Clodianis paene ... ministrabas.

2 *vitam, exsistentiam, vires sive animantium sive rerum* (*vitam spiritalem l. 69*): **a** *generaliter*: CIC. Sulla 88 ne *Sulla* -r patriae, ne proditor, ne hostis appelletur (*cf.* dom. 141 res ... publica quamquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos *Clodii* -is sui). dom. 101 ut ... non -es coniurationis *Catilinariae* et sceleris, sed auctores et duces fuisse videamur (*sim.*: Sest. 144 *Milonem* -em domestici latrocinii, repressorem caedis. har. resp. 49 domestici belli). SALL. Iug. 14, 9 ut ... *Iugurtha* stirpis tuae (*i. Micipsae*) -r sit (*cf.* IVST. 16, 1, 15 Cassandrum ..., -em regiae domus, non ... cessasse, quoad omnem stirpis regiae subolem deleret). ARNOB. nat. 1, 65 p. 46, 22 *Christus* ipsius mortis -r (Ps. AVG. serm. ed. Mai 119, 16 -r mortis, oppressor diaboli. *cf.* ARNOB. nat. 2, 2 p. 48, 6 religionis -r. PRVD. cath. 6, 102 -r Antichristi *tamquam monstri*). 7, 44 p. 279, 2 *Aesculapius* valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor et -r. COD. Theod. gest. in sen. 5 (*acclamatio*) -es delatorum, -es calumniarum! ENNOD. opusc. 2, 63 p. 307, 15 -em nostrum (*i. haereticum*) Symmachum *papam* vultis adserere. EPIST. Austras. 5 p. 116, 33 *Ennodius*, Nestoriae fulmen, Euticis -r (*haereticorum*). VITA Caes. Arel. 1, 45 p. 474, 23 *Caesarius* -r iurgii, seminarium caritatis. **b** *specialiter: is qui necat, occidit*: LACT. inst. 3, 18, 6 homicida ... est, quia hominis -r est (*sim.*: SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 48 veneficus, matris -r. AVG. civ. 3, 6 p. 103, 1 D. fratris -r *Romulus*. ENNOD. dict. 18, 3 p. 476, 22 patris). AVG. civ. 5, 26 p. 239, 8 D. *Theodosius* tyranni Maximi -r (CIL VI 31413. 31414 [*a. 389*]. *cf.* CIL VI 1158, 2 [*a. 353*] -i pestiferae tyrannidis. X 7122 -i tyrannicae ⟨foe⟩ditatis). 16, 4 p. 131, 3 quid ... significatur hoc nomine, quod est 'venator', nisi animalium ... deceptor, oppressor, -r?

deriv.: exstinctorius.

ex(s)tīnctōrius, -a, (-um). *ab* exstinctor. *qui (quae) habet vim exstinguendi*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 34, 21 sicut ... aqua ignis -a est et sicut tenebrae lumen obtundunt *eqs.*

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex(s)tinctus, -ūs *m.* *ab* exstinguere. GLOSS. extinctio. *ἀπόσβεσις. σβέσις.*

i. q. exstinctio: *spectat ad:* **1** *lumen:* PLIN. nat. 7, 43 odor a lucernarum ... -u (ext- *Fa*). **2** *vitam, fere i. q. caedes, interfectio:* PS. AVG. serm. cod. Guelf. app. 1, 2 p. 169, 80 sermonem proferre de -u filiorum *Bethlehemitarum.*

exstinguibilis (ext-), -e. *ab* exstinguere. GLOSS.L I Ansil. EL 203 eluctabile -e (expugnabile *l. v.*), id est quod vinci possit. *qui (quod) exstingui potest:* **1** *de lumine (in imag.):* RVFIN. Orig. in iud. 1, 1 p. 466, 16 *anima* aut vero lumine illuminatur (*i. Christi*) ... aut ... temporali sine dubio et -i lumine *diaboli* (*opp.* aeternum). **2** *de vita, exsistentia (i. quod deleri potest):* LACT. inst. 7, 20, 9 p. 650, 4 *peccatorum* animas ut, si non -es in totum, quoniam ex deo sint, tamen cruciabiles fiant per corporis maculam (epit. 31, 5 p. 707, 2 *Epicurus* animas -es facit). AVG. serm. 117, 9, 12 p. 667fin. *falso* comparantur temporalia semper manentibus, -ia immortalibus.

cf. inexstinguibilis *vol. VII 1, 1333, 40.* *Kornhardt.*

***exstinguo** (ext-), -īnxī, -īnctum, -ere. *ab* ex *et* stinguere. *at v. Ernout-Meillet, qui censent verbum simplex* 'stinguere' *ex verbis compositis retrograda q. v. derivatione a poetis formatum esse. cf. et vol. V 1, 1524, 17; aliter Walde-Hofmann³ s. v.* instigo *p. 707.*

de scriptura: exst-: *in inscrr.:* R. GEST. div. Aug. 34 tab. 6, 13 CE 971, 7 (*s. I*). *in codd.: e. g.* VERG. ecl. 5, 20 (*R*; Aen. 12, 38). *v. et V. i. R. s. v. p. 723, 6 sqq.* ext-: *in inscrr.:* CE 1028, 2 (*s. I in.*). CIL VI 234 ('*post a. 238 vel 310*', *Dessau 2011*). CE 286, 2 (*a. 390*). 679, 1 (*a. 399*). 2131, 1 (*s. V*). CIL VI 32091 (*a. 470*). VIII 1863 (*aet. Iustiniani*). X 663. *v. et l. 38.* *in codd. fere ubique, e. g.* VERG. ecl. 5, 20 (*P*). Aen. 12, 38 (*MP*). FRONTO p. 123, 1 N. 204, 2 (*in marg.*). 234, 8. *v. et V. i. R. s. v. p. 722, 38 sqq.* ist-: DIOSC. 1, 114 p. 58, 4 M. istincta (*gr. 1, 105, 3 κατασβέννυται*). 1, 118 p. 61, 7 istincta (*Bulhart, WSt. 55, 1937, 160*; int- *vel* st- *trad.; gr. 1, 109, 3 σβεσθέντες*). st-: DIOSC. 1, 117 p. 60, 8 M. 1, 123 p. 63, 26 (*v. et l. 33*). 2, 155 p. 238, 21 *et saepius.* ORIBAS. eup. 2, 1 T 11 La stincta (*ter*). syn. 2, 36 La p. 111, 17 M. stictum suffocatum in v⟨i⟩no (*gr. πνιγέντος οἴνῳ*). 3 add. p. 912, 47fin.. *v. et p. 1922, 25.* *in stirpe perf.:* -ncx- (-ncs-): *in inscr.:* CIL V 563 extincxit. *hic illic in codd.* -ntus: APVL. met. 4, 35 (*trad.*). *cf. p. 1914, 62.*

de formis: *formae breviores (cf. Neue-Wagener³ III p. 504; Sommer, Handb.²·³ p. 589 sq.; Norden, Aen. VI² p. 140 sq.):* -xti (= -xisti): PACVV. trag. 329. VERG. Aen. 4, 682 (*v. p. 1918, 21. cf.* CHAR. gramm. p. 367, 1 B. syncope est, ... ut '-xti te meque soror', pro -xisti). -xit (= -xerit): PLAVT. Truc. 524 (*cf. Neue-Wagener³ III p. 516. 518*). -xem (= -xissem): VERG. Aen. 4, 606 (*cf. ad l.* PRISC. gramm. II 504, 15 pro '-xissem' protulit). -xet (= -xisset): CIC. Balb. 16 (*P*). extinxe extincsisse GLOSS. IV 235, 29. PRISC. gramm. II 513, 11 sunt verba, quae servant n in participiis praeteriti sive in supinis, ut iungor iunctus ... -or -nctus. *de formis per* -gu- *vel* -g- *cf. Stolz-Leumann⁵ p. 126 et Bersu, Gutturale, v. ind. et* CASSIOD. gramm. VII 150, 22 (*ex Cornuto*), -guunt per duo u ([*v. app. cr.*]. 151, 1 -guo est enim, et ab hoc -guunt, licet enuntiari non possit). *per* -gu-: CIL VI 234, 8. *per* -g-: PRISC. gramm. II 525, 14. *hic illic trad., e. g.* FRONTO p. 7, 12 N. (*alibi* -gu-). DIOSC. *p. 1915, 84. 1916, 7. 1920, 81* (*alibi* -gu-). *v. et p. 1914, 40. 57. 58. 1915, 5. 1920, 7. nota lusum verborum p. 1919, 44 sqq.* NOT. Tir. 49, 86 -it. 49, 91 -xit.

de notione: SYNON. Cic. p. 431, 31 B. interit. obit. occidit. perit. exspiravit. -ctus est. CIC. or. frg. A XII 8 Sch. sintne haec investigata comperta [id est patefacta] (*secl. Halm*) sublata [delata] (*secl. Halm*) -cta per me? (QVINT. inst. 9, 3, 49 *ad l.*: investigata comperta [patefacta] aliud ostendunt, 'sublata [delata] -cta' sunt inter se similia). *cf. et l. 37.* *diff.:* NON. p. 440, 25 inter -ere et opprimere interesse Cicero voluit ..., ut sit maius obprimere quam -ere (*seq.* Lael. 78). p. 440, 30 quasi quod -itur, possit reflammari, quod obprimitur, non queat (*cf. Landgraf ad* CIC. S. Rosc. 36). ISID. diff. 1, 194 -ctum dicimus lumen, ut Cicero (*Catil. 3, 24*): 'lumina civitatis -cta sunt', restinctum vero incendium. GLOSS. delere. *ἀποσβεννύω. κατασβεννύω. σβεννύω. cf. etiam graeca:* *ἀποθνῄσκειν p. 1926, 7.* *ἀποκτείνειν p. 1919, 15. 1920, 32.* *ἀποπαύεσθαι p. 1924, 18.* *διαφθείρειν p. 1918, 42. 46. 1919, 14.* *ἐκμοχλεύειν p. 1921, 1. v. et p. 1915, 65. 66. 67. 1919, 55. 1920, 23. 1921, 2. 1925, 74. 1926, 22.*

de usu: *est verbum transitivum.* *adhibetur c. not. intransitiva:* *formis med.-pass. saepe; forma activa: p. 1926, 12.* *reflexive (vel c. obi. refl.):* SEN. dial. 6, 26, 6 *v. p. 1921, 54.* FIRM. math. 4, 9, 5 p. 210, 5 gladio se -unt (*cf. p. 1918, 73*). GREG. M. moral. 5, 5 p. 682B *v. p. 1922, 74.* *gerundiv.* -endus *pro part. fut. (pass. vel med.-pass.):* IVV. 10, 332 SALV. eccl. 2, 34 p. 256, 2. 9. *inf. perf. pro praes. v. p. 1918, 50.* *adduntur praepp.:* ab (*sc. sensu ab aliqua re removendi [v. p. 1922, 66], cf.* -ere [*i. removere*] *alicui e. g.* AVG. civ. 1, 30 p. 47, 20 D. *p. 1920, 37.* NOVELL. Theod. 10, 1, 3 *p. 1920, 40.* GREG. M. moral. 5, 4 p. 682A *p. 1925, 79*): PAVL. NOL. epist. 5, 13 p. 33, 6 *v. p. 1922, 59.* GREG. M. moral. 2, 54 p. 582B *v. p. 1922, 72.* 5, 5 p. 682B *v. p. 1922, 74.* de: PRVD. ham. 653 *v. p. 1924, 31, cf. J. Stam ad l.* (*aliter Lavarenne, qui praepositionem* 'de' *seiungit ab* '-ctum'). in (*consecutivum*): TERT. nat. 2, 15, 2 p. 127, 21 *v. p. 1922, 30.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., PACVV., ACC., VARRONE, RHET. Her., CIC. [*val.* stinge. *francog.* éteindre. *prov.* estenher. *M.-L.*]

[*variat in codd. c.:* exstructas: OV. fast. 2, 534. impedire (in ea edere *l. v.*): SEN. nat. 2, 26, 7. exustus (*sic Jacob ex* ex(s)utus): MANIL. 4, 531. restinguas (*v. app. cr.*): STAT. Theb. 1, 255. exclusit (-dit): PELAG. in Rom. 1, 3 p. 9, 4 (*cf.* in Eph. 6, 16 p. 384, 11). *e coni.:* PROP. 4, 7, 2 -ctos (*Passerat*; eiunctos *N*, evinctos *dett.*). CELS. 2, 17, 9 -cti titiones (*Egnatius*; extinctiones *vel* -em *trad.*). CORN. SEV. carm. frg. 13, 6 -ctum (*Gronov*; est tunc *trad.*). *suppl.:* TERT. nat. 1, 15, 5 p. 85, 17 (*Gothein*). LACT. mort. pers. 1, 7 p. 173, 4 (*Bauldri*). *loco dub. trad.:* VERG. Aen. 2, 585. *locis mancis vel corruptis:* CIC. or. frg. A VII 41 Sch. (= 40 M.). AVIAN. fab. 24, 8 ⌞hic (*i. venator*) litem⌟ (⌞ ⌟ scilicet *trad.*) ... -ctam iam (nam *trad.*) docet esse feram (*emend. ignotus in schedis nostris. cf. p. 1925, 6*).]

i. q. ***ardorem, vires, impetum*** *sim. aut* ***delere*** *aut (vi debilitata)* ***minuere:***

I *cum respectu rerum* ***quae ardent, lucent, calent*** *fere i. q.* ***restinguere, compescere, opprimere, delere:*** A ***proprie*** (*obi. suppl. l. 43 sq. 70.* *hic illic causative: e. g. l. 38. 45. p. 1915, 50*): **1** *pertinet ad res, quarum proprium est* ***ardere, flagrare, fulgere, lucere*** *sim.:* **a** ***act.*** (*pass.*): *α generatim: de rebus antea accensis:* Ⓘ *loci potiores:* flammas: OV. ars 3, 463 vigiles flammas -ere Vestae. EPICED. Drusi 227 rogi flammas -ere fluminis ictu. LIV. 25, 9, 10. LVCAN. 3, 687 aequore. RVFIN. hist. mon. 19 p. 442A *al. cf. et* PRVD. ham. 862 flammarum ... apices umenti -ere tactu. ignem: PLAVT. Aul. 91 quod quispiam ignem quaerat, -i volo. CIC. Font. 47 (*hyperbol.*) *ne* ignis aeternus (*i. Vestae; v. l. 28. 39*) ... sacerdotis ... lacrimis -ctus esse dicatur. LIV. 4, 33, 4 non ferro -itis (*quos hostes inferunt*) ignes? 9, 21, 6. SEN. contr. 2, 5, 6 sanguine (AVG. civ. 3, 28 p. 140, 18 D.). SEN. epist. 30, 14 aqua et ... ruina -endus est (AVG. civ. 21, 4 p. 495, 9 D. *cf.* TAC. ann. 13, 57, 3 fluvialibus aquis aut quo alio umore). PLIN. nat. 29, 76 quoniam ignes ... -at *salamandra* (*cf. Schol. Nicand. alex. 537 σβεννύει*). LAMPR. Heliog. 6, 7 perpetuum (*cf. l. 32. p. 1915, 16*). AVG. nat. et grat. 28, 32 p. 256, 25 (*in syllogismo*) ignes ignibus -guntur (*ibid.* p. 256, 26. 257, 3. *cf. et p. 1917, 10*). vera relig. 55, 109 pro voluntate accendimus et -imus. DRAC. laud. dei 3, 179. *et al.* *c. obi. suppl.:* LIV. 34, 39, 10 adiuvantibus ignem, qui alias ad -endum opem ferre solent (*sim. cf. l. 47. p. 1916, 31*). VITR. 10, 13, 6. incendium: SEN. contr. 7, 2, 7 Metellus Vestae (*sc. aedis*) -xit incendium. contr. exc. 3, 8, 2 incendium, quod ... populus spectare maluit quam -ere. VELL. 2, 91, 3 -endis privatā familiā incendiis (PAVL. dig. 1, 15, 1. *v. et l. 44*). VLP. dig. 33, 7, 12, 18 acetum ... -endi incendii causa paratur. *al.* lucernam: PLAVT. Asin. 785 si lucerna -cta sit. Most. 487 SEN. epist. 54, 5 MART. 3, 93, 14. AVG. civ. 21, 6 p. 498, 11 D. *lucernam* sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber -ret. *al.* lumen *sim.:* CVRT. 6, 8, 17. PLIN. nat. 20, 5 lucernarum lumina (*seq.* priusquam -at. *gr. Theophr. hist. plant. 9, 14, 2 σβέννυσι ... λύχνους*). FLOR. epit. 4, 8, 9 -cto praetoriae navis lumine. APVL. met. 2, 32 vento. MIN. FEL. 9, 7 everso et -cto ... lumine. *al.* *cf.* GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 165, 9 *alauda* omnia luminaria ... -it ([-xit, -git *l. v.*]. 4, 31 p. 165, 10 cicindelum -ere [-gere *l. v.*] voluit). Ⓘⓘ *ceteri loci:* AEDIT. epigr. 2, 3 *faculam* potis est vis saeva -ere venti aut imber *eqs.* (*cf.* MELA 2, 43 *fons* inmersas faces [PLIN. nat. 2, 228 QVINT. decl. 322 p. 269, 2 LACT. mort. pers. 21, 9 p. 197, 15 *al.*]. APVL. met. 4, 35 taedas ... nuptiales ... lacrimis ... -⟨c⟩tas). OV. fast. 5, 425 -cto cineri sua dona ferebant compositique nepos busta piabat avi (CE 965, 8 [*a. 10*] quid lacrumis opus est ... -ctos cineres sollicitare meos). LIV. 42, 63, 8 *tantus* imber, ut ... -ret accensa *sarmenta.* SEN. Thy. 742 aras sanguine -ens suo (*cf.* SIL. 4, 411 Vestalis ... focos). dial. 9, 11, 12 *Croesus* rogum suum et incendi ... et -i vidit (*cf.* AVSON. 302, 42 p. 175 P. -i iubet ... et destrui ardentem pyram). AMM. 23, 6, 16 cum hoc liquoris (*i. napthae*) ardere coeperit genus, nullum ... praeter pulverem -endi commentum. VVLG. exod. 25, 38 emunctoria ... et ubi quae emuncta sunt, -antur *eqs.* (*pertinet ad linamentum*). AVG. civ. 21, 5 p. 495, 5 D. asbeston ... lapidem ..., sic vocari, quod accensus semel iam non possit -i (21, 7 p. 501, 24 *al.*). *et al.*

β speciatim: *de iis quae naturaliter luce, splendore, ardore praedita sunt (at v. p. 1915, 1):* Ⓘ *de rebus naturae (praecipue de caelestibus; fere i. q. obscurare l. 80. 83):* SEN. Herc. f. 374 prius -et ortus, referet occasus diem. nat. 2, 26, 6 nec -ctum ignem (*i. Vulcanium ardorem*) mari superfuso. epist. 77, 17 solem? quem, si posses, -res (*hyperbol.*). CVRT. 4, 3, 16 quidquid lucis internitebat, offusa caligine -ctum est. LVCAN. 4, 78 -unt fulgura nimbi. PETRON. 122 vs. 130 plenos -xit Cynthia vultus. APVL. met. 1 8, sidera -ere, Tartarum ipsum inluminare (*cf. l. 84 sqq.*). TERT. resurr. 2 p. 41, 4 stellarum radii, quos matutina succensio -erat (CONC.S I 5 p. 309, 23 radium solis). *inverso naturae ordine in paradoxo* '*tenebras*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere' (*cf. etiam p. 1919, 70*): Cassian. inst. 3, 3, 6 p. 36, 25 *Christus* inextricabiles Tartari tenebras coruscatione sui splendoris -xit. Ⅱ *de gemma, fere i. q. hebetare*: Plin. nat. 37, 99 peculiare quod tactu (*sic B, Mayhoff, dub., ut vid.*; iactatu *a*; iactatae in ignem [*sim.*] *dh, cf. Isid. l. 6*; lacte *L, Detlefsen*) velut intermortuae -guntur, contra aquis perfusae exardescunt *anthracitides*. Isid. orig. 16, 14, 2 *anthracitidis* proprium est, quod iactatus igni velut intermortuus -itur *eqs.* Ⅲ *de Aeetae tauris flammiferis*: Petron. 134, 12 taurorum flamma ... virgineis (*i. Medeae*) -cta sacris. Val. Fl. 8, 106 *verba Medeae*: patrios -xi noxia tauros (*per hypallagen: i. flammas, quas evomunt tauri*).

b *med.-pass.*: *α generatim*: Ⅰ *de igni, lumine*: ignis: Cic. Tusc. 1, 24 si ignis *est animus*, -etur. Verg. Aen. 8, 267 (*per hypallagen de Caco occiso*) -ctos faucibus ignis (*cf. Kroll, Stud. p. 258*). Prop. 4, 4, 45 Pallados (*i. Vestae*. Liv. 28, 11, 6 terruit animos hominum ignis in aede Vestae -ctus. Sen. contr. exc. 6, 8, 1 perpetuus. Val. Max. 1, 1, 7 *al.*). Sen. dial. 6, 23, 4 ignis quo clarior fulsit, citius -itur. nat. 2, 55, 2 demissus in aquam sonat, dum -itur. *ibid. iterum*. Plin. nat. 2, 236 ignem *montis Chimaerae* ... accendi aqua, -i ... terra aut fimo (*Ctesias σβέννυται*). *al.* lumen: Lucr. 6, 791 nocturnum ... recens -ctum lumen. Ov. met. 1, 721 (*de Argo occiso*) quod ... in tot lumina lumen habebas, -ctum est. Suet. Tib. 19 quotiens ... decideret lumen et -retur. Tert. Scap. 3 p. 544 Oe. *solis* -cto paene lumine. Ⅱ *ceteri loci*: Lucr. 6, 901 linum (*cf.* Cels. 4, 27, 1[B] -ctum ex lucerna linamentum). Prop. 2, 13, 34 -cti funeris (*i. rogi*) ... locum. 2, 28[b], 36 foco (Ov. trist. 1, 3, 44). Vitr. 2, 9, 16 cum ... *flamma* per se -cta esset. Lucan. 9, 61 quidquid ab -cto licuisset tollere busto. Pers. 5, 166 -cta cum face (Plin. nat. 2, 228 Aug. civ. 21, 7 p. 502, 29 D. *al.*). Plin. nat. 20, 203 experimentum opii *sinceri* est ..., ut pura luceat flamma et ut -ctum (-cto *codd.*) ... oleat ...; accenditur ... difficilius et crebro -itur. 23, 63 quamdiu -atur *lucerna* (31, 49 Pallad. 9, 8, 7). Amm. 23, 4, 15 ictu rapidiore -itur (*sc. telum incensum*. 23, 6, 37). *et al.*

β speciatim: de ipsis rebus naturae: Ⅰ *de caelestibus* (*v. et l. 24*): Cic. Arat. 401 *Nixum una* nocte -ctum atque exortum. rep. 6, 24 deficere sol hominibus -ique visus est. Sen. nat. 1, 15, 3 aliqua (*i. quae lucent, fulgent*) non patiuntur moram, sed transcurrunt aut -untur subinde *eqs.* 2, 55, 3 non potest aliqua *stella* ... incidere in nubem et -i? 7, 12, 8. 7, 18, 1 manet illis (*i. cometis*) prima facies, donec incipiant -i (7, 21, 3. 7, 23, 3). Amm. 25, 2, 6 scintillas ... ab aetherio candentes vigore ... -i. Aug. gen. ad litt. 1, 11 p. 17, 13 neque ... *lucem* (*i. aeternam, ante solem creatam*) -ctam esse. Drac. laud. dei 1, 669 lucifer (*i. stella*) -ctas reficit ... flammas. Ⅱ *de terra Vulcania* (*v. et l. 19*): Aetna 431 flagrans Aenaria quondam, nunc -cta super. 445 haec *pars Vulcaniae terrae* ... iam quondam -cta fuisset *eqs.*

2 *pertinet ad res quarum proprium est* ***calere, fervere*** *sim.*: **a *act.*** (*pass.*): *α generatim*: Ⅰ *de rebus igni calefactis, candentibus sim.*: Val. Max. 3, 3, 5 *tyrannus* lamminas (*in tormentis adhibitas*) -xit. Theod. Prisc. log. 82 p. 184, 12 aquam ..., ubi ferrum igneum -itur. Ⅱ *de iis, quae calorem naturalem habent: de corporis calore, ardore, inflammatione* (*cf. p. 1916, 10*): Pers. 5, 145 calido sub pectore mascula bilis intumuit, quam non -erit urna cicutae? Apul. met. 2, 7 (*in lusu verborum*) si te ... meus igniculus afflaverit, ureris intime nec ullus -et ardorem (*i. et ignem et libidinem*) tuum nisi *eqs.* Clavd. Don. Aen. 1, 90 p. 32, 18 frigus ... quod oriebatur ex tot adversis, quae corporis calores -erant (extorserant *l. v.*). *in natura rerum*: Plin. nat. 2, 135 omnis ... terrarum exhalatio rigens ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis, -it.

β speciatim (*spectat ad materiam variam quae primum fere coquitur, uritur, torretur sim., deinde -endo ad usum quendam praeparatur*): Ⅰ *in usu technico*: Ⓐ *de calce*: Vitr. 2, 5, 1 cum *calx* ... erit -cta *eqs.* Aug. civ. 21, 4 p. 493, 21 D. *calcem* -ctam (*opp.* vivam. *sic*: Oribas. eup. 2, 1 T 11 Aa biba, id est non -cta. *gr. 12 ἄσβεστος. al.*). Diosc. 5, 141 p. 232, 6 *calcem* -is aqua missa (*gr. 5, 115, 1 ἀποβάψας*). *ibid.* l. 12 recens et non -cta (*gr. 5, 115, 2 ἄβροχον*). Oribas. eup. 2, 1 T 11 La non -cta, -cta *eqs.* (*gr. 12 ἄσβεστος, σβεσθεῖσα*). *al.* *cf.* Amm. 27, 3, 4 cálcarias. Ⓑ *in efficiendis coloribus*: Vitr. 7, 10, 3 sarmenta aut taedae schidiae comburantur, cum erunt carbones, -antur ...; ita erit atramentum tectoribus non invenustum. 7, 11, 2 glaeba silis ... coquitur ut sit in igni candens, ... aceto -itur et efficitur purpureo colore. Ⅱ *in re medica*: Ⓐ *de fomentis calidis*: Cels. 2, 17, 9 -cti (*v. p. 1914, 12*) titiones involutique panniculis et sic circumdati (3, 12, 4 involutis -ctis testis et titionibus). Theod. Prisc. log. 80 p. 182, 15 lapides molares ignefacti aceto -untur et operti pannis loco imponuntur. Ⓑ *in remediis sim. componendis*: Plin. nat. 24, 9 *gallae* crematae et vino -ctae (*gr. Diosc. 1, 107, 1 κατασβεσθεῖσαι οἴνῳ*. 24, 10 aceto salso -ctae. *al.*). 28, 81 abortivo carbone e radice brassicae ... in ... sanguine -cto (*al.* Plac. med. 17, 18 p. 276, 59 spadonis lotio tamaricii carbones -cti *eqs. al.*). 34, 103 cadmea ..., ubi in cinerem rediit, -itur vino *eqs.* (Marcell. med. 8, 5 cadmiae ... ustae super testa, donec candescat, et vino ... -ctae. Diosc. 5, 95 p. 201, 3 *cadmian* vino ammineo -gis et post quod ea -xeris *eqs.* [*gr. 5, 74, 6 σβεννύντας*]). 36, 143 *Phrygius lapis* uritur ..., donec rufescat, ac ... dulci vino -itur (*gr. Diosc. 5, 123, 2 σβέσον τῷ ... οἴνῳ*). Ser. Samm. 237 (*pro dentifricio*) muricis ... tosti ... *vino* -cta favilla. 241 cinerem ... -ere aceto convenit atque cavis *dentibus* immittere. Plac. med. 15, 3 p. 272, 10. Theod. Prisc. eup. faen. 14 p. 15, 4 nitrum combustum vino styptico -es. Diosc. 1, 114 p. 58, 4 M. *folia oleastri* vino -cta (*gr. 1, 105, 3 κατασβέννυται*). 5, 133 p. 226, 13 *pumicem* -gis (-guis *l. v.*) vino odorato (*gr. 5, 108, 1 σβέσον*). Oribas. syn. 2, 36 La p. 111, 17 M. *v. p. 1913, 36*. *et al.*

b *med.-pass.*: *α spectat ad calorem, vim vitalem, genitalem* (*cf. p. 1915, 52*): Cic. nat. deor. 2, 23 calidum et igneum ... agitur motu suo; ... qui (*i. motus*) quam diu remanet in nobis tam diu ... vita remanet, refrigerato autem et -cto calore occidimus *eqs.* (3, 35 corpora intereant). Firm. math. 6, 31, 46 p. 161, 11 Saturnus (*i. vis magica astri*) feminas ... omni -cta libidinis substantia frigidas faciet ... ad coitum. Fvlg. myth. 3, 4 p. 63, 20 (*pertinet ad Heron et Leandrum*) in utroque sexu vapore aetatis -cto libido commoritur (*seq.* caloratae iuventutis igniculum). Drac. laud. dei 2, 630 algente vapore germinis -ctus cecidit genitalibus ignis et fecundus amor.

β varia: Sen. nat. 2, 17 *ferrum ardens*, si in aquam fervens massa descendit, cum multo murmure -itur. Plin. nat. 35, 89 carbone -cto (Capitol. Pert. 14, 3 carbones vivacissimi -cti sunt; *opp.* inflammari). Suet. Tib. 74 cinis ... -ctus iam et diu frigidus exarsit *eqs.*

B *per* ***imaginem*** *vel* ***comparationem*** *vel* ***allegoriam*** (*cum comparatio fit, verbum -endi plerumque collocatur in similitudine, cum re [v. Quint. inst. 8, 3, 77] raro nectitur* [*v. l. 48*]): **1** *generalia*: **a *act.*** (*pass.; hic illic pass. in med.-pass. vid. transire. saepius causative: e. g. l. 30. 33*): Ov. met. 1, 201 sanguine Caesareo Romanum -ere nomen (*cf. p. 1918, 17*). 15, 778 neve caede sacerdotis (*i. Caesaris*) flammas -ite Vestae (*i. salutem civitatis*. Ib. 19 [*c. respectu vigilum; cf. p. 1914, 44*] qui debuerat ... -ere flammas. *aliter l. 40*). Octavia 809 Cupido flammis vestros obruet ignes (*i. fere inimicitias*), quibus -xit fulmina (*i. potentiam Iovis*) saepe. Qvint. inst. 8 prooem. 27 infelicitas ... calorem cogitationis -it mora et diffidentia. Tert. adv. Prax. 13 p. 249, 15 *si paganorum numina* deos et dominos nominaremus, -issemus faces nostras (*fere i. q. lumen fidei*). Cypr. zel. 11 p. 426, 7 quid in zeli tenebras ruis, ... quid ... omne ... caritatis lumen -is? (epist. 43, 6 p. 595, 14. Aug. soliloq. 2, 13, 23 p. 896[med.] animo ut lumine ... ibidem [*i. in corpore*] -cto *eqs. al.*). Firm. math. 6, 22, 5 p. 115, 15 cum *Martis* ... flammas (*i. vim magicam astri. aliter l. 30*) Saturni ... frigus -erit. Vvlg. cant. 8, 7 aquae multae non potuerunt -ere caritatem (*gr. σβέσαι*). Aug. in euang. Ioh. 23, 3 p. 1583[fin.] *ne* lucernae (*i. virtus christiana*) vento superbiae -rentur (Apring. in apoc. 2, 5 p. 16). *et al.*

b *med.-pass.* (*cf. et l. 27*): Cic. Q. Rosc. 17 ut ignis in aquam coniectus ... restinguitur et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam ... vitam ⌊conlatum⌋ (⌊ ⌋ *del. Madvig*) ... concidit et -itur. Brut. 93 ardor animi ... cum consedit, omnis ... quasi flamma oratoris -itur. Cato 71 senes ... sic *mori videntur* ut ... consumptus ignis -itur. phil. frg. V 99 hoc est in tenebras -ctum lumen inferre (epist. 4, 3, 2 quasi lumen aliquod -ctis ceteris elucere sanctitatem ... tuam. Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 28 [*pertinet ad lucernam Diogenis*] -cto lumine fidei. *al.*). Val. Max. 5, 5, 2 tantus amplissimi honoris (*i. triumphi*) fulgor -i potuit? Char. gramm. p. 409, 34 B. (*de nodoso negotio*) cum -ctum credas accenditur. Paneg. 3, 23, 4 -cta ... litterarum studia flammasti. Vvlg. Iob 18, 5 prov. 20, 20. Matth. 25, 8 (*in parabola de virginibus fatuis*) lampades nostrae -untur (*gr. σβέννυνται*. Salv. eccl. 2, 31 operum bonorum oleum non habentes. 2, 34). *et al.*

2 *specialia* (*med.-pass. ab act. [pass.] non segregavi, sed suis locis commemoravi*): *cum respectu*: **a** *affectuum*: *α variorum* (*med.-pass. l. 67*): Cic. de orat. 1, 60 ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel ... -endos. Cypr. mortal. 16 p. 307, 10 *an avari* insatiabilem ... ardorem ... metu mortis -ant (*cf.* Aug. civ. 10, 8 p. 414, 16 D. cupiditatis [*sc. edendi*] ardorem). Paneg. 4, 9, 3 flagrantissimas hominis cupiditates ... -ret penitus. Vvlg. Sirach 23, 22 anima calida (*sc. cupiditatibus*) quasi ignis arduus non -etur, donec aliquid glutiat (*gr. 23, 17 σβεσθῇ*). *β certorum*: Ⅰ *de ira, odio, furore sim.* (*med.-pass. l. 74. 75. 79. de ira dei l. 75. 79*): Plavt. Persa 801 uritur cor mi (*sc. furore sim.*). :: da illi cantharum, -e ignem, si cor uritur, caput ne ardescat. Cic. Phil. 13, 15 incensi ... rapimur ad libertatem reciperandam; non potest ullius auctoritate tantus senatus ... ardor -i *eqs.* Att. 9, 1, 3 odia improborum ... in nos, quae iam -cta erant, incendamus. Sen. Ag. 723 -e flammas (*i. furorem*) pectori infixas meo (Vvlg. Ezech. 20, 47 non -etur flamma succensionis *dei*). Octavia 830 (*hyperbol.*) iram (*sc. Neronis*) ... sanguine -at (*sc. Octavia*) suo (*al.*). Cypr. patient. 20 p. 412, 3 *patientia* incendium simultatis -it. Hier. in Ier. 2, 39 p. 102, 6 non agit populus, per quae possit -i *furor domini* (*antea*: succendetur). 3, 56 p. 191, 20. Vvlg. Ier. 4, 4 *ne* ut ignis indignatio mea ... succendatur et non sit, qui -at (*gr. σβέσων*). *al.* Ⅱ *de amore, libidine sim.* (*med.-pass. l. 82. p. 1917, 2. 3. 4. 9*): Tib. 2, 6, 16 -ctas aspiciam ... faces (*sc. Amoris*. Sen. Herc. O. 557 quas decor Ioles inussit pectori Herculeo faces, -e totas. *de nuptiis*: Sen. Herc. O. 339 meo iugales san-

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

guine -am faces. OCTAVIA 264 *Erinys* raptas ... thalamis sanguine -xit faces). OV. ars 2, 441 *ut* -ctas (*sc. cinere*) admoto sulpure flammas invenit *eqs.* ([*cf.* rem. 731]. rem. 53 saevas. met. 7, 77 -cta ... flamma reluxit. SEN. Phaedr. 131 *al.*). 3, 597 -ctos iniuria suscitat ignes (rem. 649. PETRON. 139, 4 nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine -xeris. HIER. tract. in psalm. 104 p. 171, 18 spiritus domini ... -xit ignem libidinis. POMER. 3, 19, 1 p. 502B. CAES. AREL. serm. 206, 3 p. 784, 20 ignem carnalis concupiscentiae). SEN. Phaedr. 292 senibus ... -ctos revocat calores *Cupido*. TERT. pudic. 1 p. 221, 18 incendium (*i. libido*) ignibus (*i. matrimonio quasi stupro*) -etur (HIER. tract. in psalm. 149 p. 313, 23). *et al.* **b** *virtutis, rationis, animi sim.* (*med.-pass. v. infra l. 19. 20. 22*): CIC. leg. 1, 33 ut ab ea (*i. mala consuetudine*) tamquam igniculi (*i. semina virtutum*) -antur a natura dati *eqs.* (*sim.*: Cato 41 *voluptas* omne animi lumen -ret. AVG. in epist. Ioh. 8, 6 p. 2039med. flammam intelligentiae perversitate morum -rent). fin. 3, 10 et honestum ... quasi virtutis lumen -xeris et virtutem penitus everteris (HIL. in Matth. 5, 4 p. 944B mentium lumen. *v. et l. 14*). Cato 36 haec (*animus, mens*) ..., nisi tamquam lumini oleum instilles, -untur senectute. TERT. anim. 41, 2 p. 368, 20 *bonum* non tam -itur quam obumbratur; ... -i non potest, quia a deo est. itaque sicut lumen *eqs.* (45, 6 p. 374, 29). VVLG. sap. 2, 3 *cogitatio* scintilla ad commovendum cor nostrum: qua -cta *eqs.* (*σβεσθέντος*. AVG. civ. 22, 24 p. 611, 8 D. quaedam velut scintilla rationis. BACHIAR. repar. laps. 20 p. 1058B). *et al.* **c** *tumultus, seditionis sim.*: CIC. Cael. 70 lex ... fumantes reliquias coniurationis -xit (epist. 10, 25, 1 ad -endas reliquias belli [AMM. 17, 12, 21]). Pis. 6 (*de coniuratione Catilinae*) faces ... accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, -xi (OCTAVIA 823. CVRT. 10, 9, 5 quot ille [*i. princeps*] ... -xit faces, quot condidit gladios!). epist. 4, 13, 2 quibus ... olim adiutoribus illud incendium (*i. coniurat. Catil.*) -ximus (FLOR. epit. 3, 5, 14 [*de bello Mithridatico*] ut -cta ... incendia maiore flamma revivescunt, ita *eqs.* IVST. 1, 7, 9 *al.*). LIV. 10, 24, 13 quem ille obrutum ignem (*i. bellum*) reliquerit ..., eum se -cturum. SIL. 1, 651 nascentem -ite flammam (*i. fere bellum Punicum*). *et al.* **d** *hominum* (*med.-pass. l. 38. 39. 42. 43. 48. 53. cf. et infra l. 66.* *sim. de urbe*: CIC. Manil. 11 Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, -ctum esse voluerunt): CIC. Catil. 3, 24 clarissimis viris interfectis lumina civitatis -cta sunt (Deiot. 15 [*i. Caesarem*]. Phil. 2, 51 senatus ... incolumis, nondum tot luminibus -ctis [PANEG. 2, 46, 2]. 5, 39. SIL. 6, 130 dis Italae visum est -ere lumen gentis [*i. Regulum*]. PANEG. 12, 20, 3). Balb. 34 cum duo fulmina nostri imperii ... Cn. et P. Scipiones -cti occidissent. nat. deor. 2, 14 quo ... anno P. Africanus sol alter -ctus est. SEN. epist. 54, 5 nos (*i. homines*) ... *ut lucernae* et -imur et accendimur (AVG. in euang. Ioh. 23, 3 p. 1583med. [*ibid. Christus* non lucerna. non enim accenditur et -itur]. *cf.* VVLG. II reg. 21, 17 ne -as lucernam Israel [*i. David.* AVG. epist. 228, 10 p. 492, 20]. *al.*). PSALT. Cas. 117, 12 *omnes populi* -cti sunt sicut ignis spinarum (*ἐξεκαύθησαν, Vulg.* exarserunt). VVLG. II reg. 14, 7 *cognati* quaerunt -ere scintillam (*i. filium*) meam. AVG. civ. 20, 30 p. 485, 8 D. Iudaeos, qui ... lino fumanti amisso lumine comparati sunt, non ... -xit (*ad* VVLG. Is. 42, 3 *electus meus* linum fumigans non -et). PETR. CHRYS. serm. 108 p. 500B *martyres* in caelis lucent, qui in terris putabantur -cti. **e** *in sermone Christiano* (*cf. etiam nonnullos locos s. a—d collocatos e. g. l. 53. p. 1916, 77.* *fere ubique obi. est res* [*homo l. 66; diabolus, antichristus l. 58*]): TERT. ieiun. 3 p. 278, 1 ita salutem ... redaccenderet *homo* inedia, sicut -erat sagina. anim. 50, 5 p. 382, 2 ut antichristum sanguine suo -ant *Enoch et Helias* (*item de antichristo, diabolo*: paenit. 7, 7 p. 14, 25 *diabolus* tunc plurimum accenditur [*i. irascitur*], cum -itur [*i. vis eius comminuitur*]). paenit. 12, 1 p. 19, 24 gehennam in corde ..., quam tibi exomologesis -et (COMM. instr. 2, 36, 8. *sim.*: CYPR. eleem. 2 p. 374, 9 GAVDENT. serm. 13, 20 p. 119, 141). CYPR. epist. 10, 2 p. 491, 18 *Christi* sanguis, qui incendium persecutionis -ret (55, 22 p. 639, 15 Christi sanguis *mortem*). NOVATIAN. trin. 29 p. 945A *spiritus sanctus* illicitos ardores -it. COMM. instr. 2, 23, 2 dum ardes proximi zelo, -is te ipsum (*i. salutem aeternam. cf. l. 35 sqq.*). MAR. VICTORIN. in Eph. 6, 16 p. 1291D ignis (*i. fere peccatum*), qui per linguam mittitur, ... -etur et intepescet (*ibid.* p. 1292A. GAVDENT. serm. 13, 20 p. 119, 144 elemosinarum fluvio ... peccatorum ignis -itur. *al.*). VVLG. Eph. 6, 16 scutum fidei, in quo possitis ... tela nequissimi ignea -ere (*gr. σβέσαι*). *et al.*

II *cum respectu eius,* ***quod per se ardere, lucere, calere nequit:*** **A** ***act.*** *(pass. [v. etiam formam act. p. 1926, 12]).* ***respicitur*** *praecipue* ***effectus finisve actionis,*** *sc.* ***delendi*** *sim.* (*notio propria -endi hic illic adhuc viget*): **1** *fere i. q. vires alcis. frangere, abolere, facere ne quis (quid) exsistat, sit, immo ut exitum, finem habeat sim.*: **a** *de animantibus* (*de morte p. 1918, 46*): **α** *i. q. perdere, de medio tollere sim.*: Ⓘ *varia* (*ubique de hominibus [sim.: de Argo p. 1918, 8]. pestem -ere p. 1918, 2. obi. suppl. p. 1918, 7*): PACVV. trag. 329 *patrem* lacerasti, orbasti, -xti ([-isti *trad.*]. *sic hyperbolice de iis, quos luctus opprimit*: STAT. Theb. 10, 803 miseram ... -ere matrem. Ps. QVINT. decl. 6, 22 p. 131, 18 non morienti *filio* pater adsedi ... absens -ctus, eversus mortem [*i. corpus exanimatum*] tuam inveni). CIC. Catil. 1, 30 -etur atque delebitur non modo haec ... rei publicae pestis (*i. coniurati*), verum etiam *eqs.* (har. resp. 6 pestem [*i. Clodium*] comprimendam, -endam, funditus delendam [*cf.* Mil. 84 *vis divina* illam perniciem -xit ac sustulit]). SALL. Iug. 42, 4 nobilitas ... multos mortales ferro aut fuga -xit. LIV. 8, 31, 7. 25, 12, 10 *Apollo* -et perduelles vestros. SEN. epist. 78, 17 brevis morbus (*cf. p. 1920, 77*) ... aut -etur aut -et (*sc. aegrotum*). VAL. FL. 1, 31 iuvenem ... -ere pergit. STAT. Theb. 1, 255 *Argum* somno letoque ... -as. SCHOL. Cic. Bob. p. 81, 32 -ctis ... hostibus patriae. CLAVD. 26, 516 -ctus ... fores (*sc. Alaricus*), ni *eqs.* CONSVLT. Zacch. 1, 21 p. 26, 25 *multiplex manus* non -itur *a deo* pro immanitate ausi. Ⓘⓘ *civitates, populos sim.* (nomen *l. 17*, generis praesidia *l. 19*): RHET. Her. 4, 34, 45 recens adventus exercitus -xit subito civitatem (*i. cives*. CIC. rep. 3, 34 civitas ... cum tollitur, deletur, -itur, simile est ... ac si ... mundus intereat et concidat. PS. TERT. adv. Iud. 9 l. 96). CIC. Verr. II 3, 226 quid est ... Sicilia, si agri cultionem sustuleris et si aratorum numerum ac nomen -xeris? (Catil. 4, 7 delere imperium, ... populi Romani nomen -ere. Mur. 80 LIV. 6, 2, 2 *al. cf. et p. 1916, 29. 1923, 84*). Sull. 3. SALL. Iug. 14, 15 generis praesidia omnia -cta sunt. VERG. Aen. 4, 682 *soror hyperbolice de Didone*: -xti te meque ... populumque patresque ... urbemque tuam. ARNOB. nat. 1, 5 p. 7, 14 *ut* magna ... vis hominum (*i. hostes*) ... innumeras funditus deleret atque -ret nationes. IVST. 27, 2, 11 si omnem stirpem regiam -issent *Galli*. CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 12, 16 *Iuno* cupiebat Troianos -i. *et al.* Ⓘⓘⓘ *in re militari: hostes, copias sim.* (*saepius accedit ad notionem q. e. vincere, e. g. l. 32*): CIC. Verr. II 5, 40 *Spartaci* manum -endam. SALL. epist. Mithr. 20 *Romani* bella ex bellis secundo ... -ent omnia aut occident. NEP. Ages. 5, 4 eos -ere ..., qui nobiscum adversus barbaros steterunt (*syn.* expugnaret). LIV. 28, 9, 14 Hasdrubalem ... adventu eius obrutum atque -ctum esse. 28, 39, 8 ab Turdulis nos veterrimis hostibus ... -i posse. VELL. 2, 78, 1 *Labienus* una cum Parthorum copiis ... -ctus est. OCTAVIA 443 -ere hostem maxima est virtus ducis. TAC. ann. 2, 55, 1 Athenienses tot cladibus -ctos. FLOR. epit. 3, 6, 7 dispersam toto mari pestem (*i. latrones*) ... -ere (CIL VI 234). *al.* PANEG. 8, 5, 1 gens ... omnis -cta est (CIL VIII 1863 -ctam ... per Solomonem ... gentem). 10, 5, 4 CAPITOL. Aur. 17, 3. EVTR. 5, 6, 3 Mithridatis copiae. AMM. 27, 2, 1 maiorem barbarorum plebem ... ad internicionem -xit (*cf.* HEGES. 1, 24, 2 p. 38, 11 hostium populus). CLAVD. DON. Aen. 10, 55 p. 298, 24 *bellum* florem Troianae iuventutis -xit (*cf.* 11, 215 p. 438, 11). HEGES. 4, 25, 1 p. 279, 5. RVFIN. hist. 1, 11, 2 p. 77, 17 in quo bello exercitum ... Herodis -ctum (*gr. διαφθαρῆναι*). PRVD. psych. 752. CLAVD. 21, 112 *Geta et Sarmata* -cti ... forent penitus (AVG. civ. 3, 7 p. 104, 4 D. *in lusu verb.*: eos [*i. Troianos*] ... *Fimbria* incendit vel potius penitus -xit. *al.*). CASSIOD. Ios. antiq. 14, 25 p. 423 sex turmae -ctae sunt (*gr. 14, 449 διεφθάρησαν*). *et al.* Ⓘⓥ *apud Christianos* (mortem *l. 54*): TERT. resurr. 27 p. 65, 7 ira *dei* ... -et antichristum (*sim. de diabolo*: Ps. HIL. libell. 6 p. 78, 28 -cto inimico). adv. Prax. 10 p. 242, 6 *deus* potuit ... haereticos statim -isse; non tamen ... -xit (*inf. perf. pro praes.; cf. Hoppe, Synt. Tert. p. 53, Schmalz-Hofmann⁵ p. 591 sq.*). DAMAS. epigr. 61, 6 hostibus *dei* -ctis *a deo*. GREG. M. moral. 4, 5 p. 640D (*de interitione in aevum producta*) apostatam spiritum ... in aeterno dolore positum servando mors immortalis -it. CAES. AREL. serm. 206, 3 p. 784, 23 -amus mortem moriendo peccatis. *et al.*

β *i. q. interimere, necare sim.*: Ⓘ *obi. sunt homines* (*vel id, quod vitam humanam continet sim.: v. l. 61. p. 1919, 18. de principe consecrato l. 76. de fetu l. 78. p. 1919, 1 sqq. obi. suppl. l. 73. res pro homine l. 79*): Ⓐ *in universum:* Ⓘ *sub i. sunt homines* (*dea l. 70. saepe causative: e. g. l. 62. p. 1919, 15. c. abl. l. 70. cf. et refl. p. 1913, 77*): TER. Ad. 314 seni animam ... -rem ipsi (*sim.*: VAL. MAX. 6, 3, 3 *Claudii* spiritum -xit *senatus* [*antea*: necari iussit]. COD. Iust. 9, 41, 3 viscera. LEX Visig. 6, 1, 2 vitam). Hec. 749 puerum ... clam ... -ere. ACC. trag. 502 non ut te -rem. VARRO Men. 235 (*in imagine*) si qui patriam, maiorem parentem, -it, in eo est culpa. RHET. Her. 4, 30, 41. SALL. Iug. 24, 2 quem (*i. Iugurtham*) tanta lubido -endi me invasit. NEP. Att. 9, 2 VERG. georg. 1, 466. Aen. 4, 606 natum ... patremque cum genere -xem (SPART. Sept. Sev. 12, 7 interfectis plurimis, genere ... -cto). OV. met. 11, 381. LIV. 8, 3, 7 *Alexandrum* Fortuna morbo -xit (*item c. abl.*: OCTAVIA 45 venenis [TAC. ann. 3, 19, 3 ferro ... veneno ... fame. APVL. met. 2, 27. COD. Iust. 9, 18, 1; *syn.* occidere. *al.*]. VAL. FL. 3, 294 manu. STAT. Theb. 5, 630 -ite [*suppl.: me*] ferro [QVINT. decl. 328 p. 288, 16 *al. v. et l. 71*]. *al. v. et p. 1913, 77*). VELL. 2, 54, 2 ante biennium quam -retur Pompeius. VAL. MAX. 1, 8, 8 non occideras ..., Cassi, Caesarem, neque enim ulla -i divinitas (*v. l. 57*) potest. 9, 12, 2 quas (*i. matres*) dolor ⟨non⟩ -erat, laetitia consumpsit (*antea*: expiravit, exanimata est). OCTAVIA 226. SEN. dial. 3, 15, 2 portentosos fetus -imus. CVRT. 6, 10, 32 tibi vitam adimo, ... senectutem tuam (*i. te senem*) -o. 10, 5, 23 Dareum floruisse paulisper, ut crudelius posset -i. STAT. Theb. 5, 611. QVINT. inst. 3, 7, 5 *Romulus* abiectus in profluentem non potuerit -i (FLOR. epit. 1, 1, 2). TAC. hist. 3, 66, 2 non ipsi (*sc. Vespasiano*) ... securitatem nisi -cto aemulo (*sc. Vitellio*) redituram. *al.* APVL. met. 2, 5 minus morigeros *iuvenes* ... in saxa et in pecua ... reformat, alios ... pror-

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sus -it *femina maga*. MIN. FEL. 30, 2 *mulieres* in ipsis visceribus ... potis originem futuri hominis -ant (*sim.* AVG. nupt. et concup. 1, 17 p. 230, 7 *ut crudelitas* conceptos fetus ... intra viscera -at *eqs.* LEX Visig. 6, 3, 2. 6, 3, 7 partum [*cf.* 3, 2, 1]). PORPH. Hor. sat. 1, 7, 33/35 (*hyperbolice*) Rupilium Regem -e (*syn.* tollere, iugulas. *cf.* DRAC. Orest. 206). SPART. Pesc. 6, 1 filii occisi, necata uxor, ... familia omnis -cta. LACT. mort. pers. 14, 2 p. 187, 20 -endis principibus (IVST. 12, 6, 14). PS. AVR. VICT. epit. 14, 9 plures e senatu. SCHOL. Iuv. sat. 4, 15 p. 66, 14 omni nobilitate -cta. VEG. mil. 4, 4 p. 131, 8. HEGES. 1, 17, 1 p. 27, 28 Romanorum pauci -cti, plures vulnerati (*gr. 1, 151 ὀλίγοι ... πάνυ νεκροί*. AVG. civ. 5, 23 p. 235, 17 D.). AVG. civ. 3, 14 p. 113, 10 D. ab uno ... Horatio tres Curiatii superati et -cti sunt. 3, 24 p. 136, 10 *C. Graccho* cum sociis oppresso et -cto (19, 12 p. 373, 4). CASSIOD. Ios. antiq. 15, 3 p. 430 (*gr. 15, 56 διεφθάρη*). 15, 4 p. 433 *Cleopatra* Arsinoen ... per Antonium -xit (*gr. 15, 89 ἀποκτείνασα*). *et al.* ② *subi. sunt res* (*causae vel instrumenta mortis, necis; v. et p. 1918, 70*): *incorp.*: PLAVT. Truc. 524 *ne* hic nos -xit fames. CIC. Cato 66 *mors*, si omnino -it animum (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 12, 235 p. 582, 17 corpus vivendi finis -erit, fama manebit). VAL. MAX. 9, 12 ext. 2 eo ... ictu ... principium fortioris tragoediae (*i. Aeschylus*) -ctum est. SEN. epist. 66, 43 aliquem concubitus -xit. PETRON. 88, 5 Lysippum ... inopia -xit. TAC. ann. 4, 15, 1 idem annus ... luctu Caesarem adfecit, alterum ex geminis Drusi liberis -endo. FIRM. math. 2, 13, 6 p. 57, 5 *ut* in -endo homine malivolarum stellarum ... perniciosa potestas ... permaneret. CLAVD. DON. Aen. 1, 660 p. 129, 14 *Troianos* naufragium -ere non potuit (*seq.* interire). VEG. mil. 4, 38 p. 154, 15 neglegentes -it incuria. SVLP. SEV. Mart. 3, 1 ut plerosque vis algoris -ret. *corp.*: HOR. carm. 3, 4, 27 *me* devota non -xit arbor. PLIN. nat. 2, 145 unum animal, hominem, non semper -it *fulmen* (AMM. 23, 5, 13 *fulmen consiliarium* militem ... cum bellatoriis iumentis -xit). PANEG. 12, 17, 3 *fluvius* illum ... eodem, quo -erat loco, tenuit. CLAVD. DON. Aen. 10, 585 p. 367, 13 hastam ..., quae ipsos homines cum suis verbis -ret. GREG. M. dial. 2, 8 p. 93, 1 M. solarium cecidit et Benedicti hostem conterens -xit. CIL V 563 ambos *gladiatores* -cxit rudis. Ⓑ *apud Christianos* (*subest fere dogma Christ., quo morti corporali aeterna mors opponitur. in alleg. l. 38; in imag. l. 46. obi. suppl. l. 50*): TERT. bapt. 9, 1 p. 208, 9 *Pharaonem* cum totis copiis aqua -it (*T*). quae figura manifestior in baptismi sacramento? (CYPR. epist. 69, 15 p. 764, 7 ad aquam ... cum venisset, et victus est et -ctus). LVCIF. moriend. 4 p. 293, 10 tutante deo non modo non -imur, sed magis ... vivificamur (*i. martyres*). 6 p. 297, 10 quae (*i. martyria Christianorum*) te (*i. persecutorem*) -ant, nos contra vivificent. AVG. c. Cresc. 2, 5, 7 p. 366, 1 (*in lusu verborum*) cum *baptizatum apud nos* catechumenum faciunt *haeretici*, ut praeparent deinde retinguendum vel potius -endum (*i. animam eius*). epist. 228, 7 p. 490, 9 ne lapides vivi (*i. animae Christianorum*) -antur. in psalm. 2, 1 p. 69 persecutores Christi non impleverunt, quod voluerunt, ut Christus -retur. GREG. M. moral. 9, 100 p. 915A fit ... *damnatis* mors sine morte ..., quia ... et mors perimit et non -it (*sc. spiritum, animam sim.*). *et al.* Ⓒ *obi. sunt monstra, animalia sim.* (*obi. suppl. l. 58*): VERG. Aen. 7, 662 Geryone -cto (SIL. 1, 277 AVSON. 366, 10 p. 107 P. *al.*). SEN. nat. 3, 30, 7 feris. CYRT. 10, 10, 10 fervidior aestus ..., adeo ut pleraque animalia ... -at (GARG. MART. med. 13 p. 146, 13 animalia ventris. 30 p. 169, 6 lumbricos [DIOSC. 4, 24 p. 20, 3; *gr. 4, 25 ἐκτινάσσει. al.*]). PLIN. nat. 18, 209 proventum eorum (*sc. papiliones provenientes*) ter repetito frigore -ctum. PALLAD. 1, 27, 2 *lupini* grana ... -unt (*sc. gallinas*). 1, 29, 4 *fasianos* onus cibi haerentis -it. 1, 35, 4 cimices amurca. 3, 25, 15 vermes ... felle bubulo (12, 7, 5 *al.*). 7, 7, 7 fusci atque hirsuti (*sc. reges apium*), quos oportet -i. OPTAT. 6, 8 p. 156, 23 *auceps aves* evisceratas ... olim -ctas ... ramis quasi viventes imponit. CLAVD. DON. Aen. 8, 260 p. 152, 5 *Cacum* Hercules in nodum conplexus -xit *eqs.* 8, 300 p. 157, 15. RVFIN. hist. mon. 24 p. 448A *Sanctus Didymus* scorpiones ... et angues ... pedibus conculcabat et ita -bat (DRAC. Romul. 4, 47. *cf.* GREG. M. moral. 30, 36 p. 543D serpentes [*ibid.* p. 544B *in imagine*: interemptis vitiis quasi -ctis serpentibus]). CLAVD. 1, 189 Pythone. DRAC. laud. dei 3, 213 vix unum -xit (*sc. Hercules*) ... leonem. *et al.*

b *de rebus* (*subi. sunt homines vel res. refl. p. 1921, 53*): α *incorporeis: fere i. q. expungere, tollere, finire, facere, ne quid amplius sit*: Ⓘ *mala*: Ⓐ *de bellis, seditionibus, inimicitiis sim.*: PLAVT. Amph. 189 victis hostibus legiones reveniunt domum, duello -cto *eqs.* (Persa 754. CIC. Sest. 51 externa bella. Phil. 5, 39 bellum civile ... sapientiā ... -i. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 5 *al.*). CIC. Verr. II 5, 174 (*ad Hortensium*) illa quae temptata ... et coepta sunt ab isto (*a Verre*) ... moneo ut -as. leg. agr. 2, 90 nihil (*i. fere seditio*) posse exsistere quod non ante -i atque opprimi posset quam plane exortum ⟨esset⟩ ac natum. prov. 22. Marcell. 32 fracta dissensio est armis, -cta aequitate *Caesaris*. PS. CIC. exil. 9 consensum -xi coniurationis (*cf.* MART. CAP. 5, 431). LIV. 6, 27, 11 ad seditionem -endam in urbe (IVST. 11, 2, 4 orientes ... seditiones). TERT. orat. 29 p. 199, 26 *oratio* persecutiones -it (AVG. civ. 18, 53 p. 340, 14 D. novissimam persecutionem *Antichristi* ... praesentiā suā -et ... Iesus). *al.* LACT. mort. pers. 1, 4 p. 172, 11 -cta impiorum conspiratione. DRAC. Romul. 5, 277 sit pudor ... -ere proelia (*i. certamina*) campo et mortes transferre foro. FACVND. defens. 2, 6 p. 578B certamina (*i. fere iurgia*). *et al.* Ⓑ *de erroribus, vitiis, affectibus, statu contumelioso, foedo sim.* (*de rabie bestiarum l. 16*): CIC. div. in Caec. 26 *non* homo improbus opprimendus sit, ... *sed* omnis improbitas ... -enda atque delenda sit. Verr. II 2, 168 omnem te speraris invidiam atque infamiam tuam posse -ere ([-gere *l. v.*]. Balb. 16 mors ... -xet [-isset *l. v.*]. *cf.* LIV. 28, 43, 4). prov. 47 opinio iniuriae beneficio sit -cta (*cf.* SEN. epist. 81, 7 beneficio vis iniuriae -itur. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 469, 24 ut ... vicem iniuriae -ret *eqs.*). Phil. 6, 18 M. Antoni ... furorem -ere, opprimere audaciam. PVBLIL. B 11 bona mors ..., vitae quae -it mala (SEN. nat. 3 prooem. 5 sua mala -ere). NEP. Them. 1, 3 sine summa industria non posse eam (*sc. contumeliam*) -i. VERG. Aen. 6, 527 famam -i veterum ... posse malorum (LIV. 27, 16, 6 proditionis famam). SEN. dial. 6, 7, 2 ferae ... rabiem intra exiguum tempus -unt (*i. fere: saevire desinunt*). epist. 68, 13 *aetas constans* vitia ... lassavit, non multum superest ut -at. 82, 9 mortis metum -ere. TAC. hist. 4, 25, 1 -i ... perfidia potuerit. GELL. 12, 5, 8 adfectiones istas (*sc. doloris, voluptatis*) ... ratio ... convellere ab stirpe atque -ere vix potest. APVL. Plat. 2, 4. PANEG. 4, 32, 2 in illo (*i. hoste*) turpitudinum notas -eras (*opp.* laudum infulae refulserunt). SCHOL. Iuv. 6, 136 p. 82, 8 avaritia ... mariti vitia uxoris -it. VVLG. Sirach 19, 5 qui odit loquacitatem, -it malitiam (*gr. 19, 6 ἐλαττονοῦται κακίᾳ*). GENNAD. dogm. 74 p. 997D *baptizato* peccata omnia dimittuntur; in isto *martyre* -untur (CAPREOL. epist. 2 Conc.S II 3, 3 p. VIIII, 38 *Christus* peccatum ... -xit). AVG. conf. 8, 7, 17 *concupiscentiam* malebam expleri quam -i (*sim.*: VAL. CEM. hom. 17, 6 p. 746A desideria carnis -ere. VITAE patr. 3, 4 p. 741B. CASSIOD. Ios. antiq. 11, 5 p. 318 -i ... prioris *uxoris* ... posse cupidinem ... alia introducta [*gr. 11, 196 σβέννυσθαι*]). VITAE patr. 5, 10, 15 p. 914C -xi fornicationem et avaritiam et vanam gloriam (*syn.* interfecisti, *opp.* vivit. *gr. Cot. p. 395B ἀπέκτεινα*). CASSIOD. Ios. antiq. 11, 3 p. 307 *vinum* maestitiam -it (*gr. 11, 40 σβεννύει*). *et al.* Ⓒ *varia*: CIC. S. Rosc. 36 hominum eius modi perniciosam atque intolerandam potentiam ... -ere atque opprimere debetis (*cf.* HEGES. 4, 25, 3 p. 280, 5 tyrannidem Iohannis -ere). har. resp. 55 omnes isti qui portenduntur metus (*i. fere res metuendae*) -entur (*sim.*: AVG. civ. 1, 30 p. 47, 20 D. deleta ... Carthagine, magno ... terrore Romanae rei publicae depulso et -cto). CVRT. 10, 10, 18 haec (*i. fere rumores*) ... eorum ... potentia -xit. FIRM. err. 20, 6 p. 53, 14 -ctae idolatriae. NOVELL. Theod. 10, 1, 3 fugiendi provincias advocatis necessitatem -ere. *et al.* Ⓘ *bona: de animi et corporis vitaeve bonis, quae ad salutem, spem, felicitatem, gloriam, virtutem sim. valent*: CIC. Verr. II 1, 48 fuit ... cupiditas tanta, quae tantam -ret religionem? (LAMPR. Heliog. 6, 7 Romanas ... -ere voluit religiones). PVBLIL. B 20 bonum quod est supprimitur, numquam -itur (*cf. app. cr.*). CAES. Gall. 5, 29, 4 superiore gloria rei militaris -cta (SIL. 4, 745. TERT. pudic. 1, 15 p. 221, 12 *continentiae. al.*). RVT. LVP. 1, 20 *tyranni* crudelitas omnem naturae necessitudinem -bat. Ov. trist. 1, 6, 32 si quid ... in nobis vivi fuit ante vigoris, -ctum longis occidit omne malis (LIV. 7, 4, 7. 38, 17, 18 tantum ... voluptates ad -endum vigorem animorum possunt. *cf.* QVINT. inst. 6 prooem. 15 *fortuna* si quid mediocrium ... in nostro ingenio virium fuit, ut non -erit, debilitavit). LIV. 39, 8, 6. VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 egregii facti memoriam ne patriae quidem interitus -xit (*cf.* CHAR. gramm. p. 411, 12 B. nulla hoc -et diuturnitas). 9, 11 ext. 4 amicitiae fide -cta. *al.* SEN. benef. 6, 4, 1 gratia. *al.* CYPR. hab. virg. 20 p. 201, 17 flos virginum (*i. status honestus virginitatis*) -itur, honor continentiae ... caeditur (*cf.* AVG. serm. 213, 7, 7 p. 1064in.). FIRM. math. 6, 15, 10 p. 103, 1 *Saturnus et Mars* omnem spem prosperae felicitatis -ent ([*v. app. cr.*]. *cf.* PALLAD. 3, 9, 11 ne annus iniquus generi *vitium* spem vindemiae totius -at). PRVD. perist. 1, 74 fama (psych. 311). PETR. CHRYS. serm. 113 p. 512A innocentiam. DRAC. Orest. 21 -ctos titulos (*sc. honoris*) victriciaque arma sepulta (*sc. Agamemnonis et domus Atridarum*). *et al.* Ⓘ *qualitates, affectiones corporis, labores, morbos sim.*: Ⓐ *varia*: OV. met. 7, 569 nec sitis est -cta prius quam vita bibendo (*al. cf.* SEN. dial. 11, 10, 2 alimentis famem ac sitim -ere. epist. 18, 9 maligne famem -ret. *al.*). SEN. epist. 53, 7 gravis sopor ... somnia -it. RVFIN. hist. 5, 1, 19 p. 409, 29 quod vox pia sensum doloris -ret *eqs.* (VITAE patr. 3, 15 p. 747B carnalis sensus meus). Ⓑ *aciem oculorum: i. q. caecum reddere, occaecare* (*cf. et p. 1926, 78*): MIN. FEL. 32, 5 soli si diutius inspicias, omnis visus -itur (*syn.* hebetatur. *cf.* LACT. inst. 2, 7, 19 oculos omnium repente obiectus fulgor -xit). CAPITOL. Maximin. 22, 5 (*in expugnatione*) aliorum *militum* oculi -bantur (*sc. aestu flammarum sim.*). FIRM. math. 7, 20, 3 p. 250, 30 *nocentia astra* unius oculi lumen -unt. 8, 20, 8 p. 321, 22 -cto uno oculo etiam surdi fient. *al.* Ⓒ *morbos (v. et p. 1918, 7): fere i. q. sanare*: GARG. MART. med. 8 p. 143, 3 *lapathi* radices ex aceto coctae ... ulcera in mento nascentia -unt. CHIRON 630 usque cum vermico (*i. vulnus vermiciosum*) -atur. DIOSC. 1, 123 p. 63, 26 M. *herba cydonia* ardore⟨m⟩ -gunt (*gr. 115, 2 p. 108, 2 πρὸς ... πύρωσιν. cf.* 2, 107 p. 221, 5 *betae folia* igne⟨m⟩ acru⟨m⟩ -et [*gr. deest*]. 2, 108 p. 221, 11 febres acutas [*gr. aliter*]. *al.*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 4 p. 913C *medici* per helleborum diuturna vitia corporis

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-xerunt (*gr. p. 101D ἐξεμόχλευσαν*). 9, 3 p. 959A coluber ... dolores gravissimos oculorum feniculum depastus -it (*gr. p. 193B βλάβην ἐξιᾶται*). *et al.* Ⓓ *leges, iura, instituta i. q. tollere, confutare, irritum facere* (*fit exstinctio sive ex consilio [e. g. ex potestate imperatoris l. 26, potentia tyranni l. 9] sive sine consilio, e. g. l. 23. 32 sq. [morte l. 24, mutatione rei l. 21 sq.].* *syn.*: delere: *l. 11. 14.* finire: *l. 21.* opprimere: *l. 18.* removere: *l. 14.* toliere: *l. 10. 13. 15. 31. opp.*: nasci: *l. 23*): CIC. leg. agr. 3, 5 cum ceteris in civitatibus tyrannis institutis leges omnes -antur atque tollantur, *L. Flaccus* ... rei publicae tyrannum lege constituit. Sest. 17 eversores huius imperi, ... qui ad delendum senatum, ... -enda omnia iura atque instituta maiorum se ... fascibus ... ornatos esse arbitrabantur? har. resp. 58 *Clodius* sustulit duas leges, Aeliam et Fufiam, ... censuram -xit, intercessionem removit, auspicia delevit. Planc. 15 sublata sunt studia, -ctae suffragationes. LIV. 8, 34, 6 optare, ne ... populus in se *L. Papirio* ... dictatore ius dictaturae -at (*sc. inoboedientia*). 26, 15, 4 se, *Fulvium*, eam quaestionem *senatus de Campanis* oppressurum -cturumque. IVLIAN. dig. 30, 96, 4 cum possit testator ... pure libertatem *servo* dare et hoc modo condicionem -ere. VLP. dig. 1, 7, 17, 1 ne esset in potestate tutorum ... substitutionem a parente factam -ere (*syn.* finire). 7, 4, 10, 6 *rei usufructuariae* ornamentum ... transfiguratum -it usum fructum. 23, 1, 10 filia nubendo efficiet dotem esse condictionemque -et, quae ... nasci poterit. 23, 3, 10, 5 *cum* pendente ... condicione mors contingens -at venditionem. 48, 23, 1, 1 *num* servitus ... -at ius patronatus. COD. Theod. 8, 15, 6, 2 sin autem donator superstes fuit ... tum heredum -imus actionem ([*sc. nos, i. imperator legislator*]. *sim.*: COD. Iust. 9, 43, 2 indulgentia nostra crimina -xit [*per amnestiam*]. NOVELL. Iust. 112, 3 pr. hanc ... pravitatem [*sc. abusum legis*] -ere festinantes iubemus; *gr. ἀποσβέσαι*). COD. Iust. 7, 45, 7 praeses provinciae ... obligationem, quam certo iure tolli ... licet, -ere non potest. 7, 60, 3 tibi quaesitam obligationem -ere non potuit *coheres*. 8, 13, 7 usucapio pignoris conventionem non -it. INTERPR. Paul. sent. 5, 5, 6 *edictum* quod causam -it. *et al.* Ⓥ *quae ad doctrinam, fidem sim. Christianorum pertinent: fere i. q. refellere, infirmare, refutare* (*obi. homines pro re l. 42*): TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 479, 20 *ut* -ret scrupulum interrogationis. HIL. c. Const. 8 p. 585A Christi fidem Christi mendax praedicator -is. syn. 18 p. 495A impiam ... opinionem (*cf.* 83 p. 535C impietatem). trin. 6, 9 p. 164A *haeretica ars* ad veritatem nativitatis abolendam prolationis nomen -ret. 12, 36 p. 454C non Iudaeum ... negantem Christi ... divinitatem ... per haec verba sapientiae subsistentis -ens *haereticus* (*sic persona pro obi.*: PELAG. in Rom. 1, 3 p. 9, 4 *Paulus* et Fotinum -xit [*v. p. 1914, 10*] et Arrium). AVG. civ. 4, 10 p. 159, 12 D. totam vanitatem (*i. fere opiniones vanas*) aboleri et -i ... ab illo (*i. Christo*) oportuit. *et al.*

β corporeis: Ⓘ *solidis, firmis: fere i. q. delere, destruere, dissolvere sim.*: Ⓐ *urbes, aedificia sim.* (pulchritudinem *urbis l. 49*): CIC. Verr. II 4, 120 *Marcellus* non putavit ad laudem populi Romani ... pertinere ... *urbis captae* pulchritudinem ... delere et -ere. LIV. 28, 20, 7 vestigia ... urbis -ere (*syn.* delere. *cf.* VAL. MAX. 7, 3 ext. 3 *Prienes* perinde atque -ctae vestigia ... extant). AVG. civ. 2, 21 p. 79, 22 D. Scipionem ... qui Carthaginem -erat. 3, 6 p. 103, 8 Troia ... quo posset -i. Ⓑ *mundum* (*refl.*): SEN. dial. 6, 26, 6 cum tempus advenerit, quo se mundus renovaturus -at *eqs.* Ⓒ *quae ad corpus humanum spectant*: FIRM. math. 3, 4, 22 p. 121, 5 *Mars* (*astrum nocens*) decernit -ctis oculis caecitatem (*cf.* LEX Visig. 6, 3, 7 omnem visionem oculorum ... *mulieris* non moretur *iudex* -ere [6, 5, 16]. *cf. l. 60. p. 1920, 71*). PRVD. perist. 5, 389 et ossa -ero, ne sit sepulcrum funeris (*i. cadaveris*). SEDVL. carm. pasch. 4, 33 (*de caecis, cf. l. 56*) -ctae poscentes munera formae (*cf. op. pasch. 4, 3* reddi sibi lumina postulantes). *audacius in imagine de morte voluntaria*: HEGES. 3, 17, 1 p. 217, 7 nos commissum nobis nostri corporis gubernaculum ferro -imus et voluntario naufragio addicimus? (*gr. aliter*). Ⓓ *varia: memoriam publicis litteris consignatam, tabulas publicas*: CIC. Mil. 73 *Clodius* aedem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam -ret (*cf. p. 1922, 52. 1923, 81*). *messes*: ARNOB. nat. 2, 74 p. 108, 16 post messes arefactas atque -cta frumenta. *copias, facultates*: NOVELL. Valent. 15 praef. ultimas tenuesque eius (*i. possessoris*) vires compulsio talis (*i. exactio vectigalium sim.*) -et. Ⓔ *de rebus liquidis: fere i. q. arefacere, abolere sim.*: LIV. 5, 16, 9 aquam Albanam ... emissam per agros rigabis dissipatamque rivis -es. CVRT. 6, 4, 22 vel modico *solis* tepore sucus (*i. mel folia arboris tingens*) -itur. PLIN. nat. 20, 122 *ocimum* inlinitur mammis -itque lactis proventum ([*cf. p. 1502, 68 de Mayhoffii coniectura, ut vid., reicienda et Harduini notam ad l.*]. *sim.*: 25, 154 lac puerperarum mammis imposita *cicuta* -it [*Diosc. gr. 4, 78, 2 σβέννυσι*]. *al. inde ἀχύρως*: 23, 67 mammas lactis sui impatientes ... *faex aceti* -it [*Diosc. gr. 5, 114, 3 σβέννυσιν*]. *al.* GELL. 12, 1, 8 fontem ... sanctissimum [*i. mammas*] ... arefacere et -ere). FIRM. math. 3, 1, 16 p. 96, 10 calore ... dominante -ctus medullitus sanguis aruerit.

2 *fere i. q. vim alcis. imminuere, alqm. (alqd.) invalidum, imbecillum facere* (*prohibere ne quis [quid] vigeat. coniung. c.*: ab *p. 1922, 60. 66. 73. 75*; in *p. 1922, 30. ubique 'causative'*): **a** *de rebus*: *α corporeis: fere i. q. invalidum reddere* (*hic illic quasi compensando alqd. aliqua re*): Ⓘ *res pulchras, faciem honestam, pulchritudinem: fere i. q. attenuare, deforme, vile reddere sim.*: TER. Phorm. 108 ut, ni vis boni in ipsa inesset forma, haec (*sc. lacrimae, vestitus turpis*) formam *puellae* -rent. PETRON. 126, 17 pedum candor ... Parium marmor -erat. EVGRAPH. Ter. Haut. 381 p. 176, 5 senectute -ctă pulchritudo *meretricis* discesserit. Ⓘ *res naturales*: Ⓐ *aërem corruptum (sc. cum aëre sincero temperando, v. l. 2), odorem malum*: SEN. nat. 6, 27, 4 *aëra dirum* sinceri aëris copia -xit. PLIN. nat. 13, 3 *Persae* accersita commendatione *unguenti* inluvie natum virus (*i. odorem, v. l. 14*) -unt. 19, 113 alium edentibus, si radicem betae ... superederint, odorem -i. Ⓑ *venenum, i. vim veneni sim.*: PLIN. nat. 8, 101 corvus occiso chamaeleone ... lauro infestum virus (*aliter l. 11*) -it (APVL. met. 9, 3 virus increscente saevitia ... -ctum. *in imag.*: CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 14 mente integra ... venenorum virus -ere). 20, 131 *sucus rutae* cicutae suco -itur. 20, 178 *origanum Heraclium* venena opii et gypsi -it decoctum (22, 103 venena telorum et serpentium. *cf.* APVL. met. 10, 26 salutifera potione pestem praecedentis veneni ... -ere). DIOSC. 1, 29 p. 20, 14 M. *oleum* mixtus (*sic*) confectionibus viscidis virtutes earum -it. *et al.* Ⓒ *herbas, germina sim.*: PALLAD. 1, 6, 9 omnis incisura sarmenti avertatur a gemma, ne eam stilla, quae fluere consuevit, -at. 2, 9, 2 lupinus ..., qui unam radicem habet, si sarculetur, -itur. 2, 15, 7 ne germen *arboris* -at e multo melle mordacitas *laetaminis* (12, 7, 21). 8, 5 *per bidentes cypreos* erutum gramen -i (tinguantur *l. v.*). Ⓘ *varia de corpore humano: fere i. q. inutile, infirmum reddere, obtundere, hebetare sim.* (*subauditur notio q. e. effeminare l. 34. acced.* in *l. 30*): PLIN. nat. 20, 259 semen *cannabis* ... -ere genituram virorum dicitur (*Diosc. gr. 3, 148 σβέννυσι γονήν. sim.*: TERT. nat. 2, 15, 2 p. 127, 21 Orbana *dea*, quae in [*cf. p. 1914, 3*] orbitatem semina -at. 26, 132 equisaetum ... lienes (*i. punctiones lienis?*) cursorum -it decocta *eqs.* TERT. pall. 4, 6 *Alexander* pectus ... textu perlucido tegendo nudavit anhelum ... ab opere belli et ut mollius ventilante serico -xit (*v. MusHelv. 9, 1952, 47sqq.*). *β incorp.*: *fere i. q. confutare, submovere, facere ut alqd. vi, effectu careat* (*subaud. notio q. e. nocere, detrimento esse e. g. l. 41. 44. c.* ab, *fere i. q. prohibere l. 60*): CIC. Verr. II 2, 172 *Carpinatius* plura scribebat ..., ut si posset, quae antea scripserat, ea plane -ret. II 3, 7 ingenium ... et virtutem depressam -ctamque cupitis (*cf.* Phil. 5, 47 saepe magna indoles virtutis, priusquam rei publicae prodesse potuisset, -ctast). Mil. 5 ad eius (*sc. Milonis*) non modo salutem -endam, sed etiam gloriam ... infringendam. nat. deor. 3, 65 (= frg. 1 M.) non esse illa (*i. ad eversionem religionum pertinentia*) vulgo disputanda, ne susceptas publice religiones disputatio talis -at (*aliter p. 1920, 44*). epist. 1, 1, 4 gratiam ... nostram -it hominum suspicio, quod *eqs.* (*aliter v. p. 1920, 57*). PVBLIL. L 18 lucrum est dolorem (*i. ipsius?*) posse damno (*i. alterius?*) -ere. LIV. 23, 22, 9 unius hominis temerariam vocem (*i. fere sermonem*) silentio omnium -endam esse (LEX Visig. 4, 3, 4 -ctis vocibus [*i. testimoniis*] *pupillorum* [7, 5, 7]. *al.*). VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 vitae dulcedinem -ere. SEN. Herc. f. 1240 non sic furore cessit -ctus pudor *eqs.* PETRON. 94, 4 iram ... meam prudenti absentia -xit. TAC. ann. 4, 35, 5 praesenti potentia credunt -i posse etiam sequentis aevi memoriam (*cf. p. 1921, 66*). PLIN. paneg. 18, 1 disciplinam castrorum lapsam, -ctam refovisti. FRONTO p. 123, 1 N. *eloquentia* inpudentiam -it, ... vitia comfutat *eqs.* AMM. 29, 5, 22 Dardanorum ferociam ... hoc genere poenarum -xit. PRVD. perist. 10, 9 vox veritatis testis -i nequit (*cf.* LEX Visig. 2, 4, 3 pro -enda veritate mentitum eum fuisse). psych. 159 *verba Patientiae*: lex habet istud nostra genus belli, furias ... et rabidas tolerando -ere vires. PAVL. NOL. epist. 5, 13 p. 33, 6 (*in imag.*) a nobis Romae zelotyporum incendia (*i. lites, iurgia*) clericorum longinquitas urbis -it (*cf. p. 1913, 80 sqq.*). *et al.* **b** *de animantibus (de bestia l. 77): fere i. q. submovere, auctoritatem, vim alcis. imminuere* (*huc spectare videtur*: CIC. Verr. II 5, 113 non falso ille de vobis [*i. iudicibus*] ... praedicavit, non posse Verrem, testis interficiendo vos [*G, Madvig*; nos *l. v.*] -ere [*v. Hermes 80, 1952, 125 sqq.*]. *fere i. q. removere, segregare* ab *l. 73 sqq. cf. l. 60*): CIC. Pis. 56 cum -bas senatum, vendebas auctoritatem huius ordinis *eqs.* (off. 3, 2 -cto ... senatu deletisque iudiciis. LACT. mort. pers. 27, 2 p. 204, 3. *al.*). QVINT. decl. 365 p. 398, 9 turbam istam (*i. partem iudicum*), quae universa noceret, dividendo -is. CLAVD. rapt. Pros. 3, 327 -cta satietur paelice (*i. Cerere*) Iuno. COD. Theod. 6, 10, 1 numerariorum corpus -cto iniuriae auctore minuendum. GREG. M. moral. 2, 54 p. 582B a vita ... fidei eos (*i. apostolos*) interim carnalis timor -xit ([*v. l. 66*]. 5, 5 p. 682B *viri sancti* desiderant ... mortificare se funditus atque ab omni vita gloriae temporalis -ere). ACT. Achat. 5, 4 an speras, quod multos valeas vincere, quem ego solus -o (*i. cuius voluntatem sim. solus frustror*). *i. q. imbecillam, aegram reddere bestiam*: AMM. 15, 1, 2 ut nimietate cogendi *equos* quosdam (*in equitando*) -ret *eques*.

B ***med.-pass.: respicitur potius status, qui viribus (hominum vel rerum) imminutis infractisque efficitur:*** *i. q. perire, finem habere, desinere esse, mori sim.*: **1** *cum respectu interitus, eversionis: fere i. q. incidisse in discrimen vitae, delapsum esse in condicionem deteriorem, quae vitam,*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salutem, valetudinem, firmitatem ad incertum, exitium, ruinam vocat: **a** *de animantibus:* **α** *de hominibus singulis, de gentibus, familiis sim.: fere i. q. perire, interire:* PLAVT. Pseud. 906 *di* me ... servatum volunt esse et lenonem -ctum. ACC. trag. 337 numquam erit tam inmanis *Telamo*, cum ⟨non⟩ meā operā -ctum sciat *fratrem*. RHET. Her. 4, 51, 65 *mulier supplicans victori loquitur*: noli -ere -ctos; ... nos quoque fuimus beati *eqs.* (*item hyperbolice*: CIC. Verr. II 2, 52 *cives* qui se *Verris* ... opera funditus -ctos esse arbitrentur). CIC. har. resp. 3 *inimici me* (*i. Ciceronem*) funditus una cum re publica oppressum -ctumque voluerunt. fin. 4, 66 est ... miser, ... qui illam (*i. patriam*) -ctam cupit (*cf.* LIV. 40, 56, 5 perire et -i *regnum* ... mallem quam *eqs.* VAL. MAX. 5, 6, 7 ne res publica -retur). NEP. Milt. 3, 5 Darii regno ... -cto ipsos potestate expulsos *eqs.* (*antea*: interiturum. *cf.* FRONTO p. 204, 2 N. *Macedonum* unius humanae prolis aetate imperium -ctum est). AETNA 591 flebile victis Pergamon -ctosque suo Phrygas Hectore. OV. met. 6, 402 -ctum cum stirpe Amphiona luget (LIV. 9, 29, 10 omnes intra annum cum stirpe -ctos. 9, 34, 19 gens ... intra annum ab stirpe -cta est). LIV. 3, 1, 1 Fabius ... qui unus -ctae ad Cremeram genti superfuerat. SEN. suas. 2, 22 Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia -cta est (TAC. ann. 2, 37, 1 suscipere liberos, ne clarissima familia -retur. 4, 33, 4). 5, 2 -cta tot ante Xersen milia, tot sub ipso, iacent (*opp.* supersunt). IVV. 10, 332 *C. Silius*, formosissimus ... gentis patriciae, rapitur miser -endus (*v. p. 1913, 78*) Messalinae oculis. FLOR. epit. 3, 22, 6 *nec Sertorius* prius bello quam suorum scelere et insidiis -ctus est. ARATOR act. 1, 200 (*alleg.*) felicibus undis (*i. baptismo*) -ctum (*i. perditum*) reparate genus *Iudaeorum*. *et al.* **β** *de bestiis: fere i. q. deperire sim.:* COLVM. 7, 5, 3 conducit *pecudes fessas morbo* mediocriter exercere ... nec pati veterno consenescere atque -i. PALLAD. 4, 15, 3 populus *apium* ... labore confectus -itur totius gentis exitio.

b *de rebus:* **α** *corp.: i. q. evanescere, collabi sim.:* CIC. Phil. 9, 14 ut cetera -untur (*sc. vetustate sim.; syn.* intereunt), sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. Tusc. 5, 40 nihil ... interarescere, ... -i, ... cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. STAT. Theb. 8, 87 (*de Amphiarao apud inferos versante*) *subit* minantem iam tenuis visu, iam vanescentibus armis ...: -cto tamen interceptus (indecerptus *Barth*) in ore augurii perdurat honos *eqs.* INST. Iust. 2, 4, 2 (*sicut oleum, frumentum, vestimenta*) pecunia numerata ... ipso usu assidua permutatione ... -itur. **β** *incorp.: fere i. q. attenuari, affligi sim.* (*de hominibus pro re v. l. 41*): SALL. Iug. 95. 3 Sulla gentis patriciae nobilis fuit, familia (*i. fere nobilitate familiae*) prope iam -cta maiorum ignavia. VITR. 5, 8, 2 sine extremis casibus sonans *vox* ibi (*i. in medio loco*) -atur *eqs.* CAEL. AVR. acut. 2, 3, 17 *aegrotantis* respiratio crassescit, ita ut -cta videatur. 2, 37, 206 *medicinae* defectu -ctam corporis fortitudinem retinent (2, 37, 209 *cibus* sufficiens levamento fortitudinis -ctae).

2 *cum respectu finis, exitus: fere i. q. desinere esse, non iam exsistere sim.* (*saepe c. abl. causae*): **a** *de hominibus* (*de animo l. 54. de hominum secta, disciplina sim. v. infra l. 69. 71. 73*): **α** *desinere esse, vivere sim.:* CIC. de orat. 3, 10 *Crassus* et vixisse cum re publica pariter et cum illa simul -ctus esse videatur. 3, 12 te, Crasse, cum vitae flore tum mortis opportunitate ... et ornatum et -ctum esse arbitror. off. 2, 67. Tusc. 1, 18 una animum et corpus occidere animumque in corpore -i (1, 104 -cto animo vel elapso [*syn.* occiderit]. *cf.* TAC. Agr. 46, 1 *si* non cum corpore -untur magnae animae). Att. 9, 10, 3 hunc primum mortalem esse, deinde ... multis modis posse -i cogitabam. VERG. ecl. 5, 20 -ctum ... crudeli funere Daphnin (LACT. inst. 3, 17, 9 p. 229, 19 alios in primae adulescentiae flore immaturis funeribus -i. CE 1402, 3. *item c. abl.:* FIRM. math. 4, 14, 12 p. 228, 6 violento ... genere mortis. AMM. 28, 1, 29 pari sorte procurator ... -ctus est. *cf. l. 52*). MIN. FEL. 11, 3 dementia *est Christianorum* ... sibi mortuis -ctis ... aeternitatem repromittere. 34, 12 *plerique homines* malunt ... -i penitus quam ad supplicia reparari. IVST. 7, 2, 4 -ctam in Alexandro stirpem *regiam*. **β** *desinere valere, animo deficere:* PS. CYPR. laud. mart. 1 p. 27, 5 non vereor, ne quo ignaviae metu territus vel revocer (*sc. ab opere*) vel -ar. PASS. Theclae Cb 31 p. 85, 8 Trifena *perterrita* non est -cta neque turbata, sed ... confidens in deo *eqs.* **γ** *desinere exstare, non iam vigere sim.:* CIC. de orat. 3, 62 *genera olim florentium philosophorum* horum (*i. nunc viventium*) vi et disputationibus sunt iam diu fracta et -cta. Tim. 1 *Pythagoreorum* disciplina -cta est ..., cum aliquot saecla in Italia ... viguisset. SEN. nat. 7, 32, 2 Sextiorum ... secta inter initia sua ... -cta est. CAPITOL. Pius 7, 2 provinciae sub eo ... floruerunt, quadruplatores -cti sunt.

b *de rebus:* **α** *incorp. (sed v. p. 1924, 38. 62. 69): fere i. q. desinere esse, dissolvi, decedere sim.:* Ⓘ *generatim:* ACC. trag. 43 inimicitias ... -cta⟨s⟩ ... renovare (AVG. serm. 209, 1 p. 1046$^{m. d.}$; *syn.* finiantur). CIC. Sest. 92 vim volumus -i, ius valeat *eqs.* Cael. 61 -cta erat consuetudo (*sc. Caelii cum Clodia* [*opp.* manebat]. *cf.* Lael. 35 inveteratas ... familiaritates [*opp.* gigni]. 78 amicitiae [*opp.* oppressae. FRONTO p. 7, 12 N.]). 71 flagitii memoriam non -ctam ..., sed repressam vetustate (SEN. epist. 49, 1 *non* -ctam memoriam ..., sed quiescentem. *cf. p. 1921, 66*). Phil. 13, 47 partium ..., quarum omnino nomen -ctum est (LIV. 25, 38, 9 non cum Scipionibus -ctum esse nomen Romanum. CLAVD. DON. Aen. 10, 440 p. 349, 13 generis ... nomen). de orat. 3, 1 illud ... ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Crassi morte -cta ... est (Lael. 102. *al.*). Brut. 328 Hortensi vox -cta fato suo est, nostra publico (*sim.:* TAC. ann. 4, 61 Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul -ctum est). rep. 6, 25 sermo omnis ille ... et obruitur hominum interitu et oblivione posteritatis -itur (*cf.* Att. 15, 1, 5 de regina rumor -etur [CAES. civ. 1, 60, 5 -ctis rumoribus de auxiliis legionum]). parad. 18 mors terribilis iis, quorum cum vita omnia -untur (*syn.* emori). fin. 2, 101 cum dissolutione, id est morte, sensus omnis -atur (Tusc. 1, 97. 5, 88. ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 22 sensus ... vitalis [*syn.* deperit]. CLAVD. DON. Aen. 4, 30 p. 360, 1 sensus morientis). Cato 38 *sensim* aetas senescit nec subito frangitur, sed diuturnitate -itur. nat. deor. 1, 29 (*de doctrina Empedoclis*) *quattuor naturas* et nasci et -i perspicuum est. div. 2, 118. VERG. Aen. 4, 322 pudor et ... fama (SEN. contr. 10 praef. 2). OV. met. 8, 523. LIV. 3, 50, 7 nec cum filia sua libidinem Appi Claudi -ctam esse (PLIN. nat. 8, 164 equarum libido -itur iuba tonsa [*gr. Arist. hist. anim. 6, 18 p. 572b, 8 ἀποπαύωνται τῆς ὁρμῆς*]. *cf.* SEN. dial. 7, 7, 4 voluptas tunc, cum maxime delectat, -itur). *al.* VAL. MAX. 4, 3, 3 in eodem ... toro alterius (*feminae*) adulescentiae vigor -ctus est *eqs.* (*cf.* PETRON. 140, 1 *Philomela*, tum anus et floris -cti). 8, 7, 3 in eodem lectulo et spiritus eius (*i. Varronis*) et egregiorum operum cursus -ctus est. *al.* SEN. epist. 36, 11 nihil in hoc mundo -i, sed vicibus descendere ac surgere (*seq.* abit). 74, 23 acies oculorum -cta caecitate nos adficit. 78, 9 impetus *dolorum* morā -itur. 94, 31 indoles naturalis (*opp.* obscurata et oppressa). 99, 24 *ferarum* amor ... cum amissis *pullis* totus -itur. *al.* PLIN. nat. 33, 15 aedituum ... conprehensum fracta in ore anuli gemma statim expirasse et indicium (*i. facultatem testimonium proferendi*) ita -ctum. FLOR. epit. 4, 11, 1. CYPR. Fort. 13 p. 347, 6 vita temporalis -itur, sed aeternitas repraesentatur. AMM. 28, 3, 3. PRVD. ham. 653 -ctum vitae officium de (*cf. p. 1914, 1*) parte cerebri. LVCID. Faust. Rei. epist. 2 p. 165, 21 post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis -ctum. DRAC. laud. dei 3, 43 -ctam *fenerator* dolet esse famem (*i. inopiam publicam*). *et al.* Ⓘⓘ *speciatim apud ICTos (cf. v. Kalb, Wegw. p. 22a]. exempla selectissima, cf. V. i. R.): spectat ad statum iuris, condicionem, obligationem sim.: fere i. q. decedere, interire, finem habere* (*et de re personave in quantum ex mutatione quadam vel morte desinit ad constituendam vel sustinendam condicionem, obligationem sim. valere, v. l. 62. 69.* *syn.:* aboleri *l. 53.* interire *l. 78.* *opp.:* exstare *l. 73.* in natura esse [*i. adesse*] *l. 74.* inchoare *l. 47.* instaurari *p. 1925, 8.* renovari *l. 61.* valere *l. 56.* vim habere *l. 57*): Ⓐ *loci significantiores:* actio: IAVOL. dig. 47, 2, 72 si furti actum est, commodati actio -itur. VLP. dig. 47, 10, 17, 6 si *quis* ... voluntate iniuriam remisit, ... -i iniuriarum actionem. COD. Theod. 4, 14, 1, 3 *non motae* annis triginta continuis. NOVELL. Theod. 17, 2, 2 penitus. Valent. 27, 5 male inchoatas haberi oportet -ctas. *et al.* crimen *sim.:* VLP. dig. 3, 6, 5 pr. est constitutum turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina -antur. 48, 4, 11 -itur ... crimen mortalitate, nisi forte quis maiestatis reus fuit (*cf.* MACER dig. 49, 13, 1 morte rei [MOD. dig. 49, 14, 9 morte reae crimine -cto; *cf. antea*: -ctā reā]. COD. Iust. 9, 6, 2 *si morte* hoc crimen in persona *rei* ... sit -ctum, accusatio tamen non est abolita). COD. Iust. 9, 9, 26 commissum ante adulterium ... velamento matrimonii non -itur. donatio: VLP. dig. 24, 1, 32, 10 si maritus uxori donatum vult, valeat (-et *v. adn.*) donatio, ... si non vult, -itur. 24, 1, 32, 18 dicemus -ctam donationem an ... admittimus vim habere? ius: VLP. dig. 7, 4, 3, 3 cum ius fruendi morte -atur sicuti si quid aliud, quod (*v. app. cr.*) personae cohaeret. MOD. dig. 20, 6, 9 pr. venditione interposita ius pignoris (COD. Iust. 8, 25, 11, 1 penitus -i; *opp.* renovari). COD. Iust. 7, 39, 4, 1 *ius privatum vel publicum* quod ... quadraginta annorum -ctum est iugi silentio. persona (*cf. l. 38 et l. 51. 53. 59. 84*): VLP. dig. 43, 20, 1, 43 *aqua cotidiana* datur interdum praediis, interdum personis. quod praediis datur, persona -cta non -itur (*seq.* cum personis amittitur). 50, 15, 3, 1 *personis* data immunitas cum persona -itur, rebus numquam -itur. 50, 15, 4, 3 beneficia personis data ... cum persona -antur. *sim.:* MOD. dig. 31, 32, 6 post omnes eos -ctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur. res (*cf. l. 38*): GAIVS inst. 2, 79 -ctae res, licet vindicari non possint, condici tamen ... possunt. MARCIAN. dig. 20, 6, 8, 1 sicut re corporali -cta, ita et usu fructu -cto pignus hypothecae perit. PAVL. dig. 18, 6, 8 pr. si pendente condicione res -cta fuerit (*opp.* si exstet). COD. Iust. 5, 18, 6, 3 *doli mali exceptio eqs.* locum habent, cum res in natura sunt. si ... -ctae sint, pretium ... considerabitur. *sim.:* VLP. dig. 17, 2, 58 pr. si id, quod quis in societatem contulit, -ctum sit, videndum, an pro socio agere possit. COD. Iust. 4, 21, 5 *debitoris* instrumentis vi ignis -ctis. usus fructus (*cf. et l. 71*): VLP. dig. 7, 4, 5, 2 rei mutatione interire usum fructum placet ...: aedes corruerunt ...: sine dubio -itur. *ibid.* 3 *aream* mutari *aedibus combustis* et usum fructum -i constat. COD. Iust. 3, 33, 14, 1 non potest huius modi usus fructus ... solitis modis -i. 5, 12, 18 mortua conductrice ... -i minime potuit. Ⓑ *loci varii:* IVLIAN. dig. 8, 3, 27 servitus -itur (*opp.* manebit). PAPIN. dig. 36, 2, 26, 2 personā deficiente causa praestandi *alimenta* videtur -cta. VLP.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dig. 15, 2, 1, 3 morte *servi* vel alienatione -itur peculium. 17, 1, 12, 16 -ctum est mandatum finita voluntate. 40, 4, 13 pr. -itur ei (*i. servo*) condicio. 40, 5, 24, 21 fideicommissaria libertas ... neque alienatione neque usucapione -i possit. COD. Theod. 11, 24, 6 pr. *apud eos*, qui sub patrocinio possidere coeperunt, ... patronorum nomen -ctum penitus iudicetur. INTERPR. novell. Valent. 35 p. 150, 171 lis intra tricennium ... non definita ... habeatur -cta. COD. Iust. 8, 25, 9, 1 obligatio semel -cta instaurari non potest. *β corp.: fere i. q. desinere exsistere, non iam exstare*: SEN. epist. 95, 25 purulenta ... iudicas sine noxa in ipsis visceribus -i? PLIN. nat. 9, 76 murenis ... dextera in maxilla septenae maculae ... fulgent, dumtaxat viventibus, pariterque cum anima -untur. 22, 100 -cto omni Cyrenaico *silphio*.

3 *cum respectu mortis (exempla selecta): i. q. mori, vitam amittere (cf. et intransitivum usum singularem formae activae p. 1926, 12)*: **a** *de hominibus (praecipue de singulis [de multitudine quadam infra l. 59. 77]. de hominum corpore sim. e. g. l. 61. 62. ponitur* manus *pro artifice infra l. 57 [cf. linguam morientem infra l. 70]. distinguitur mors corporis [v. l. 40 sq. 61 sq.] a morte animae [v. l. 32 sqq.]. de statu animi abstinentis se a mundo l. 79 sqq. saepe acced. abl. causae)*: PLAVT. Aul. 93 *minatur Euclio*: si ignis vivet, tu -ere extempulo. CIC. Sest. 49 non solum, si vi interissem, sed etiam si morbo -ctus essem (CVRT. 8, 3, 20 PLIN. nat. 9, 25. *et saepius. cf.* AVG. civ. 3, 17 p. 123, 33 D. 22, 8 p. 576, 27 aegritudine). Cael. 79 hunc iam naturā ipsā occidentem ... maturius -i volnere vestro quam suo fato (CE 425, 1 hic iacet Helpidius fatis -ctus iniquis). Brut. 2 *Hortensius* alienissimo rei publicae tempore -ctus (Cato 85 -i homini suo tempore optabile est. IVV. 10, 263 diverso tempore). Tusc. 1, 54 *primum* principium -ctum nec ipsum ab alio renascetur nec ex se aliud creabit (*opp.* oritur. *syn.* occidit). phil. frg. V 97 si aut -i tranquille volumus ... aut ... ex hac in aliam ... domum ... demigrare *morientes* (*cf.* MELA 2, 18 alii redituras putant animas obeuntium, alii etsi non redeant non -i ..., sed ad beatiora transire). VERG. Aen. 6, 457 *Didonem* -ctam ferroque extrema secutam. PROP. 2, 1, 61 (*opp.* restituit). OV. epist. 8, 121 praemoriar primoque -ar in aevo (met. 3, 470 -or [-giuor *M*]). trist. 3, 7, 50 me ... -cto fama superstes erit (*cf.* LIV. 25, 38, 8 *nolite* tamquam -ctos prosequi *Scipiones*, vivunt vigentque fama rerum gestarum). LIV. 40, 56, 9. PAVL. FEST. p. 19 ibi rex ... bello *est* ... -ctus atque sepultus. SEN. contr. 1, 7, 9 semimortuam hanc partem *hominis torti* ..., quia -i non potest, exure. VAL. MAX. 1, 8 ext. 17 Polystratus et Hippoclides ... eodem die nati ... eodemque momento temporis ultima senectute -cti (SEN. epist. 71, 13 cuncta ... nasci debent, crescere, -i. SIL. 13, 439. *cf.* VAL. MAX. 8, 3, 2 tale ... monstrum [*i. Afrania*]; *opp.* ortum). 4, 6, 1 (*de Admeto*) ne tu -re⟨re⟩, voluntario obitu *coniuge* consumpta *vivere* ... potuisti. 6, 4 ext. 2 maluit ... Socrates (*praedicative*) -i quam *eqs.* 7, 1, 1 *Q. Metellum* leni ... genere mortis ... -ctum (*syn.* defunctum. *cf.* CVRT. 3, 5, 10 ignobili morte. TAC. ann. 1, 5, 2 quaesita. 3, 7, 2 subita. 12, 52, 1 morte fortuita an per venenum [*cf. infra l. 72*]). 9, 13, 1 gloriose ⟨-i⟩ ([*suppl. e Par.*]; *opp.* turpiter servire). *al.* CELS. 3, 1, 4 in acutis morbis ... si ... auxilium non profuit, aeger -itur. SEN. Phoen. 74 *al.* CVRT. 4, 10, 19 *Darei uxor* inter ... filiarum manus conlapsa erat, deinde et -cta (6, 7, 30 conlapsus -itur). 6, 8, 26 quo ... casu -ctus esset (APVL. met. 10, 27 pari casu mortis. AVG. civ. 5, 26 p. 239, 12 D. per insidias ... vel casu). 8, 5, 12 ut ... dimicans ... -retur. *al.* PLIN. nat. 35, 20 -ctus nuper in longa senecta. 35, 145 dolor est manūs *artificis*, cum id (*i. picturam*) ageret, -ctae. *al.* SIL. 13, 549 (*in Orco*) turbae ... in limine lucis ... -ctae. STAT. Theb. 1, 296 *Laium* -ctum nati ... vulnere (AVG. civ. 4, 29 p. 183, 4 D. hostili vulnere. *aliter supra l. 26*). IVV. 13, 206. TAC. Agr. 3, 1 corpora nostra lente augescunt, cito -untur (PRVD. cath. 12, 74 deus ... corpus -i sinit; *opp.* suscitat). ann. 3, 16, 1 nec illum sponte -ctum, verum immisso percussore (*cf.* 6, 25, 1 *Agrippinam* voluntate -ctam *reor*, nisi *eqs.*). *al.* PLIN. epist. 5, 21, 4 in flore primo ... iuvenis -ctus est (IVST. 13, 1, 1). SVET. Tib. 7, 3 qui ... infans (*praedicative*) -ctus est. FRONTO p. 234, 8 N. sive in aeternum -imur. CYPR. mortal. 20 p. 309, 25 *nequaquam* quos vivere aput deum dicimus, ut -ctos et perditos lugeamus. SER. SAMM. 260 cum vox *Hortensii* domino vivente periret et nondum -cti moreretur lingua diserti. PANEG. 2, 30, 3 -ctus aperto ... parricidio. FIRM. math. 7, 2, 3 p. 210, 22 *nocentibus astris* in ipso partu ... *infans* suffocatus -itur. *al.* IVST. 39, 2, 8 regina ... veneno, quod *filio* ... paraverat, -itur ([-it *C, v. p. 1926, 12*]. EVTR. 7, 7 Cleopatra ... *aspidis* veneno ... -cta est [*gr. Paean. ἐδέξατο τοῦ βίου τελευτήν*]. *cf. supra l. 50*). AMM. 26, 5, 9 Valente superstite an -cto. CLAVD. DON. Aen. 1, 510 p. 101, 28 vi pelagi ... -ctos. *al.* ORIGO Const. 6, 31 chron. I p. 10, 25 *Gothorum* per Constantinum Caesarem centum prope milia fame et frigore -cta sunt. LEX Visig. 6, 4, 8 si, qui percussus fuerat, statim non -atur. GREG. M. moral. 5, 4 p. 682A *ubi* nec ipse *Christianus* in amore mundum retinet nec rursus a mundi amore retinetur, vicissim sibi utrique -cti sunt (*v. et l. 20 sq.*). CE 679, 1 (*a. 399*) hic iacet -ctus pri⟨mo sub limine vitae⟩ *puer* (1402, 3 crudeli funere natus. 2131, 1. *cf. supra l. 27*). CIL X 663 coniugi crudae aetati -ctae. **b** *de bestiis, pecudibus*: FEST. p. 161 sua morte -cta omnia funesta sunt (*cf.* CONC. Aurel. p. 64, 8 ab ecclesiae coetibus arceantur ... qui bestiarum morsibus -cta vel ... morbo aut casu suffocata vescuntur). MELA 1, 58 *animalia* ubi morbo aut forte -cta sint, *apud Aegyptios* sepelire ... sollemne sit. PLIN. nat. 8, 186 *feminam bovem Apidi destinatam* eodem die et inveniri ... et -i tradunt. 8, 206 suem oculo amisso putant cito -i (*gr. Arist. hist. anim. 573b, 14 ἀποθνήσκειν*). IVV. 6, 8 turbavit nitidos -ctus passer ocellos *Lesbiae*. APVL. Socr. 8, 138 quaedam ... animalia ... aevum suum in igni deversari, cum eo exoriri cumque eo -i. SER. SAMM. 441. Ps. APVL. herb. tit. morb. l. 200 ad pulices -endos. LEX Visig. 8, 4, 23 si *per errorem* alicuius animal ... -atur aut occidatur *eqs.*

C *forma* ***act.*** *sensu* ***intransitivo*** *(cf. Norberg, Synt. Forsch. 1943, 181; G. Meyer, Zu Liudprand v. Crem., Festschr. K. Schwarber, Basel 1949, 173 sqq.; Löfstedt, Coniect. I 64, Uppsala 1950)*: COMM. instr. 1, 30, 9 vixit et -xit (*i. mortuus est, cf. p. 1925, 14 sqq.*). *cf. lect. var.* IVST. 39, 2, 8 *p. 1925, 73.*

part. praes. exstnguēns, -entis. *pro subst. n. fere i. q. materia ignem restinguens, opprimens*: SEN. nat. 2, 55, 2 non ... ignis *demissus in aquam* ... sonum efficit, sed spiritus per -a (*i. aquam*) effugiens. *pro adi. fere i. q. ignem compescens sim.*: VVLG. sap. 19, 19 ignis in aqua valebat super suam virtutem et aqua -is naturae obliviscebatur (*gr. σβεστικῆς φύσεως*).

p. p. p.[a] **exstīnctus, -a, -um** *pro adi. (vel saepius pro subst.; e. g. l. 40. 42)*. GLOSS. consumptus, deletus, interfectus, mortuus, occisus. -ae *ἀποσβεσθεῖσαι. hic illic vi verbali adhuc pellucente.*

1 *fere i. q. invalidus, imbecillus, debilis, caducus sim. (fere i. q. desperatus l. 38)*: **a** *de hominibus (eorumque corporis partibus)*: CIC. Sull. 84 non aut ita sunt -i, quos vici, aut ita grati, quos servavi. Mil. 94 senatui ..., quem -um acceperam, equitibus ..., quorum vires erant debiles. MART. 11, 46, 4 (*in imag.*) nec levat -um sollicitata *mentula* caput (*de ipso capite, ore*: PRVD. psych. 59 [*loquitur Pudicitia*] te [*i. Libidinem*] ... potuisse resumptis viribus -i capitis recalescere flatu *eqs.*). IVV. 3, 48 (*in imag.*) tamquam mancus et -ae, corpus non utile, dextrae. **b** *de rebus*: CIC. dom. 67 iudicare potestis quanta vis illa (*i. Clodii*) fuerit oriens et congregata, cum haec Cn. Pompeium terruerit distracta et -a. epist. 2, 5, 2 ita sunt omnia debilitata ⟨et⟩ iam prope -a (*i. fere desperata, perdita. cf.* 5, 13, 3 quid est enim non ita adfectum ut id non deletum -umque esse fateare?). COMM. instr. 1, 34, 14 (*allegorice*) vitam esse putas, ubi ludi⟨s⟩ aut prospicis ista: sortiris ... -a, aurea quaeris.

2 *i. q. mortuus, defunctus (pro subst. e. g. l. 45. 46. 52. 56. 58. 59)*: **a** *de homine (de anima l. 63 sqq. c. abl. causae l. 55)*: *α sensu universo*: CATVLL. 64, 400 destitit -os natus lugere parentes (*cf.* CVRT. 8, 11, 12 non -os sed semetipsos deflebant. COMM. instr. 2, 32, 13 -os clamatis). LVCR. 6, 7 *Epicuri* -i (*Marullus*, -a *trad.*) ... ad caelum gloria fertur (*cf.* OV. trist. 4, 10, 85 si ... -is aliquid nisi nomina restant). VERG. Aen. 12, 38 Turno -o (*opp.* incolumi. *sic* CLAVD. DON. Aen. 11, 30 p. 411, 10). OV. am. 2, 18, 38 comes -o Laodamia viro (= trist. 1, 6, 20. *cf.* met. 4, 151 Pont. 3, 1, 109). met. 10, 486 ne violem (*sc. Myrrha*) vivosque superstes mortuaque -os. Pont. 1, 9, 55 qui ... -is quae debet, praestat amicis (*cf.* trist. 3, 3, 81 tu ... -o feralia munera ... dato. STAT. Theb. 12, 779). 1, 9, 56 et nos (*sc. ut exsules*) -is *amicis* adnumerare potest. 3, 6, 35 -os vel aqua vel Marte vel igni nulla potest iterum restituisse dies. *al.* VAL. MAX. 4, 4, 2; *opp.* superstitis. 4, 6, 3 si quis modo -is sensus inest (SEN. Phaedr. 842 pars una vitae mansit -o mihi: sensus malorum. *cf.* CE 1102, 5 si datur -is mentem retinere priorem). *al.* SEN. Tro. 603 *Hector* inter -os iacet. 660 ultor -i patris (DRAC. laud. dei 3, 512 -i coniugis ultrix). PETRON. 111, 8 desiderium -i non posse feminam pati (*sc. mariti mortui*). PLIN. nat. 7, 177 qui videbatur -us (*cf.* HIER. epist. 21, 32 p. 131, 20 quem putabat -um. *al.*). 20, 98 *acetum scillinum* avidius haustum -ae animae momento aliquo speciem *praebet* (PRVD. c. Symm. 1, 90 *Hermes* traditur -as ... in lucem revocasse animas). *al.* CALP. decl. 10 p. 11, 2 pendebat -us (*Pithoeus*, -um *trad.*) filius. *et al.* *β sensu Christiano*: PS. ORIG. tract. 18 p. 199, 1 -i (*sc. corporaliter*) vivimus *in Christo*. AVG. in psalm. 70 serm. 2, 3 p. 893a. med. *infideles* corpore vivunt, sed corde -i sunt. VINCENT. LER. 5, 7, 4 ut per *martyras* ... -os spiritaliter populos *deus* vivificaret. **b** *de corpore, membris sim.*: OV. Pont. 4, 16, 51 artus (trist. 3, 9, 32). CE 1028, 2 (*saec. I in.*) hunc tibi ... titulum, gratissima coiunx, corporis -i dedicat *maritus* (*sic in inscr.*: CE 545, 2 te ... mersit *fors* in aeternam extin⟨cto corp⟩ore [⟨... pect⟩ore *Rossi*] noctem. *cf.* PRVD. psych. 598 spolia -o de corpore diripit). ANTH. 410, 4 (*loquitur mortuus*) stringis in -um tela (*i. malitias*) cruenta caput. PRVD. psych. 474 -um belli sub sorte cadaver ... patris (GREG. TVR. Franc. 10, 13 p. 420, 13 revixerit).

3 *i. q. caecus (cf. p. 1920, 71)*: STAT. Theb. 10, 698 (*de Tiresia*) senem, cui vultus inanis -ique orbes (11, 172 [*de Oedipode*] *si* -os galeae pater ingerat orbes). AVG. contin. 9, 23 p. 170, 4 contra scripturas christianas oculis clausis vel potius -is ... contenditis *eqs.* (CAES. AREL. serm. 120, 3 p. 480, 17 [*in comparatione*] ut asinus ... pannis oculos ... habet ... clausos, sic luxuriosus quisque sordibus vitae suae -is oculis mentis ... versatur, visu suo vacuus). AVIAN.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fab. 22, 15 *invidus* petit -us ut lumine degeret uno. SEDVL. carm. pasch. 3, 145 caecatos clamare viros: fili inclite David, decute nocturnas -is vultibus umbras (*op. pasch. 3, 12 p. 242, 8* ut ... diem ... reformaret).

deriv.: exstinctio, exstinctor, exstinctus (-ūs), exstinguibilis. *compos.*: perexstinguere; coexstinctus, inexstinctus; inexstinguibilis. *Tietze.*

[**ex(s)tipticus,** -a, -um. DIOSC. 1, 15 p. 13, 17 M. *v. s.* stypticus.]

b *peculiariter*: **α** *in iure et rebus forensibus*: Ⓘ *de hominibus (saepius c. praedicativo)*: CIC. Planc. 57 eiusmodi *rumor*, ut non -et auctor, qui audierit (LIV. 44, 22, 6 QVINT. inst. 7, 2, 52. *al.*). HOR. sat. 1, 5, 55 Sarmenti domina -at (*sc. servili condicione utitur. cf.* LIV. 3, 10, 1 reliqua vendita, quibus domini non -ere. 10, 20, 16. POMPON. dig. 47, 2, 77, 1 si rei subreptae dominus nemo -ret nec -turus esset. COD. Theod. 13, 11, 15). OV. fast. 4, 69 testes Laestrygones -ant (CLAVD. DON. Aen. 9, 205 p. 214, 29 quoniam nullus testis -bat. *al.*). TRYPH. dig. 26, 2, 27 pr. si patruus -et legitimus tutor futurus (VLP. dig. 9, 4, 21, 5 si tutor vel curator -ent). VLP. dig. 3, 3, 38 si decem milia petantur et -ant duo defensores parati in quina defendere. 38, 1, 29 *filius* etsi heres non -at (*al. cf. p. 1933, 15*). *al.* LACT. mort. pers. 40, 3 nec ... quisquam accusator -bat. COD. Iust. 2, 7, 23, 4 (*a. 506*) liberis ex huiusmodi coniugio iam -antibus vel necdum procreatis (*al.*). *et al.* ⓘⓘ *de rebus: corp.*: ALF. dig. 35, 1, 27 quoniam ... id *monumentum* nusquam -ret. PAVL. dig. 19, 1, 4, 1 ubi modus *agri* minor invenitur, non potest aestimari bonitas loci, qui non -at. *incorp.*: VLP. dig. 16, 3, 1, 4 cum ... -ante necessitate deponat. TERT. nat. 1, 3, 2 p. 62, 9 nullum criminis nomen -at, nisi nominis crimen est. SYMM. rel. 16, 1 p. 292, 4 non -ante sententia. *al.* COD. Theod. 12, 1, 86 nullius dubietatis -et ambiguum. 15, 1, 30 (= Iust. 8, 11, 9, 1) ut ... imperialis -et auctoritas. NOVELL. Maior. 6, 8 non iustis causis exheredationis -antibus (CASSIOD. var. 5, 12, 2 p. 150, 4. *al.*). CASSIOD. var. 2, 11, 3 p. 52, 17 quae nullis culpis -antibus reliquit maritum.

β *in sermone philos. et eccl.*: Ⓘ *de deo (hominibus: v. l. 67. 69. cf. p. 1936, 57)*: TERT. carn. 9 l. 19 *Christum* non alias ... hominem existimatum quam -antem humana (*A*; ex h. tantum *T*, *Kroymann*; ex h. *rell.*) substantia corporis (*v. p. 1934, 27*). MAR. VICTORIN. ad Iust. 11 p. 1006A quod omnipotens est ... invisibil⟨e⟩ -ans. AVX. Maximin. c. Ambr. 42 p. 73, 22 *Christum* solum esse ... perfectum in singularitate -antem. 51 p. 74, 25 uno ... deo ingenito -ante et uno domino unigenito deo subsistente. VICT. VIT. 2, 56 et patrem in sua proprietatis persona subsistere (*syn.*) et filium nihilominus in propria -are persona ... fateamur. MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 2 p. 264p. init. *Christus* non nos nihil -antes despexit (*gr. p. 38extr.* ὄντας). CORIPP. Iust. 4, 303 *Christus* una in naturis -ans persona duabus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 17 p. 372B parvum mundum esse hominem de ipsis -antem universalibus elementis (*gr. p. 177D* συνεστηκότα). ⓘⓘ *de rebus incorp.*: CIC. div. 1, 71 (= 2, 107) *Cratippus*: sine oculis non potest -are officium et munus oculorum (*ibid.*). LVCR. 1, 525 nec plenum naviter -at nec porro vacuum. HIL. syn. 37 p. 509A natura filii nisi ex nativitate non -at. CONC.S I 5 p. 258, 27 divisione ... non -ante unitas numquam intellegitur (*gr. I 1, 6 p. 117, 11* οὔσης. *syn. I 5 p. 147, 37* nisi sit ... divisio).

2 *c. notione motus (cf. p. 1929, 6): fere i. q. exsistere, fieri (oriri p. 1936, 4; evenire p. 1936, 7)*: **a** *de hominibus (deis p. 1936, 1)*: OV. ars 2, 637 quid tuti superest, cum nominis -at adulter? IVV. 13, 150 minor -at sacrilegus. VLP. dig. 2, 12, 2 cui an heres -turus sit incertum est (29, 2, 6, 6 per eum quis existere necessarius non potest, qui ipse non esset -turus. *al. cf.* 40, 5, 30, 14 successorem [VEN. FORT. carm. 10, 11, 17 *Martino* successor ... modo rite Gregorius -ans]. *al. cf. p. 1868, 66 et 1871, 16 sq.*). DRAC. Romul. 5, 90 audacia ... pauperis horretur, ne clam temerarius -et. ACT. Archel. 7, 1 p. 9, 19 *Manes* duos colit deos innatos ex semet ipsis -antes (α τοφυεῖς). **b** *de rebus*: COLVM. 5, 9, 16 sic velut inita arbor fecundo semine fertilior -at. VAL. FL. 5, 252 luco arma ... sonent, vox et tua (*i. Martis*) noctibus -et (*v. p. 1935, 78. cf.* PRVD. perist. 10, 980 echo ...-at inde [*i. ex ore, cui lingua exsecta est*], non oratio [*v. p. 1929, 23*]. *cf. p. 1870, 60*). VLP. dig. 12, 6, 18 *condicio* omnimodo -tura est (*syn.* impleatur. 46, 2, 9, 1. *v. et p. 1931, 64. cf. p. 1871, 63*). HIL. in psalm. 51, 7 p. 101, 24 linguae ... officium est, ut ... -et ... per eam ex confuso erumpentis spiritus sono dissonans ad rerum intellegentiam sermo. MART. CAP. 1, 33 vs. *Iuppiter* conubium ... sanciens ..., quo prolis -ent lege supera nuptiae. BOETH. cons. 5, 6, 24 W. cum -turum quid esse cognoscit *deus*, quod idem exsistendi necessitate carere non nesciat (*v. p. 1871, 72*). in top. Cic. 2 p. 301, 40 ut, si unum eorum quolibet -erit modo, alterum quoque vel -isse vel -are vel -turum (-iturum *ed. Orelli falso*) esse videatur (*syn. l. 42* exsistendo). VEN. FORT. carm. 3, 17, 4 *episcopus* diligit omnes, unde magis populis unicus -at amor.

III *in versione vocis graecae q. e.* ἐξεστηκέναι (*cf.* ecstasis): *i. q. sui non compotem esse, pavere, stupere* (GLOSS.L II Abav. EX 124a *v. p. 1929, 14*): ITALA IV Esdr. 13, 11 et vidi et -iti (steti A^2). Marc. 2, 28 (add. cod. a) exierunt detinere eum, dicebant enim quia -itit mente (*gr. 3, 21 ἐξέστη, Vulg.* in furorem versus est). Ps. MATTH. euang. 12, 4 cum ... omnis populus -ret stupore.

part. praes. **ex(s)tāns,** -antis *pro adi. (subst. infra l. 46). legitur inde a* VARRONE. *compar.* -ior *inde a* STATIO; *superl. deest.* [*ll. vv.: v. l. 42. 52.*]

A *proprie*: **1** *in corpore animantium, i. q. prominens*: VARRO rust. 2, 7, 5 pullus ... scapulis latis, spina ... non -i. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 48 scauri ... -es talos habent. AMM. 31, 14, 7 *Valens erat* incurvis cruribus -eque mediocriter ventre. AMBR. hex. 6, 9, 62 p. 252, 15 aures -iores sunt. SORAN. p. 37, 10 *in recens nato* partes corporis ita formare, ut, quae concava esse debent, premantur, ... quae -ia, adducantur. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 18 guttur prominens atque -s. 2, 10, 77. 2, 27, 144 thorax ... -ior fiet. chron. 1, 5, 154 oculos atque venas in vultu -iores habeat *aeger* (CASS. FEL. 71 p. 171, 5 -ior). 3, 4, 50 -s durities sive scirrhosis (*cf.* 3, 4, 51). 3, 8, 106. 5, 1, 3 vertebri duratae partes -iores fiant. diaet. pass. 146 *maculae* -iores et solidae efficiuntur. *sim.*: CASS. FEL. 63 p. 155, 18 cum pulsu -i et inani (*syn. Cael. Aur. acut. 2, 1, 8* magno). **2** *in natura rerum, i. q. altus*: STAT. Theb. 9, 455 *fluvius* super ripas utroque -ior ibat aggere. AVIEN. orb. terr. 1379 ima iugi -is vestigia (*cf.* VEN. FORT. carm. 10, 9, 19 inde per -es [extentos *BL*] colles et concava vallis ... labimur).

B *translate: fere i. q. insignitus* (GLOSS.L II Abav. EX 115 -ia[e] egregia[e]): SVET. vita Lucani p. 51, 6 neque verbis adversus principem neque factis -bus (excitantibus *Jahn*) post haec temperavit.

n. pro subst.: **A** *proprie: plur., i. q. eae partes, quae in corpore animantium prominent*: PLIN. nat. 35, 127 *pictor* bovem atri coloris fecit ... magna ... arte in aequo -ia ostendente (*syn.* eminentia). LACT. opif. 5, 2 *deus e corpore* quattuor fecit -ia, bina posterius ..., bina ... collo proxima.

B *translate: i. quod in re (in vita) est*: **1** *universe*: MART. CAP. 7, 731 *monas* est accidens cuilibet -ium (excitantium *M*) primo. CASSIOD. var. 4, 51, 1 p. 138, 5 et apte disponere *domus aedificandas* et -ia competenter ornare. *nota: i. q. tempus praesens (opp.* instans [*i. fut.*], raptum [*i. praet.*]): MART. CAP. 9, 894 *oraculum* trini cursus praesagia pollicetur, hoc est -is, instantis et rapti. **2** *apud ECCL.: i. q.* τὸ ὄν (*cf.* existens *p. 1876, 7*): **a** *usu vario*: HIL. syn. 40 p. 513A ut *filio dei* ... -s origo sit *eqs. ibid. iterum.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349A divina ... potentia ... -ium naturis inserta *eqs.* (*gr. p. 128C* τῶν ὄντων). **b** *in dogmate Arriano (cf. p. 1876, 19 sqq. et conspectum apud Canon. Turner I 2, 1 p. 323 n. 50)*: HIL. c. Const. 23 p. 599A dicunt de non -bus esse filium dei (syn. 35 p. 507C. *cf.* 38 p. 510A de nullis -bus. trin. 6, 13 p. 167A; *syn.* ex nihilo. *et saepe*). Ps. PHOEBAD. fid. 2 p. 35C ἐξ οὐκ ὄντων est, id est ex nullis -bus (CONC.S I 2 p. 36, 1; *syn. I 3 vers. Tur. p. 121, 8* existentibus. VICT. VIT. 2, 57. *et saepe*).

deriv.: exstantia. *Hiltbrunner.*

[**ex(s)tomacātur** *v. s.* stomachor.]

exstrangulo, -āre. *ab* ex *et* strangulare. *fere i. q. suffocare*: PHILIPP. in Iob 30 (*vs. 18*) p. 716A in necem meam omnes undique me velut -antes circumdederunt et ut me praefocarent *eqs.* (*in imag.; seq.* laqueis ... me cinxerant).

[**ex(s)trictio,** -ōnis *f.* ORIBAS. syn. 5, 53, 6 La p. 91, 15 ventris -em. *v. s.* strictio.]

ex(s)tringo, -strīnxī, -ere. *ab* ex *et* stringere. *adhibetur pro* stringere (*i. tangere*), *sc. prothesi auctum*: LEX Sal. 20tit. 20, 1 (strinxerit, de-, in- *ll. vv.*). *ibid. iterum. v. s.* stringere.

fere i. q. constringere, compedire (*cum vi praepositionis auctiva? [v. Kinnirey, Vocab. of Greg. M. dial., diss. Washington 1935, p. 121, quae censet verbum a Greg. M. innovatum esse collato verbo q. e.* extremere *l. l. p. 32]. an pro* stringere? [*cf. l. 76*]): GREG. M. dial. 4, 55 p. 313, 15 M. teterrimos spiritus, qui ... Valentini pedes quadam ligatura -trinxerant (-cx- *A*, -tincx- *M*; contrinxerant *l. v.*).

exstructē *v. s.* exstruo. *K.*

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exstrūctio (ext-), -ōnis *f.* *ab* exstruere. *de scriptura: in tit.*: exst-: CIL XIV 98, 3 (*a. 139*). INSCR. RevA. VI 10, 1937 p. 407 n. 246 (*aet. imp. M. Aur.*). CIL VIII 14372, 10. ext-: CIL III 1212, 7. *in codd. utraque script. occurrit,* ext- *e. g.* VLP. dig. 30, 41, 4 (F^1). *de notione*: GLOSS. κατασκευὴ οἰκοδομῆς. *legitur inde a* CIC., VITR.

I *i. q. actio exstruendi, fere i. q. aedificatio* ([*syn. l. 26. 37*]. *spectatur potius -is genus vel modus e. g. l. 13. 20. sensu coartato de imagine qua rationes construendi aedificii futuri delineantur l. 29. syn.*: elevatio *l. 27.* instauratio *l. 22* [*opp. l. 42*]. refectio *l. 22*): **A** *aedificiorum, urbis*: CIC. nat. deor. 2, 150 -es ... tectorum. VITR. 7, 1, 4 cum *pavimenta* ... exstructa fuerint et fastigia sua -e[m] habuerint, ita fricentur *eqs.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 71 area ... ad -em balinei uti (COD. Iust. 8, 10, 5 [*a. 290*] solidam balneorum -em ... aggressus est. *cf.* CIL XIV 98, 3 [*a. 139*] *thermarum*). SVET. Cal. 37, 2 in -bus praetoriorum atque villarum. INSCR. RevA. VI 10, 1937 p. 407 n. 246 (*aet. imp. Marc. Aur.*) curam agente ... -is ... murorum praeside provinciae. VAL. dig. 50, 8, 6 omnium operum -i (VLP. dig. 39, 1, 5, 12 impediri operis necessarii urgentem -em. DICT. 1, 2 preciosa ... -e. CIL VIII 14372, 10 ob ... magnam ... operis septizodi ... -em. *al.*). VLP. dig. 30, 41, 4 ad -em domus Seianae (PANEG. 8, 21, 2 -e veterum domorum [*syn.* refectione, instauratione]. COD. Theod. 7, 8, 5 pr. [= Iust. 12, 40, 2 pr.]. *al.*). PAVL. dig. 20, 1, 29, 2 sumptus in -e erogatos (*cf.* COD. Theod. 15, 1, 24 [= Iust. 8, 11, 8] pecunia ad -em ... decreta. *al.*). 24, 1, 14 aedificii. 35, 2, 1, 19 monumenti (*syn.* aedificationem). TERT. praescr. 42 l. 10 (*cf. Kroymann ad l.*) -es iacentium ruinarum (*syn. l. 4* elevationem). PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 184, 11 pyramidum. CET. FAV. 1 p. 288 orthographia est laterum et altitudinis -o (*cf. l. 9*). HIER. in Is. 49, 14 p. 471B cisternarum. VVLG. Ezech. 17, 17 in -e vallorum. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 3 p. 710a. med. ferramentorum copia quae usus -is (*sc. castrorum*) poposcerit (*gr. 3, 78 δόμησιν*). 7, 10 p. 819in. opus ... admirabile tam -is genere quam magnitudinis (*gr. 6, 267 κατασκευῆς*). 7, 21 p. 831p. med. -e itemque magnificentia munerum templum clarius reddidere (*gr. 7, 45 τῇ κατασκευῇ*). CONSVLT. Zacch. 1, 17 p. 20, 21 cum ... in -e sceleris (*i. turris Babylonicae*) perseveraret audacia (*cf.* SACR. Leon. p. 320 superbae ... turris -o [*syn.* aedificationi]. *al. v. l. 60*). LEO M. serm. 48, 1 p. 298C (*alleg.*) viva ... rationabilisque materies ad -em templi huius (*sc. dei*) assumitur. PROSP. in psalm. 146, 2 p. 417C -o Ierusalem, quae aedificatur ut civitas, pace consurgit (*in alleg. de ecclesia*: in psalm. 126, 1 p. 372A). COD. Iust. 8, 11, 7 (*a. 384*) ad portus et aquae ductus et murorum instaurationem sive -em. CIL III 1212, 7 ad extruction(em) aëtomae.

B *aliarum rerum*: **1** *corp.*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 3 p. 351C tanti huius orbis -o (*syn.* formatio. *gr. p. 133C κτίσις*). **2** *incorp.*: TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 505, 7 probamus -em potius legis et prophetarum inveniri in Christo quam destructionem (*v. p. 1941, 8 sqq.*).

II *i. q. res exstructa*: **A** *de aedificiis* (*syn.* aedificatio *l. 57.* fabrica *l. 58*): CIC. Phil. 14, 34 *pro patria mortuos* contectos publicis operibus ... eaque -e quae sit ... ara Virtutis. TERT. spect. 2 p. 2, 12 ipsae -es locorum. HIL. in Matth. 25, 1 p. 1053A magnificentia ei (*i. Christo*) -is (*i. templi*) ostenditur (*ibid. antea: Itala Matth. 24, 1* structuram, *οἰκοδομάς, Vulg.* aedificationes templi). SERV. auct. georg. 2, 361 domos, in quibus -es singulae tabulata dicuntur. COD. Theod. 13, 6, 7, 1 (= Iust. 11, 3, 2, 3) -o, cuius est ardua difficilisque molitio. PROSP. sent. 107 terrena aedificatio a terra incipit, caelestis -o a superno crescit exordio (*antea*: fundamentum fabricae spiritalis in summo est). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14 p. 699B molem immodicae -is ([instr- *l. v.*]. *i. turris Babyl., cf. supra l. 36*). CASSIOD. Ios. antiq. 15, 14 p. 452in. neque in -bus mihi magis quam vobis omnibus festinavi tutelam impendere (*gr. 15, 383 κατασκευάσμασιν*).

B *de variis rebus*: **1** *quae in struem congeruntur*: **a** *de acervis*: FEST. p. 310 struices antiqui dicebant -es omnium rerum. SERV. auct. Aen. 3, 22 -o lignorum rogus *dici solet.* **b** *de mulierum crinibus in altum compositis* (*cf. Stat. silv. 1, 2, 114* suggestum ... comae): TERT. uxor. 2, 3 l. 25 *mulier* exhibebit formam, -em, munditias saeculares. *cf. p. 1938, 51.* **2** *quae exstruendo creatae sunt*: TERT. resurr. 5 p. 31, 14 *hominis* futtile ... illud corpusculum ... etsi angelorum fuisset operatio ..., etsi ignei alicuius -o ... angeli *eqs.* adv. Hermog. 40 p. 169, 25 nisi si qui putat in hac -e mundi dispositae *materiae* ... informem ... materiam respondere.

exstrūctor (ext-), -ōris *m.* *ab* exstruere. *scribitur* extr-: CE 791, 1. *is qui aedificat, fere i. q. aedificator*: HIER. in Is. 66, 1 p. 652C Salomon -r templi (CE 791, 1). ACT. Archel. p. 39, 19 *deum murum* adseris extruxisse, ut homines solent -es (*syn. ibid. p. 38, 30* instructorem).

deriv.: exstructorius.

exstrūctōrius, (-a), -um. *ab* exstructor. *fere i. q. aedificatorius*: TERT. carn. 17 l. 34 verbum -um (*codd. praeter T*: stru-) vitae (*syn.* aedificatorium). *Oellacher †.*

exstruo (ext-), -strūxī, -strūctum, -ere. *ab* ex *et* struere. SERV. auct. Aen. 4, 267 -is a struice. *de scriptura*: exstr- *et* extr- *promiscue in codd.* (*e. g.* FRONTO p. 199, 14 N. extr- *bis.* p. 200, 3 exstr-). *in inscr.*: EX · STRVCTVM: CIL XII 4388, 4. exstr-: LEX arae urb. (CIL VI 30837b; *a. 84—96*) 14. FAST. mag. Ost. a. 127 (Inscr. It. XIII 1 p. 205) l. 19. CIL VIII 20834, 4 (*a. 167?*). INSCR. RevA. IV 12, 1908 p. 444 n. 162 (*s. IIex.*). *al. v. et l. 10.* extr-: CE 1034, 2 (*s. I*). EPIST. imp. Vesp. ad Sabor. (CIL II 1423; *a. 78*) 9. CE 1523, 10 (*s. II*). CIL XIV 2795, 7 (*a. 140*). FAST. mag. Ost. a. 152 (Inscr. It. XIII 1 p. 207) l. 16. CIL XIV 376, 26 (*aet. imp. M. Aur.*). INSCR. RevA. IV 12, 1908 p. 332 n. 44 (*aet. imp. Sev. Alex.*). CE 252, 1 (*ante a. 235*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 530 (*a. 261*). CIL III 22, 8 (*a. 288*). *et saepe. v. et l. 12 bis.* exstrucx-: ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (CIL VIII 2532; *a. 128*) B b 4 CIL IX 5649, 4. *cf.* CIL VII 1039 (*a. 219/222*) extrucxit. extruxs-: CIL VI 814, 9 (*a. fere 70*). CHAR. gramm. p. 477, 5 B. *inter verba coni. tertiae.* *de notione* (*v. et p. 1939, 13*): AGROEC. gramm. VII 117, 11 -ere est in altum struere (ISID. diff. app. 122 p. 1325C in altum proficere. *al.*). SYNON. Cic. p. 440, 5 B. effecit. ... consummavit. peremit. -xit. GLOSS.L III Abol. EX 115 -is moliris. 123 -imus sternimus ([ext- *A*]; aedificamus *add. v*). *de usu (cf. p. 1941, 13): p. p. p. pro subst. v. p. 1941, 19. in fig. etym. p. 1939, 80. in lusu verb. p. 1941, 10. legitur inde a* PLAVTO, CATONE, LVCIL., COM. pall. inc., RHET. Her., CIC.; *ap.* LVCR. *septies libro sexto.*

[*ex emend.*: HIRT. Gall. 8, 41, 2 aggerem -ere (*Kübler*; (in)struere *trad.*). *variat c.* (in)struere (*cf. l. 84 sqq.*): *e. g.* PLIN. epist. 10, 96, 1 ignorantiam instruere (*recte*). AVG. civ. 17, 8 p. 224, 21D. *v. et l. 23. p. 1939, 29. falso trad.*: CAES. civ. 3, 54, 2 (*pro*: obstructis, *l. v.*). VITR. 2, 8, 3 (*v. p. 1944, 75*). 3, 5, 9 (exuta *Lorenzen*). TERT. resurr. 51 p. 105, 3 (*pro* extrusit; *sic*: pall. 4, 4). *v. et l. 46. p. 1939, 32.*]

i. q. struendo, sternendo, acervando accumulare, erigere: **I** *in universum*: **A** *strictius*: **1** *c. obi. quod 'afficitur' (sic p. 1940, 76), fere i. q. congerere, conicere alqd. in acervum sim.*: **a** *res naturales*: LVCR. 6, 186 densis ... nubibus et simul alte -ctis aliis alias super (6, 247. 268. *cf.* 6, 188 lata magis quam sursum -cta ... nubila. 6, 964 nives). CAES. Gall. 3, 29, 1 omnem ... materiam ... pro vallo ad utrumque latus -bat. VERG. georg. 1, 283 ter pater -ctos disiecit fulmine montes (OV. fast. 5, 39 -ere hi montes ad sidera summa parabant. VAL. FL. 2, 20 versos -xit in aethera montes. SIL. 9, 308 Iupiter -ctis vidit ... montibus ire ... gigantas). HOR. epod. 2, 43 uxor ... sacrum vetustis -at lignis focum ([*i. ligna circa f.*]. *in acervando rogo*: LIV. 28, 22, 6 ligna circa -unt. *cf.* LVCAN. 2, 158 robora busti -it. 7, 806 nemus -e Pindi, erige congestas ... silvas. *v. et l. 67 sqq.*). COLVM. 2, 18, 2 foenum ... in metas -i (*cf.* 6, 3, 1 stramenta ... praecisa in acervum -i).

b *toros -endo, sternendo parare sim. (de homine per hypall. l. 48)*: VERG. Aen. 3, 224 -imus ... toros dapibusque epulamur (11, 66. MART. 4, 8, 6 imperat -ctos [excelsos *l. v.*] frangere nona *hora* toros. HIER. epist. 38, 4, 2. *v. et p. 1939, 8. al.*). SVLP. SEV. epist. 1, 10 lectum ei plurimo stramine -erunt. *nota* (*v. l. 44*): VERG. Aen. 9, 326 *Rhamnes* tapetibus altis -ctus (*cf.* SERV. auct. 9, 322). STAT. Theb. 2, 91 fuderat Assyriis -cta tapetibus alto membra toro.

c *de capitis ornamento, de crinibus in altum accumulatis*: FEST. p. 355 capitis ornamentum quod fiat vitta purpurea innexa crinibus et -ctum in altitudinem. PRVD. psych. 184 turritum tortis caput accumularat in altum crinibus, -ctos augeret ut addita cirros congeries.

d *res incorporeas*: *α divitias*: COM. pall. inc. 55 cur rem dilapidas, quam miser -xit labor. HOR. carm. 2, 3, 19 -ctis in altum divitiis potietur heres ([PORPH. *ad l.* quas tu in altum -eris ac per hoc magnas amplasque feceris. SCHOL. Hor. *ad l.* compositis. *cf. falsam versus explicationem p. 1940, 80 allatam*]. PETRON. 84, 2 qui solas -ere divitias curant). *β verba fere i. q. construere, componere*: RHET. Her. 4, 32, 44 *in traiectionibus* oportet verba sicuti ad poeticum quendam -ere numerum.

2 *c. obi. quod 'efficitur': i. q. acervum sim. efficere (cf. p. 1939, 40)*: CIC. Sest. 77 caedem ... tantam, tantos acervos corporum -ctos (OV. met. 5, 88 -ctos morientum ... acervos [= HOMER. 402]). fin. 3, 76 illum a Cyro -ctum rogum (OV. am. 3, 9, 6. *al.* LIV. 25, 17, 4 VAL. MAX. 6, 8, 7 SIL. 13, 278. *al. cf.* LVCR. 6, 1283 aliena rogorum ... -cta. BELL. Hisp. 33, 3 pyram sibi -xit [OV. fast. 2, 534. CE 1034, 2; *s. I.* IVST. 1, 3, 5. *al.*]. STAT. Theb. 12, 54 ardent ... viscera gentis molibus -ctis. *al. v. et l. 40 sqq.*). CAES. Gall. 6, 17, 4 -ctos cumulos (*Ald.*, tum- *trad.*) *spoliorum.* AETNA 374 magnis -cta ruinis congeries (*i. lapidum*). QVINT. inst. 7, 3, 31 tumulo quem -erant (TAC. ann. 1, 62, 1 primum -endo tumulo caespitem Caesar posuit. SVET. Aug. 12 publice -cto. SPART. Hadr. 14, 4 CIL IX 5925, 9. *al.*). *al.*

B *laxius*: **1** *res varias aliquo loco -endo collocare: fere i. q. spectandum alqd. ponere, exponere (fere i. q. disponere l. 81)*: PLAVT. Pseud. 162 tu argentum eluito, idem -ito (*cf.* VITR. 8, 6, 11 -ctas ... vasorum argenteorum mensas; *aliter p. 1939, 3*). FEST. p. 351 stipam, qua[m] amphorae cum -untur, firmari solent. COLVM. 12, 45, 3 similiter doliis -untur ollae. *fere i. q. ponere, erigere*: SEN. contr. 1, 3, 3 in cuius (*i. sacerdotis incestae sc. deiciendae*) poenam saxum -endum est.

2 -ere *transit in not. verbi q. e. instruere*: **a** *mensam abun-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

danter cibis onerare, instruere, inde convivium, dapes, cenam sim. exornare: PLAVT. Men. 101 ipsus escae maximae ceriales cenas dat, ita mensas -it, tantas struices concinnat patinarias (LVCIL. 443 -cta[m] ... cum accumbimus mensa. CIC. Pis. 67 -cta mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. Tusc. 5, 62 mensae conquisitissimis epulis -bantur. Cato 44 *senectus* caret epulis -ctisque mensis. TIB. 2, 5, 99 sibi quisque dapes et festas -et [-at *A*] alte caespitibus mensas caespitibusque torum. OV. met. 11, 120 mensas posuere ministri -ctas dapibus. SIL. 11, 271 regifice -ctis celebrant convivia mensis. *aliter p. 1938, 79*). HOR. sat. 2, 6, 105 multa ... de magna superessent fercula cena quae ... -ctis inerant ... canistris. SEN. contr. 9, 2, 6 magnifico apparatu -itur convivium. **b** *alqd. aliqua re ornare, instruere* (*aciem militibus l. 18. cf.* NON. p. 105, 22 exornare, ornare, ut -ere, instruere. *syn.* expolire *l. 23*): SEN. Oed. 305 aras ... dono turis Eoi -e. LVCAN. 8, 819 *Pompei nomen* solitum ... legi super alta deorum culmina et -ctos spoliis hostilibus arcus. MART. 5, 42, 6 mercibus -ctas ... rates (*aliter p. 1940, 53*). FRONTIN. strat. 2, 3, 1 dextro cornu, quod validissimis militibus -erat (*cf. 2, 3, 2* fortissimis ... in dextro cornu conlocatis). MIN. FEL. 22, 5 Diana ... multis ... uberibus -cta. TERT. cult. fem. 2, 13 l. 37 prodite vos ... medicamentis et ornamentis -ctae prophetarum et apostolorum. ARNOB. nat. 2, 69 p. 103, 26 medicina philosophia musica ceteraeque omnes artes, quibus vita est -cta et expolita. CLAVD. carm. min. 25, 103 floribus -itur currus. *al.* **c** *fere i. q. instruere, parare* (*med.-pass. l. 25. acced.* ad *fin. l. 26. 29*): TERT. anim. 5, 1 p. 304, 8 fortasse an -entur magis ad auferendam animae corpulentiam, si *eqs.* resurr. 48 p. 99, 10 per haec *verba* cui nos rei credendae videtur -ere *Paulus*? BENED. reg. **1** p. 19, 10 qui didicerunt contra diabolum ... docti pugnare et bene -cti (instructi *l. v.*) ... ad ... pugnam ... sola manu ... pugnare sufficiunt.

3 (*transl.*) *fere i. q. alqd. in altum efferre, exaltare, augere* (*opp.* summittere *l. 32. i. q. alqd. amplificare, exaggerare l. 36*): SEN. nat. 3 praef. 9 deus -it (exaltat *l. v., cf. p. 1157, 69*) alia *regna*, alia submittit (*cf. interpretationem quae tamen versui Verg. non convenit*: CLAVD. DON. Aen. 4, 235 p. 385, 12 quid fovet *Aeneas* aemulam *gentem*? quid -it inimicam *gentem*?). GELL. 13, 25, 12 hoc ornatus genus in crimine uno vocibus multis atque saevis -endo ... Cato ... in orationibus suis celebravit.

II *speciatim: fere i. q. aedificare, construere aut quomodocumque aut in altum struere, erigere, educere*: **A** *praevalente notione efficiendi* (*cf. et p. 1938, 64*): **1** *de aedificiis et quibusvis aedificationibus*: **a** *proprie*: CATO agr. 18, 6 in iis tignis parietes -ito (CAES. civ. 2, 9, 3. 2, 9, 6 lateribus. VITR. 3, 4, 1 supra ... terram parietes -antur sub columnas. *al.* FEST. p. 301 OPTAT. 1, 2 p. 4, 6. PASS. Thom. p. 134, 23; *opp.* corruunt. CIL III 6846, 2 ab imo. *al.*). CIC. dom. 101 ⟨aedem⟩ (SEN. contr. 2, 1, 11 PLIN. epist. 9, 39, 3. CIL XIII 1567, 4 aedem a fundamento usque consummationem -erunt. *al.*). 124 -it villam in Tusculano (SALL. [?] rep. 1, 8, 1 domum aut villam -ere. VAL. MAX. 8, 1 damn. 7. SEN. epist. 51, 11 villas in regione Baiana. 86, 4 villam -ctam lapide quadrato. *al.*). Mil. 74 aedificium -ere in alieno *fundo* (LEX arae urb. [CIL VI 30837 b; *a. 84—96*] 14 ne cui liceat intra hos terminos aedificium -ere. *al.*). Phil. 14, 33 (*in imag.*) *militibus* immortale monumentum suis paene manibus senatus populusque Romanus -erit (VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 publicis usibus apta monumenta. OCTAVIA 196 PLIN. epist. 9, 19, 6 CE 1523, 10. *al. cf.* CIL IX 5649, 4 *coniugi bene merenti* a fundamentis memoriam -cxit). leg. 2, 68 -i ... vetat *Plato* sepulcrum altius quam *eqs.* (HOR. sat. 2, 5, 105. *al. cf.* PLIN. epist. 6, 10, 5 conditoria). *al.* LVCR. 6, 561 supera terram quae sunt -cta domorum (*cf.* COLVM. 4, 3, 1 domos. SOL. 28, 1 salibus domus -unt. *v. l. 48. al.*). CAES. Gall. 2, 30, 3 aggere -cto (HIRT. Gall. 8, 41, 5. *cf.* CAES. Gall. 7, 72, 4 aggerem ac vallum XII pedum -xit [BELL. Alex. 2, 4 erat ... quadrato -ctus saxo]. *al.*). civ. 2, 9, 8 sex tabulata -erunt (*sc. turris. cf.* 3, 54, 1 turres. 3, 112, 1 SALL. Iug. 23, 1. *al.* PAVL. FEST. p. 88 missile, quo utuntur ex falis, id est ex locis -ctis, dimicantes). BELL. Alex. 19, 4 qua exitus navibus erat fornice -cto. NEP. Them. 6, 5 cum satis altitudo muri -cta videretur (VITR. 2, 8, 17 altitudines -ctae. *cf.* LIV. 39, 37, 2 muri. 42, 63, 4 pro diruto muro novum ... saxis -bant. PLIN. nat. 29, 9 muris patriae moenibusque. CIL VIII 20834, 3 [*s. II*]. *al.*). VERG. Aen. 4, 267 urbem (PAVL. FEST. p. 117 OCTAVIA 421 PANEG. 3, 9, 2. *al. cf.* EPIST. imp. Vesp. ad Sabor. [CIL II 1423; *a. 78*] 9 permitto vobis oppidum ... in planum -ere [SOL. 1, 61. 3, 3. 40, 18. *al.*]. SOL. 27, 8 Clypeam civitatem Siculi -unt [HIER. epist. 18A, 2, 4. *al. in imag. de re publica instituenda*: CIC. rep. 2, 21]). HOR. sat. 1, 5, 98. TIB. 2, 1, 24 ex virgis ... casas. LIV. 8, 14, 12 suggestum in foro -ctum (COLVM. 9, 7, 1 suggestus lapideus ... in tres pedes altitudinis ... -ctus). LIV. perioch. 20 p. 25, 10 circum Flaminium (PLIN. nat. 36, 102 SVET. Cal. 54, 1 Dom. 5. *al. cf.* LIV. perioch. 48 p. 57, 5 theatrum. SVET. Aug. 29, 5. TERT. adv. Hermog. 31 p. 160, 5 theatrum et circum. INSCR. RevA. IV 12, 1908 p. 444 n. 162 [*s. II ex.*] theatro propria pecunia -cto. *al.*). VITR. 3, 4, 1 -atur ... structurā totum solum quam solidissimā (*cf.* 3, 4, 2 -ctis ... fundamentis ad libramentum). 7, 1, 4 pavimenta (*antea*: struantur). *al.* VELL. 2, 81, 3 templum (VAL. MAX. 4, 5 pr. SEN. frg. 123 templa ... congestis in altitudinem saxis -enda. *al.* INSCR. RevA. IV 12, 1908 p. 332 n. 44 [*aet. imp. Alex. Sev.*] templum a solo -erunt. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 530 [*a. 261*]. *al. cf.* PLIN. nat. 36, 84 Soli sacrum [PRVD. cath. 5, 140 sacrario]. *al.* TAC. ann. 4, 37, 1 delubrum [*al.*]). *al.* COLVM. 5, 1, 3 qui iam -cta metiuntur. 8, 3, 1 ornithonis tres continuae -untur cellae (MART. 3, 48, 1 pauperis -xit cellam. *cf.* HIER. praef. Vulg. pent. nescio quis ... auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo -erit). 8, 14, 1 quadratae harae caementis vel etiam laterculis -untur (*cf.* COD. Theod. 8, 5, 34, 2 stabula). MELA 1, 55 pyramides (*al. cf.* LVCAN. 8, 695 regum cineres -cto monte quiescant). SIL. 15, 388 alta sepulcri ... -itur ... ara (16, 262 SVET. Aug. 15. CE 252, 1 aram ... Nymphis. *al. cf.* TAC. hist. 2, 70, 2 altaribus). MART. 9, 75, 6 thermas (10, 79, 4 nitidas vario de marmore. SVET. Tit. 7, 3 CIL XIV 2101, 3. *al. cf.* SVET. Nero 35, 5 balineis [VLP. dig. 9, 2, 50. 25, 1, 14, 2. INSCR. RevA. VI 6, 1935 p. 215 n. 28 balneas nobas a solo sua pecunia -xit. *al.*]. PANEG. 5, 4, 4 lavacris quae corruerant -endis. AMM. 16, 10, 14). FRONTIN. aq. 89 putea. TAC. ann. 4, 7, 2 castra (CIL III 22, 8; *a. 288. al.*). 14, 53, 4 hortos (*v. Nipperdey ad l.*). PLIN. paneg. 56, 6 tribunal viridi caespite -ctum. SVET. Aug. 43, 1 -ctis in campo Martio sedilibus ligneis. Claud. 20, 3 portum. FAST. mag. Ost. a. 152 (Inscr. It. XIII p. 207) l. 16 *basilicam* ⟨pec⟩unia sua -xit (PAVLA Hier. epist. 46, 11, 1 ad instar palatii opibus privatorum -ctae basilicae). PAVL. dig. 39, 3, 11 pr. pontem. HIER. in Ier. 1, 6, 2 p. 9, 23 aedificatio, quae super petram non habet fundamentum, sed in harena -cta est, ... destruitur. CLAVD. 10, 87 Lemnius haec *atria* ... gemmis -xit. COD. Theod. 15, 1, 30 (= Iust. 8, 11, 9) licentia ... -endi. COD. Iust. 8, 11, 6 (*a. 383*) omnia, quae per ... urbes ... contra ornatum et ... decoram faciem ... -cta noscuntur. CIL VIII 21671, 6 aquagium novo opere a solo -ctum. XIII 6244, 7 portam omni sumptu suo -ctam. *al.*

b *in imag.* (*v. et p. 1939, 52. 72*): CIC. fin. 4, 1 tam ... diligenter ... non modo fundatam, verum etiam -ctam disciplinam. 5, 71 -e animo altitudinem excellentiamque virtutum. TERT. pudic. 21, 11 p. 270, 12 in ipso (*i. Petro*) ecclesia -cta est (HIER. in Ier. 5, 37, 4 p. 323, 19. *al.*). adv. Marc. 4, 39 p. 553, 28 fundamenta super quae nos aedificamur -cti secundum Paulum (*cf.* FIRM. err. 20, 1 noster lapis [*i. Christus*] dei fundatus manu -it [*sc. nos*], confirmat, erigit, munit *eqs. al.*). PAVLA Hier. epist. 46, 7, 1 *mundum* diabolus ... -xit vitiis, sceleribus condidit. CHROMAT. beat. 9 p. 328A octo gradus euangelici -cti ex lapidibus ... pretiosis. COD. Iust. 1, 17, 1, 5 cum ... materia ... collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere -ere et quasi ... templum Iustitiae consecrare. *al.*

2 *de rebus variis: fere i. q. construere, fabricare, componere*: **a** *proprie de corporeis*: **α** *nidos, cellas apium*: CIRIS 193 sedes in turribus altis ... ubi -cto possis considere nido. PLIN. nat. 11, 29 *apes* regias imperatoribus futuris in ima parte alvi -unt amplas, magnificas (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950A *apes* in tenera ... membrana crebras thecas ... -unt [*gr. p. 173C συνοικοδομεῖ. syn.* aedificant]). **β** *instrumenta, machinas, res diversas* (*de homine tamquam re l. 52*): SEN. dial. 9, 9, 7 tecto tenus -cta loculamenta, *ubi libri collocantur*. COLVM. 6, 37, 10 locus (*v. p. 1941, 4*) est ad hos usus -ctus: machinam vocant rustici. 9, 6, 2 *alvi* ex fimo fingantur vel lateribus -antur. LVCAN. 3, 530 quas (*i. quadriremes*) ... quater surgens -cti remigis ordo commovet (*v. l. 48*). VAL. FL. 5, 628 carina. MART. 14, 222, 2 mille tibi dulces operum manus ista (*sc. pistoris dulciarii*) figuras -et. TERT. patient. 14 p. 21, 25 (*in imag.*) quale in illo viro (*i. Iob*) feretrum deus de diabolo -xit. DICT. 5, 11 equus *Troianus* tabulatis -itur per Epium. VVLG. Is. 5, 2 torcular. *al. v. et l. 74.*

b *translate de incorporeis*: PETRON. 118, 2 facilius poema -i posse quam controversiam. TERT. nat. 2, 9, 2 p. 110, 25 superstitio ... auctoritatem sibi -xit (*cf.* bapt. 2, 2 p. 202, 3 idolorum sollemnia ... de suggestu et apparatu ... fidem et auctoritatem sibi -unt [adv. Marc. 3, 3 p. 380, 4. HIL. trin. 5, 35 p. 153C ex propheticis dictis perfectae huius unitatis fides est -enda]). resurr. 34 p. 75, 15 plenitudinem ... resurrectionis. adv. Val. 20 p. 199, 10 *mater* tantum fastigium filio -ens per ea opera *eqs.* adv. Marc. 2 p. 333, 12; *opp.* subruere. LAVRENT. eleem. p. 113D -e bellum contra ... peccatum.

3 *de homine (eiusque corpore): fere i. q. conformare, creare*: TERT. resurr. 5 p. 32, 13 homo, ut dominus eorum (*i. universorum*), in hoc ab ipso deo -ctus est. 6 p. 33, 7 *in homine creando* magna res agebatur quae ista materia (*i. limo*) -batur (adv. Marc. 2, 4 p. 338, 12). PRVD. ham. 942 cum *anima* corporis ... liquerit hospitium nervis, cute, ... ossibus -ctum. POMER. 3, 18, 1 p. 501B *hominis* corpus ... quattuor elementis -ctum. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 364A veluti organum ... musicum totum hominis corpus -ctum (*gr. p. 161A δεδημιούργηται*).

B *praeval. not. aedificandi* (*cf. p. 1938, 30 'obi. affectūs'*): **1** *proprie: c. respectu loci quo quid aedificatur*: CIC. Pis. 48 hunc Tusculani montem -endum (*i. villam in monte -endam*). SALL. Catil. 20, 11 divitias ... profundant in -endo mari (LACT. inst. 7, 3, 9 maria -untur. *ad rem v. e. g. Vitr. 5, 12, 4*; SCHOL. Hor. carm. 2, 3, 19 [*v. p. 1938, 57*] mari iactis operibus et -ctis in altum aedificiis). TAC. hist. 1, 67, 2 in modum municipii -ctus locus (AMM. 23, 6, 31 vicis in modum oppidorum -ctis. 29, 5, 13 *fundum* Salmaces dominus in modum urbis -xit). VOPISC. Aurelian. 47, 3 Tiberinas -xi ripas (*cf.*

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIL X 6811, 19 [*a. 238*] litus ... ad labem ruinae labefactatum aggeribus marini operis a fundamentis ... -i curarunt). AMM. 15, 10, 2 quas (*i. Alpes*) ... rex Cottius ... molibus magnis -xit (*sc. viis factis*). 22, 16, 14 Canopus ... amoenus ... locus ... diversoriis laetis -ctus (*v. p. 1940, 49*).

2 *translate: fere i. q. exaedificare* (*opp.* destruere *l. 8*): TERT. anim. 28, 2 p. 347, 8 Pythagoras ..., ut hanc sententiam -ret, ... mendacio incubuit. adv. Marc. 1, 23 p. 321, 9 praeceptum diligendi proximum ... a Christo non destructum, sed potius -ctum (*c. eodem lusu verb.*: adv. Marc. 4, 7 p. 435, 22 substantiam legis. 4, 9 p. 441, 7 legem. 4, 22 p. 492, 12 sic destruit *deus* quos de radiis suis -it. mart. 3 p. 11 Oe.).

structurae notabiliores: -ere a fundamento, ab imo, a solo *sim. p. 1939, 46. 55. 84. 1940, 14. 27. 1941, 2.* -ere in aethera, in altum, in altitudinem *p. 1938, 15. 37. 53. 54. 57. 58. 1939, 75.* -ere in planum *p. 1939, 71. c. praepp.*: ad *p. 1938, 37.* ad (*i. secundum*) *p. 1938, 63.* ad (*fin.*) *p. 1939, 25.* in (*fin.*) *alqd. p. 1938, 42. 82.* usque *alqd. p. 1939, 46. c. dat.: p. 1939, 27.*

p. p. p. **exstrūctum,** -ī *pro subst. n. (cf. et p. 1938, 69. 1939, 58. 1940, 3): fere i. q. locus aggestus* (*aut naturaliter editus aut herbis sim. congestis ad sedendum praeparatus*): VERG. Aen. 5, 290 media ... in valle theatri circus erat; quo se multis cum milibus heros consessu medium tulit -oque resedit (*cf. Thiel, Conington, Kappes, al. ad l.*: consessu *est dativus* [*falso iungitur c. verbo* -o: SERV. *ad l.*, CLAVD. DON. *ad l.* p. 455, 16, *cf. et* p. 467, 23, *Sabbadini, al.; significat enim ap. VERG. ubique [quater] spectatorum congregationem, de eodem conventu atque hoc versu etiam Aen. 5, 340. 577; v. vol. IV 423, 72. 424, 80. 81. 83. 84*]).

p. p. p. **exstrūctus,** -a, -um *pro adi.* GLOSS. ἐξηρτισμένος. *superl.: fere i. q. sumptuose aedificatus*: APVL. Socr. 22 p. 171 illa s⟨i⟩ (*cf. app. cr.*) spectes, in quae patrimonia sua profuderunt, amoenissima et -issima et ornatissima deprehendas, villas aemulas urbium conditas *eqs.*

adv. **exstrūctē.** *fere i. q. exornate, polite*: TERT. cult. fem. 2, 11 l. 1 quae ... vobis causa est -ius (*A*, structius *rell.*) prodeundi.

deriv.: exstructio, exstructor.

[**ex(s)tudeo** studiose reperio GLOSS. V 551, 59. *fluxit e Serv. georg. 1, 133* extunderet (-tud- *falso legisse videtur*) studiose reperiret. *v. et s.* extundo.] *K.*

exsūcātio, -ōnis *f.* *ab* exsucare. *scribitur*: exu- *l. 42.* esu- *l. 44.* **1** *i. q. actio exsucandi*: DIOSC. 4, 71 p. 42, 4 in ... exucatione (exsicc- *l. v.*) *mandragorae.* **2** *i. q. liquor exsucatus* (*v. Junel, Cass. Fel. stud. p. 79*): CASS. FEL. 33 p. 71, 15 cum *arteriaca* defluxerit paulatim, subinde ipsam -em (esu-, effusionem *l. v.*) transvorandam mandabis.

exsūcidus, -a, -um. [*ab* exsucus *ad instar adiectivi* sucidus *formatum. W.*] *i. q. exsuctus, sucum non habens*: TERT. anim. 32, 3 p. 353, 6 contraria aquae *esse* illa, quae arida et -a (exsucina *A*) *animalia.*

[**exsūcinus,** -a, -um *v. l. 48.*]

***exsūco** (exū-), (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* sucus. *de scriptura: variant in codd.* exsu- *et* exu-. *scrib.* -ucc- *e. g.* PALLAD. *l. 67*; -ug- *e. g. l. 58. 64. de usu: p. p. p. pro subst. infra l. 81. legitur inde a* VITR. [*val.* usca. *it.* asciugare. *francog.* essuyer. *hisp.* enjugar. *M.-L.*] [*variat c.* exsiccare: *v. p. 1861, 13. v. et l. 82 sq. p. 1942, 6.*]

i. q. sucum extrahere: **1** *obi. est umor qui aufertur*: PALLAD. 2, 15, 14 *nuces iuglandes* in sole siccabis, ut -etur noxium virus umoris. ANTHIM. 81 *ex caseo asso* -ta (-(s)ug- *l. v.*) alia pinguedo.

2 *obi. est id, unde umor aufertur* (*acced. abl. separ. l. 63. 70.* ab *l. 61*): **a** *animantia, partes corporis*: VITR. 8 praef. 3 animalia ... si fuerint sine umoris potestate, exsanguinata et -ta a principiorum liquore interarescent. CET. FAV. 6 p. 294 *homines* tractando plumbum -ti sanguine foedo pallore mutantur. APIC. exc. 152 haedum ... -tum (exugato *cod., v. Ihm ad l.*) ipso iure perfundis. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 155 *Diocles* ventrem commovendum existimat exagitans atque -ans interiora.

b *res*: *α varias*: PALLAD. 10, 1, 2 cumuli ... dissipandi sunt, ... ne stercora -ta nihil prosint. *in imag.*: FVLG. aet. mund. p. 173, 5 mittitur retia, retrahitur perfecta captura ..., de qua Christus ... -tas peccato assas epulas comedat. *β herbas, semina sim., quae fere in re med. adhibentur*: THEOD. PRISC. eup. faen. 34 p. 35, 12 semen ysopi herbae in ... linteolo colligabis et in aqua calida infundes et agitando -bis. log. 91 p. 91, 16 mala granata *sim.* (CAEL. AVR. chron. 2, 13, 169). DIOSC. 1, 120 p. 63, 4 M. *flos mali granati agrestis* -atur (*gr. 1, 111 χυλίζεται; sic ubique, si nihil aliud adnotavi*). 3, 5 p. 378, 19 radices *glycyrrhizae* ... -antur. 3, 7 p. 380, 2 *herba* melius -atur, ⟨si⟩ (*cf. p. 380, 5*) ... semen habuerit. *ibid. iterum.* 3, 96 p. 420, 7 quam cum coxerint, -ant (*gr. 3, 86 ἐκθλίβουσι τὴν χύτραν*). 3, 154 p. 440, 4. 4, 71 p. 41, 3. 4, 154 p. 72, 23 -atur et ipsa sicut tapsia (*gr. 4, 159 ὀπιζομένη*). *saepe.* CAEL. AVR. chron. 2, 14, 206 marrubium ... tundendum atque -andum. 4, 8, 122 sinapi -tum. CASS. FEL. 34 p. 75, 3 *medicamentum* dabis, ut in ore contineant aegrotantes et paulatim -ando (exudando, gluciendo *l. v.*) transvorent. *al. de homine in compar.*: CASSIOD. inst. 1, 1, 8 My. *Origenem* quidam ... more anethi habendum esse dixerunt, qui dum sacrarum condiat pulmentaria litterarum, ipse tamen decoctus -tusque proicitur.

deriv.: exsucatio.

exsūcus (exū-), -a, -um. *ab* ex *et* sucus. *scribitur* -cc- *l. 8. 10. comp. l. 8. 10.* [*it.* sciocco. *M.-L.*] [*variat in codd. c.* exsuctus *l. 9. 11. 13*; *c.* exsutus *l. 13.*]

1 *proprie: i. q. exsuctus, exsanguis*: TERT. anim. 51, 3 p. 382, 20 quid, si ... ipsius corporis substantia -ior? (*Oehler* [-ucci- *B*], exsuctior *A, an recte?*). ITIN. Alex. 6 statura iuvenis mediocris, membris -c[c]ior. **2** *translate: in arte rhet. fere i. q. macer, tenuis* (*syn.* aridus, exsanguis): SEN. contr. 7, 5, 15 aridus et -us (exuctus *l. v.*) declamator (*cf.* QVINT. inst. 12, 10, 14 *Atticorum imitatores* nunc quoque aridi et -i [exucti, ex(s)uti *ll. vv.*] et exsangues).

deriv.: exsucidus. *Oellacher f.*

ex(s)ūdātio, -ōnis *f.* *ab* exsudare. *fere i. q. expressio sudoris sim.*: MART. CAP. 8, 804 senis (*i. Sileni*) ... proflantis somnum atque umentis crapulae -e conspecta risus circumstantium *deorum* ... excussus *est.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 105 alii aiunt vias esse latentes, ... per quas limpida vel purulenta quadam -e ferantur. CASS. FEL. 39 p. 86, 22 *fluor sanguinis fit* secundum -em (essud- *g*, resud-, desud- *rell.*) ipsarum venarum.

exsūdēsco CHAR. gramm. p. 472, 23 B. *inter verba activa coni. I^ae (sc. ut verbum inchoativum a verbo coni. I^ae derivatum). cf.* desudescere.

exsūdo (exū-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* sudare. *scribitur* exu- *saepe. de notione: v. l. 39 sqq.* GLOSS. ἐξιδρῶ. *legitur inde a* VERG., HOR., LIV., AETNA. [*val.* asuda. *M.-L.*] [*variat in codd. c.* exundare (*cf. s. v.*): AMBR. hex. 2, 4, 16 p. 55, 20 ferreum ... caelum, quod nullum -at (exundat *l. v., Schenkl*) umorem (*v. l. 38 sqq.*), quando nullus nubibus imber rumpitur. CLAVD. 8, 550 rapt. Pros. 3, 127. *v. et lect. var. p. 1943, 4.*]

i. q. (valde) sudare, desudare:

I *intransit. (cf. et p. 1943, 5. 7): spectat ad sudorem, umorem (odorem l. 53, cf. p. 1943, 4), fere i. q. effundi, excoqui (syn. l. 38. 42) sim.* (*tam de eo qui [quod] emittit sudorem sim. quam de re quae emittitur, v. e. g. l. 39*): **A** *proprie* (*acced. praep.*: ad *l. 58.* de *l. 50. 60.* ex *l. 48.* in *c. acc. l. 53*): **1** *de rebus variis* (*de corpore humano l. 53*): VERG. georg. 1, 88 sive illis *terris* omne per ignem excoquitur vitium atque -at inutilis umor ([SERV. *ad. l.* nove locutus est, nam non ipse umor sed terra desudat: unde -at pro desudatur accipimus. auct. *ad l.* potest ergo -are et quod emittitur et quod emittit accipi. *cf. Wackernagel, Philol. 86, 1931, 138*]. COLVM. 2, 18, 3 si quis umor herbis inest, -et atque excoquatur in acervis. VEG. mulom. 4, 1, 2 quod ... -at [ut ... recedat *P*]. CET. FAV. p. 292, 14 -ans umor fossionem resolvet. AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 22. *v. et l. 76 sqq.*). COLVM. 12, 56, 1 rapa in alveo aut seria componito, et sale ... aspersa triduo sinito, dum -ent. PLIN. nat. 35, 184 fit ... omne ex aqua limoque, hoc est terrae -antis naturā. STAT. Theb. 6, 208 pictis -at vestibus aurum *igne liquescens.* SOL. 27, 48 sirpe ... cuius e culmo -at ... pingue roscidum. 37, 24 enhydros -at, ut clausam in eo putes fontaneam scaturriginem. FVLG. myth. 3, 8 p. 72, 17 de qua (*i. mirra arbore*) sucus ipse -at. THEOD. PRISC. eup. faen. 39 p. 41, 6 iecur in carbonibus positum cum -erit *eqs.* CASSIOD. anim. 11 p. 1301^B dum *humanum corpus* nulla crapulatione distenditur, in odores non -at acerrimos. **2** *de hominibus* (*sc. fere labore*): GREG. M. moral. 5, 7 p. 683^B quo iam praemia propinquiora considerant, eo in opere delectabilius -ant *homines* (past. 3, 15 p. 75^A qui ... in bonis operibus non -at). 9, 56 p. 891^A sunt plerique qui ... totis lamentorum laboribus ad sola terrena desideria -ant.

B *translate (vel in imag.): fere i. q. egeri, evanescere sim.*: AVG. conf. 9, 12, 32 *non* -vit de corde meo ... amaritudo. CAES. AREL. serm. 167, 6 p. 648, 2 illic periuria, ... irae, ... cupiditates ... -bunt (*syn.* defluat). 206, 3 p. 784, 12 illic sermones otiosi et cogitationes iniquae ... -bunt.

II *transitive: aliquid sudando emittere, edere*: **A** *proprie*: **1** *res corporeas, fere liquidas* (*nota rationem inversam: terram ab oceano l. 79. acced.* de *l. 81*): AETNA 546 fornacibus aurea saxa -ant pretium (*i. aurum, cf. l. 48*). COLVM. 7, 8, 4 *caseus* aspergitur tritis salibus, ut -et acidum liquorem (CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97 -ti corporis liquoris). 12, 50, 3 cum oliva quidquid habuit amurcae -vit *eqs.* PLIN. nat. 23, 3 *lacrimam* quam virides accensae vites -ant (HIL. trin. 10, 55 p. 387^A *lacrimas* in ministerio corporis quasi quidam maeror [*sc. animi*] -at. AVG. quaest. hept. 6, 30 p. 448, 10 terebinthi ... lignum medicinalem lacrimam -at). 24, 57 unum *sucum* arbor ipsa -at cummium modo (GARG. MART. med. 53 gummi quod amygdali arbor -at). VEG. mil. 4, 36 p. 153, 8 *arbores* quae virides compinguntur, cum nativum umorem -erint, contrahuntur (CASSIOD. var. 12, 4, 4 p. 363, 8 uva ... fatuos umores -ans ... dulcescit. *v. etiam l. 38 sq.*). CYPR. GALL. deut. 27 *deus* oceanum ... sicca nudavit harena sanguineam -ans ... terram. CASSIOD. var. 1, 2, 3 p. 11, 17 mirum est substantiam illam morte confectam cruorem de se ... -are, quod solet ... vulnere sauciatis effluere. *in idearum Platon. doctrina*: CHALC. comm. 236 p. 271. 17 fluidam ... materiem formatas iuxta sui similitudinem -are (*trad.*) subtiles corporum fusiones, quae sunt visibilium simulacra rerum.

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *res incorp.*: GRATT. 423 ut omne -ent *canes* vitium (*cf.* VEG. mulom. 2, 111, 6 ut *aegrotans* languorem -et). FIRM. math. 8, 20, 4 p. 320, 20 erit corpus eius foedis odoribus possessum, ut hircini foetoris miserum semper virus -et ([exardet *l. v.*]. *cf. p. 1942, 33.* VEG. mulom. 2, 113, 2 ut morbi virus -ent [-et *ed. pr.*]. *cf. p. 1942, 32*). VEG. mulom. 2, 88, 12 ut venae ... calefiant ... et conceptum frigus -ent (-at *A*, *v. p. 1942, 32*). *in imag.*: CASSIOD. in psalm. 118, 143 p. 887B -are peccata. GREG. M. moral. 26, 11 p. 355D Eliu occultum odium in manifestatione maledictionis -ans.

B *translate: c. sudore, magno labore peragere, elaborare*: HOR. sat. 1, 10, 28 cum Pedius causas -et (*cf.* SIDON. epist. 4, 6, 4 propositae litis -at incommoda). LIV. 4, 13, 4 id unum (*i. regnum*) dignum tanto ... certamine, quod ingens -andum esset, praemium fore. 5, 5, 6 relinquendane haec censetis, ut ad aestatem rursus novus de integro his instituendis -etur labor? (SIL. 3, 531 edomitos -tosque labores. AMM. 14, 10, 11 post -tos labores itinerum longos. 15, 5, 28).

deriv.: exsudatio, exsudesco. *K.*

exsufflātio, -ōnis *f.* *ab* exsufflare. *i. q. actio exsufflandi*: 1 *cum not. contemnendi, respuendi fere i. q. repudiatio* (*cf. infra l. 68*): HIER. in Mal. 1, 13 p. 1552A haec dicendo exsufflastis (*v. l. 72 sq.*) vestra sacrificia, id est, -e mea (*i. dei*) digna fecistis.

2 *fere i. q. exorcismus (syn. l. 25 sqq.) qui fit ante baptismum* (*syn.* mundatio *l. 32. nota fig. etym. l. 31*): EPIST. pontif. 381 Migne 50, 536A (*v. p. 1555, 28*) exorcismis et -bus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur (AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 108 p. 1404a.med. parvulorum baptizatorum exorcismo et -e). AVG. c. Iul. 6, 5, 11 p. 829in. huic -i, qua princeps mundi et a parvulis (*v. l. 26. 31. 32*) eicitur foras. c. Iul. op. imperf. 3, 182 p. 1323fin. parate vos, in facies vestras easdem -es dignissime excipere, quae in ecclesia Christi et maioribus *baptizandis* adhibentur et parvulis. *ibid.* talibus ... -bus exsufflandi estis *eqs.* 3, 199 p. 1333a.med. in parvulorum mundatione et -e.

3 *de actu efflandi (in imag.) qui animi inflationem detumescere facit*: AVG. in psalm. 29, 2, 7 p. 220med. iudici (*i. Pilato*) tumenti superbia ... *Iesus* abstulit typhum inflantis et tamquam reddens -em, qua detumesceret, ... inquit *eqs.*

exsufflātor, -ōris *m.* *ab* exsufflare. *qui exsufflat*: AVG. in euang. Ioh. 11, 13 p. 1482fin. adversus haereticos ..., adversus -es Christi (*sc. rebaptizantes, cf. p. 1944, 28*), adversus blasphematores baptismi.

***exsufflo** (exu-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* sufflare. *scribitur*: exsu- *et* exu- *promiscue in codd.* -ufl- *saepius.* *legitur inde ab* ITALA *et* TERT. *vocem sermonis rusticioris fuisse apparet ex Sulpicii Severi verbis p. 1944, 5 allatis; qui auctor Romani sermonis purissimus se excusat, veritus ne nimium urbanas aures verbum offendat.*

A *generatim: fere i. q. efflare*: 1 *intrans.*: ITALA Ezech. 22, 21 (Ambr. in psalm. 118 serm. 13, 2, 3 p. 282, 6) *in imag.*: -bo (insuff- *l. v.*) in vos ⌊in igne⌋ (⌊⌋ ignem *l. v., cf. l. 50*) irae meae, ut tabescatis (*ἐκφυσήσω ἐφ' ὑμᾶς ἐν πυρὶ ὀργῆς μου, Vulg.* succendam vos). 2 *transitive* (*v. et l. 48*): a *i. q. flando emittere, eicere*: PELAGON. 305 lanam combures et per fistellam in nares -as (*gr. Hippiatr. II p. 64, 7 ἐμφύσα*). VVLG. Sirach 43, 4 *sol* radios igneos -ans (*ἐκφυσῶν. cf. p. 190, 16*). b *i. q. flando auferre*: ITALA Dan. 2, 35 (Rufin. Adamant. 1, 25 p. 49, 4) pulverem, qui -tus est a vento (*ἐξεφυσήθη, Vulg.* rapta sunt). VVLG. Agg. 1, 9 intulistis in domum et -vi (*i. deus*) illud (HIER. *in l.* p. 1396C -vi enim illud *frumentum* et redegi ad nihilum, quia ... vacui folliculi ... similam non habent. *ibid.* p. 1396D *potest* et de donariis accipi, quae offerebant in altari, et deus -verit ea). SOMN. Neron. 7, 5 (JThSt. 16) p. 22, 5 -vi (*i. deus*) ea *sacrificia* de manibus vestris. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 57 *cochleae inustae* -tis omnibus, quae de se forte dimiserint, ac depurgatis *vasculo immittendae.* *in imag.*: HIER. in Agg. 1, 9 (*v. l. 55*) p. 1397A quae in ... horreum mentis condiderant, -antur a sermone dei, quasi indigna eius ... tutela.

B *speciatim: fere i. q. ore afflare, ut aliquid immundum abigatur, arceatur, expellatur* (*cf. Sittl, Die Gebärden der Griechen und Römer, p. 121. subest notio cum detestatione repudiandi, ut evitetur contagio; inde fere i. q. spernere, reicere, contemnere sim., e. g. l. 72. 84 sqq.*): 1 *praevalet notio q. e. afflare arcendi causa*: a *aliquid*: α *rem corpoream*: TERT. idol. 11 p. 42, 22 quo ore Christianus turarius ... fumantes aras despuet et -bit, quibus ipse prospexit? VVLG. Mal. 1, 13 dixistis: 'ecce de labore', et -astis illud (*i. fere 'adduxistis in contemptionem' [v. l. 68]. cf.* HIER. *in l.* p. 1552A haec dicendo -astis vestra sacrificia. *v. etiam l. 21 et l. 84*). AVG. epist. 23, 4 p. 67, 16 non -o vexillum regis mei. c. Iul. op. imperf. 3, 199 p. 1333in. *maiestatis* crimine tenetur reus, quisquis imaginem ... imperatoris -at. β *rem incorpoream*: IREN. 1, 16, 3 quam sententiam digne -antes et catathematizantes oportet ... longe fugere ab eis (*καταφυσήσαντες*). AVG. c. Iul. op. imperf. 3, 199 p. 1333a.med. -etur ... Iuliani amentia. b *aliquem*: IREN. 1, 13, 4 quaedam ex fidelissimis mulieribus ... -antes et catathematizantes eum separaverunt se ab huiusmodi insano (*καταφυσήσασαι*). ALTERC. Heracl. p. 146, 1 ut quicumque obviaret ei servus vel ancilla dei, -ent eum *haereticum*. HIER. in Mal. 1, 13 p. 1552A (*quae anteced. v. l. 20. 74*) sive ... '-astis me' ..., non sacrificio, sed mihi, cui sacrificabatis, fecistis iniuriam. AVG. c. Iul. 6, 5, 11 p. 829in. ab orbe toto -andus esses. in psalm. 125, 5 p. 1660fin. *pharisaeus talem mulierem* -ret, repelleret, abiceret, ne immunda tangeret mundum et contaminaret eius munditiam. SVLP. SEV. dial. 3, 8, 2 daemonem (*v. infra l. 37*) ... quem eminus, ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino (*cf. p. 1943, 44*) loquamur, -ans *Martinus*, Avitianus se -ari existimans *eqs.* (*inde* VEN. FORT. Mart. 4, 199). *al.*

C *fere i. q. c. gaudio celebrare, cantare sim.* (*cf. Kaulen, Handb. z. Vulg. p. 187*): VVLG. psalm. 50, 16 -bit lingua mea iustitiam tuam (*ἀγαλλιάσεται*). 58, 17 -bo ... misericordiam tuam (*ἀγαλλιάσομαι ... τὸ ἔλεός σου*). PAVL. NOL. carm. 23, 116 coepimus hymnos -are deo. AVG. agon. 7, 8 p. 109, 18 nihil ... mali patiuntur, qui iam possunt dicere, quod ille vir spiritalis -at et praedicat apostolus (*Rom. 5, 8*) dicens: 'gloriamur in tribulationibus' *eqs.* CASSIAN. inst. 3, 2 David (*abl.*) quoque gloriosius aliquid -ante.

D *fere i. q. cum gaudio accipere*: GREG. M. epist. 1, 3 habeo aliquid, quod etiam vestrae gloriae (*i. tit. hon.; de dat. comm. cf. p. 1950, 3*) -em.

part. praes. **ˢexsultāns,** -antis *pro adi. (pro subst. e. g. l. 65). superlat. v. p. 1953, 2.* SYNON. Cic. p. 424, 25 B. elatus ... animis plenus. NON. p. 300, 35 *v. p. 1947, 61.* GLOSS. *γαυριῶν.*

1 *fere i. q. gaudens, laetus, iubilans* (*e. g. l. 69. 72*): **a** *de hominibus* (*animis sim.*): CIC. Mil. 56 *Mars* saepe spoliantem iam et -em evertit. CYPR. mortal. 26 p. 314, 1 prophetarum -ium numerus. AMM. 23, 3, 7 -s ... et laetus. CLAVD. DON. Aen. 2, 470 p. 213, 28; *opp.* intrepidus. VEG. mil. 3, 25 p. 119, 18 numquam -bus maius solet evenire discrimen quam cum *eqs.* PAVLA Hier. epist. 46, 2, 3 -ium animarum turba. HIER. in Ier. 4, 56, 3 p. 282, 15 victor -s. CONC.ˢ I 3 vers. Tur. p. 151, 37 ecclesiae ... figura caminus erat, sanctos habens -es, non homines solum sed etiam angelos (*gr. I 1, 2 p. 101, 23 χορευτάς* [*i. qui simul cantant gaudio et saltant*]. *antea*: canebant in camino ignis [*v. Dan. 3, 51*]). PASS. Mar. Iac. 7 p. 55, 16 quantum -es quamque sublimes animos martyrum fuisse. *al.* **b** *de rebus* (*fere per enallagen*): CYPR. epist. 13, 1 p. 504, 15 litteras ... quibus ... verbis -bus gratularer. AVG. civ. 17, 4 p. 204, 21 D. -i praedicatione laudasse. AVELL. p. 112, 19 epistulam ... -i alacritate descripsimus.

2 *c. notione vel nimiae laetitiae vel insolentiae et superbiae*: CIC. Phil. 13, 29 -is praedonis audaciam. top. 86 -em laetitiam comprimens. SIL. 10, 299 gressum. PHYSIOGN. 118 p. 137, 9 equus animal erectum est atque -s (*cf. p. 1945, 80*).

3 *t. t. rhet., fere i. q. (supra modum) exsiliens, saltans, lasciviens sim.* (*opp. v. p. 1953, 3 sq. cf. et l. 1 sqq.*): QVINT. inst. 8, 3, 56

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ia sub idem nomen (*sc.* *κακόζηλον*) cadunt. 9,4,108 (*de clausula*) alioqui (*i. nisi syllabam brevem intervallo quodam producamus*) sit -issimum. 10, 2, 16 fiunt ... pro grandibus tumidi, pressis exiles, ... compositis -es. DIOM. gramm. I 499, 24 *versus* sonores sunt qui crepitant pronuntiatione fragosa et -em informant dictionem, ut *eqs.*

adv. **exsultanter.** *comparat. inde a* PLIN. epist. *l. 9.*

fere i. q. exsultantis modo (ubique transl.): **1** *de stilo (per comparativ.) fere i. q. uberius (v. syn. l. 9. opp. l. 9 sq.)*: PLIN. epist. 3, 18, 10 illa quae hilarius et quasi -ius scripsi (*opp.* pressius et adstrictius). SYMM. epist. 7, 9 (*ad filium*) scintillare acuminibus atque sententiis epistulas tuas gaudeo; decet enim -ius loqui iuvenalem calorem.

2 *fere i. q. gaudenter sim.*: CYPR. epist. 51, 1 p. 614, 11 amplissimum gaudium -r excepimus. 60, 1 p. 691, 9 confessionis vestrae honorem sic -r accepimus, ut *eqs.* LEO M. epist. 114, 1 Conc.^{S} II 4 p. 70, 14 -r ... gauderem (AVELL. p. 121, 26). serm. 82, 7 p. 427^{A} in horum excellentia patrum merito est -ius (excellentius *l. v.*) gloriandum. SACR. Leon. p. 39, 30 quae ... peregimus ..., *apostolorum* nobis fiant intercessione salutaria, in quorum nataliciis sunt -r impleta (41, 17). 91, 21 sanguinem -r effudit. 95, 24 munera ... -r oblata. PROSP. in psalm. 125, 5 p. 371^{C} pii ... adventui domini salvatoris -r occurrent. PASS. Mar. Iac. 4 p. 51, 11 dum nos -ius adhortantur *martyres. al.*

3 *cum notione nimietatis (per comparat.)*: **a** *fere i. q. superbius, inflatius*: AMM. 23, 5, 8 quo omine velut artiore iam spe status prosperioris elatus -ius incedebat *Iulianus.* **b** *fere i. q. insolentius*: LEO M. serm. 16,4 p. 178^{A} latissimam ... aulam (*sc. in Manichaeorum insania exstructam*), in qua se -ius iactaret, invenit *diabolus.*

deriv.: exsultabilis, exsultabundus, exsultantia, exsultatio, exsultativus, exsultim. *compos.*: coexsultare, superexsultare.

exsum, -esse. *ab* ex *et* esse. *i. q. extra esse (cf. Wackernagel, Synt. II 170. opp.* interesse *l. 35)*: PAVL. FEST. p. 82 exesto, extra esto. sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat: hostis, vinctus, mulier, virgo exesto, scilicet interesse prohibebatur. GLOSS. IV 235, 10 **ex(s)umptuāvī** pauper factus sum. IV 66, 45 -vit pauperavit. *al.*

exsuo *v.* exuo.

exsuper *adv. (cf. Schmalz-Hofmann^{5} p. 541; Hamp, ALL 5, 1888, 359). ab* ex *et* super, *cf.* insuper, desuper. [*praep. c. gen.? v. l. 43. e coniect. valde dub.*: TAB. devot. Audollent 104, 4 exsuper e⟨i⟩us.] *fere i. q. insuper, ultra*: CIL II 2060 filius dedicavit impositis spataliis arg(enteis) gemmatis -r (*v. l. 40*) eius summae s(upra) s(criptae).

ex(s)upera, -ae *f. (v. l. 58. 61. 64) et* **ex(s)uperāns,** -antis *f. (v. l. 59. 60. 64). dub. orig.; per etym. 'vulg.' c.* exsupero *coniungi videtur. scribitur*: -pp- *l. 66.* -pra *l. 61. litteris gr.: l. 60.*

nomen duarum herbarum, quae tamen interdum eisdem nuncupantur nominibus q.s.: ferraria (*l. 57. 63, φερράρια l. 60*); sideritis (*l. 62. 63, σιδηρῖτις l. 66*); herculania (*l. 57. 64, ἡρκουλάνια l. 60*). *distingui autem videntur epithetis*: erecta: *PS. APVL. herb. 66 l. 16.* ortos: PS. APVL. herb. 66 l. 6 *v. et l. 56 (at cf. 73 l. 10* orte, *v. l. 63, falso ut vid.), ὀρθός PS. DIOSC. Vind. 4, 59 p. 213, 6.* supina: *PS. APVL. herb. 66 l. 16, ὕπτιος PS. DIOSC. Vind. 4, 60 p. 214, 9 v. l. 65.*

1 PS. APVL. herb. 66 l. 9 a Graecis dicitur peristereon ortos, ... alii columbina, ... alii herculania (*v. l. 50*), alii ferraria (*v. l. 49*), alii ⌊-a⌋ matricalis (⌊ ⌋ *codd.* [*cf. Wellmann, Hermes 33, 1898, 392*], exuperans *H.-S.: gr.* Ps. DIOSC. Vind. 4, 59 p. 213, 10 *περιστερεὼν ὀρθός ... οἱ δὲ φερράρια, οἱ δὲ ἡρκουλάνια, οἱ δὲ ἐξουπέρανς, οἱ δὲ ⟨μα⟩τρικάλις*). GLOSS. III 561, 56 exupra matricalis i. peristereon.

2 PS. APVL. herb. 73 l. 11 a Graecis dicitur heraclea, alii sideritis, ... alii sideritis orte (*v. l. 53*), alii curitis, alii ... ferraria ..., alii herculanea, alii ⌊-a⌋ patricalis (⌊ ⌋ *Cas.*, exuperans [*om. β γ*] *rell., H.-S.; gr. Ps. Diosc. Vind. 4, 60 p. 214, 9 περιστερεὼν ὕπτιος ... οἱ δὲ σιδηρῖτις, οἱ δὲ κουρῖτις*). GLOSS. III 561, 18 exuppera patricialis id est eraclea.

ex(s)uperābilis, -e. *ab* ex *et* superabilis. [*l. v.*: STAT. Theb. 1, 214 exsaturabile, *recte.*]

1 *active (vel potius vi instrumentali, cf. Leumann, Adi. auf -lis p. 111): qui superare, vincere potest*: QVADRIG. hist. 7 p. 206 *Marci Manlii* operam M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque -em. VERG. georg. 3, 39 non -e saxum (SERV. *ad l.* quod contra montem Sisyphus volvit. et 'non -e' dixit non quod superari non potest [*v. l. 77*], sed quod exsuperare non valet summum montis cacumen).

2 *passive: qui superari, vinci potest (cf. l. 75)*: IVVENC. 3, 281 non -e ... claustrum. CLAVD. 5, 127 barbarus ... tum ⌊duplicem fossam⌋ (⌊ ⌋ *v. app. cr.*) non -e vallum asperat alternis sudibus. *compos.*: inexsuperabilis.

1. exsuperāns *v. l. 45.* **2. exsuperāns** *v. p. 1956, 48.*

ex(s)uperantia, -ae *f. ab* exsuperare. [*variat c.* exuberantia: -a *recte?*: GELL. 2, 26, 9 *'poeniceus', 'rutilus', 'spadix'* -am (*P, cf. p. 1956, 63*) splendoremque significant ruboris. -a *dub.? (cf. etiam l. 22)*: GELL. 8, 7. ITALA Luc. 21, 4 (cod. s) omnes ... hi de -a sua miserunt in dona dei (*ἐκ τοῦ περισσεύοντος, Vulg.* ex abundanti sibi).] *v.* exsuperatio.

fere i. q. praestantia, excellentia (cf. GLOSS. -a *ὑπεροχή. opp. v. l. 9)*: CIC. Tusc. 5, 105 nonne omnem -am virtutis oderunt? GELL. 4, 18, 2 exempla eius (*i. Scipionis Afric.*) fiduciae atque -ae ingentis. 14, 1, 12 neque eos (*planetas*) ... cernere homines possent propter -am vel splendoris vel altitudinis. TERT. patient. 11 p. 17,4 si parvula de sua mediocritate contemnas, maximis pro sua -a cedas.

ex(s)uperātio, -ōnis *f. ab* exsuperare. **1** *t. t. rhet.*: **a** *i. q. significatio vel locutio quaedam qua plus dicitur quam verum est (cf. l. 15)*: RHET. Her. 1, 6, 10 inversione, ambiguo, suspicione, inrisione, stultitia, -e (superatione *l. v.*). 4, 53, 67 significatio ... fit per -em (*ibid.* per -em, cum plus est dictum quam patitur veritas). **b** *i. q. pleonasmus (def. l. 19)*: CARM. de fig. 178 *πλεονασμός*. -o fit, quod causa appono decoris, cum vacat, ut: 'quarta vix demum exponimur hora' ... quia 'vix' pote tollere. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 677 'oculis suis': pleonasmos, id est -o; qui enim potest alienis oculis videre?

2 *in universum: i. q. praestantia, excellentia*: PASS. Perp. 1, 3 secundum -em gratiae (*gr. αὐξανομένης τῆς χάριτος*). DAMIG. lapid. 30 p. 186, 13 *lapis magnes* praebet ... sermonem et facultatem et victoriam et -em. *cf.* exsuperantia.

INSCR. numm. Cohen VII^{2} p. 244 nr. 140 (*in nummo Constantini Magni, a. 330—337. cf. Bernhart, Handb. z. Münzkunde p. 47. 168*) **ex(s)uperātor** omnium gentium (*i. superator, victor*). *cf. Onom. inde* **exsuperātōrius:** *de mense Novembri* LAMPR. Comm. 11, 8. 12, 4. *v. Onom.*

exsupero (exu-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* superare. *scrib.: in titt.*: exs- *saepe.* exu- CE 1988,5 *et p. 1955,9. in codd.* exu- *saepius.* NOT. Tir. 1, 41 -at. SYNON. Cic. p. 440, 3 B. pervicit. -vit. GLOSS.^{L} I Ansil. EX 1421 -o supergredior. II Philox. EX 180 -at (exurerat *cod.*) *περιγίνεται.* GLOSS. *ὑπερβαίνω. ὑπερέχω. ὑπερνικῶ. legitur inde ab* ENN., PLAVTO, TER., VOLCAC., IVVENT., CIC. [*variat c.* exuberare (*v. s. voce*): -are *recte*: COLVM. 6 praef. 5. VEG. mil. *v. p. 1955, 37. cf.* AMM. 26, 3, 6 -vit (*V,* exuberavit *Gelenius*). -are *e coni.* (*v. p. 1956, 28*): IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 16 (*Haloander*). SCHOL. Stat. Theb. 4, 106 p. 197, 16 (*Jahnke*). *v. etiam p. 1956, 20.*]

I *intransitive*: **A** *proprie: fere i. q. ascendere, sursum ferri*: **1** *generatim: de flammis, spiritu*: VERG. Aen. 2, 759 -ant flammae, furit aestus ad auras (CYPR. GALL. iud. 608 [*v. Vulg. iud. 15, 5*]. *in imagine*: VERG. Aen. 12, 46 violentia Turni ... -at magis, *velut flamma*). PERS. 3, 89 aegris faucibus -at gravis halitus. **2** *speciatim: de astris: i. q. exoriri, exsurgere, eminere*: AVIEN. Arat. 1214 caput et turgentia membra Centauro -ant (*cf. gr. Arat. 661 οὐρανὸς ... φορέει τ' ἔπι Κενταύροιο σῶμά τε καὶ κεφαλήν*). 1298 Tauro Capra plantaque laeva atque Haedi -ant (*cf. gr. Arat. 718 Ἔριφοι λαιοῦ τε θέναρ ποδὸς Αἰγὶ σὺν αὐτῇ Ταύρῳ συμφορέονται*).

B *translate: fere i. q. superiorem esse: cum notione*: **1** *excedendi, eminendi (syn. v. l. 66. opp. v. l. 58. 60 sq. acced.* supra *l. 62)*: **a** *respicitur mensura, quantitas sim. (de corp. et incorp. fere i. q. abundare l. 59)*: IVVENT. com. 4 gaudia sua si omnes homines conferant unum in locum, tamen mea -et laetitia. LVCR. 6, 1277 praesens dolor -bat. VITR. 1, 4, 6 in ... corporibus cum -at e principiis calor *eqs.* SEN. nat. 2, 26, 3 cum copia umoris -at, ... ignis sine effectu est. PAVL. dig. 19, 1, 42 alteri *fundo* aliquid desit, quamvis in altero -et (*v. l. 54*). PACIAN. sim. carn. p. 123, 26 *specialitas novissimi Adae verbis dicta* nec -vit vaporis accentu, nec compressa est rigoris hebetatu. COD. Theod. 8, 5, 17 vehiculis nihil ultra mille librarum mensuram patiemur imponi ..., quidquid ... supra mensuram -are constiterit, ... fisco conveniet adscribi. **b** *sensu generali, fere i. q. praestare, praecipuum esse*: VERG. Aen. 12, 20 quantum ipse feroci virtute -as *eqs.* SIL. 1, 57 *Hannibal* -ans astu. CARM. de fig. 147 corde (*syn.* polles, praestas). AMM. 23, 6, 81 leges ... diritate -ant.

2 *superandi, subigendi: fere i. q. vincere (syn. v. l. 79. opp. v. l. 74. fere i. q. evadere* de *l. 76; acced.* in *l. 76)*: LVCR. 5, 384 cum sol et vapor omnis omnibus epotis umoribus -arint. RVT. LVP. 1, 1 (= *Demosth. frg. Sauppe, orat. Att. p. 256 nr. 46*) Philippus *adversis rebus* ... usque eo nititur, quoad restituat atque -et. OV. fast. 6, 372 si non poterunt -are (*sc. armis*), cadant. MANIL. 3, 650 victum ... a sidere librae (*Housman,* brumae *trad.*) -are diem ... et succumbere noctes. FEST. p. 297 cum dimicassent ... et Horatius ... -asset *eqs.* SORT. Sangall. 19, 9 -as de acc⟨usatione⟩. 23, 11 -as in amicum (amico *Winnefeld*). 39, 1 ⟨h⟩ac re vexaris, sed -as. *al.* PS. AVG. serm. 152, 1 p. 2040$^{fin.}$ (= MAX. TAVR. hom. 46 p. 252^{C}) Christus ... cum condemnatur, -at (et superat *Max. Taur.*), cum iudicatur, vincit. SVLP. SEV. epist. 2, 13 in eo *temptato* ... semper -at fortitudo vincendi. ENNOD. opusc. 3, 80 p. 351, 14 sic -bat causa discordiae. dict. 1, 25 p. 430, 8.

3 *fere i. q. superesse sim.*: **a** *fere i. q. residuum, reliquum esse*: *α in computando (v. p. 1955, 68)*: MANIL. 3, 423 *[K.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod ... his -at demptis, id ducito in aequas sex partes (*i. si numerum horarum [= stadiorum] noctis minimae a summa horarum q. e. XXIV detraxeris, quod restat, divide eqs.*). **β** *de ciborum reliquiis*: Ps. Evseb. Caes. hom. 3 p. 1047C Abraham ..., prohibitus degustare etiam ex his, quae -verant, ita dimissus gratias agebat. **b** *fere i. q. superstitem esse* (*cf. p. 1956, 40. de re l. 8*): Hyg. fab. 71, 1 Aegialus ... quia pater -verat, pro patre vicariam vitam dedit. CE 1988, 5 quid bona diripitis -antque mala? (*cf. Armini, Eranos 25, 1927, 107*). CIL VI 18079, 8 ⟨Fl. Hera⟩clida iunior, emptoris f(ilius) ⟨eius qui e⟩xuperaver(at) de titulo maiore (*i. qui unus solus ex emptorum numero in tit. vetustiore nominatorum superstes erat*).

II *transitive*: **A** *proprie*: **1** *fere i. q. loca, regiones sim. transgredi, transcendere, sc. de animantibus* (*fere aliqua cum difficultate*): Verg. Aen. 3, 698 -o ... solum stagnantis Helori. 10, 657 moras (*i. scalas*). 11, 905 iugum (Val. Fl. 2, 622 Stat. Theb. 2, 557). Liv. 2, 65, 6 iniquitatem loci. 44, 18, 3 angustiae -tae (Val. Cem. hom. 2, 4 p. 698B *in imag.*). Sen. epist. 31, 4. Plin. nat. 6, 62 -to ... amne. 6, 77 *deserta*. 36, 2 Alpis (Constantivs vita Germ. 31). Sil. 3, 517 ardua. Stat. Theb. 9, 640 Maenalon ... gressu. 11, 357 *murum*. Avien. ora 179 viam (Anian. Chrysost. hom. 7, 5 p. 1048fin. tam longam propter ipsum *Christum* -verunt viam *magi* [ἤγνσαν]. *al.*). Clavd. rapt. Pros. 3, 384 *dea* -at ... aestus et nulli pervia saxa. Mart. Cap. 1, 93 *Philologia* mundi -at ... means globum. Ennod. dict. 10, 7 p. 457, 4 *homo navigando in mari* per ingenia iter mortis -at. *in imag.* (*v. et l. 17*): Pelag. ad Demetr. 18 p. 1111fin. excelsa et ardua indefessus -o. Ennod. opusc. 3, 147 p. 369, 8 frigus et concretas algore glebas fidei ardor -at. **2** *i. q. (ascendendo, eminendo) alqd. excedere, fere de rebus* (*de anima, deo l. 38. 42. syn. v. l. 31. 43*): Colvm. 4, 6, 3 *vites* prorepant in tantum, ut sequentis anni iugum -ent (Plin. nat. 14, 12 *vites* ulmos ... -ant). Plin. nat. 18, 168 Nilus *evagando* ... si XVI *cubita* -vit (*syn.* excessit). Sil. 6, 222 cacumina saltus -ant cristae *draconis*. Lact. Phoen. 14 Solis nemus ... Deucalioneas -vit aquas (*cf.* Avien. orb. terr. 746 aliae *orae* gelidi prope flabra aquilonis -ant undas [*gr. Dionys. periheg. 565*]). Avien. ora 408 -at ... gurgitem fucus frequens (*cf. 122* inter gurgites extare fucum). Veg. mil. 4, 30 p. 149, 5 ad capiendos muros scalae ... plurimum valent *ita magnae*, ut altitudinem -ent (exuberent *l. v.*) civitatis. Prvd. ham. 850 *anima* -at ... polum fervens scintilla remensum. perist. 3, 158 flamma ... caput *martyris* occupat atque -at apicem. Clavd. 28, 504 mons ... -ans delubra Iovis. *in imag.*: Vvlg. Phil. 4, 7 pax dei quae -at omnem sensum (ὑπερέχουσα). Mvtian. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243in. *deus* inaestimabiliter nostras cogitationes -at (*gr. p. 19v.med.* ὑπερβαίνει. *cf. ibid.* pax dei transcendit [ὑπερέχει] omnem mentem).

B *translate* (*hic illic et usum proprium aliquatenus vigere noli ignorare*): **1** *i. q. alqm. (alqd.) superare, supergredi*: **a** *c. respectu mensurae, quantitatis sim. qua quis (quid) alqm. (alqd.) excedit, fere i. q. transire, transcendere* (*syn. v. l. 65 sq. 67*): **α** *corporea fere*: Catvll. 114, 4 Firmanus saltus ... fructus sumptibus -at (*sic de sumptu, reditu sim.*: Colvm. 6 praef. 5. Plin. nat. 8, 170 quaestus ex *asinis* ... opima praedia -ant. 17, 213 reditum impendia -ent). Liv. 1, 55, 9 summam pecuniae ... nullius ne horum quidem [magnificentiae] operum fundamenta non -turam. Manil. 4, 925 auri pondera parvi -ant pretio numerosos aeris acervos. Sen. nat. 1, 15, 4 fulgorum orbis ... amplitudinem solis -at. Plin. nat. 2, 50 montem Idam *sol* exoriens latitudine -et. 5, 98. 9, 64 *mulli* binas ... libras ponderis raro -ant. 37, 49 hominis ... effigies vivorum hominum ... pretia -et. *al.* Ivv. 10, 13 plures ... cura ... strangulat ... cuncta -ans patrimonia census. Gaivs inst. 4, 151 *si nostra possessio* -at adversarii possessionem. Plin. med. praef. p. 8 si ... plus *salis* adiciatur, -at sal aquam nec liquari potest. **β** *incorporea*: Ⓘ *generatim*: Ov. trist. 1, 5, 56 materia (*fere: malorum*) vires -ante meos (Amm. 25, 1, 15 ferociens animal vires -asset regentis). Sen. benef. 3, 32, 6 si singula *filii beneficia* paternorum meritorum magnitudinem -are non possunt, plura in unum congesta superabunt. Boeth. in Porph. dial. 1, 27 p. 80, 1 maiora (*e. g.* '*animalia*') minoris (*e. g.* '*hominis*') definitionem supervadunt et quodammodo -ant. Ⓘ *speciatim: in computatione* (*cf. p. 1954, 84*): *i. q. numerum excedere* (*syn.* superare *l. 72*): Manil. 3, 427 *de discrimine quod est, si computes, inter stadia Tauri (= 47, 5 stadia) et Leonis (= 72, 5 st.) = 25 st.* (*cf. Wageningen ad l.*): quod ... hanc -at partem (*i. Tauri*), superatur ab illa (*i. Leonis parte*). Boeth. arithm. 2, 44 p. 147, 10 minorem numerum maior -at.

b *fere i. q. alqm. (alqd.) excellendo, eminendo (augendo e. g. p. 1956, 8) supergredi* (*syn.* eminere *l. 84*, transire *p. 1956, 6. c. abl. instr. l. 77. 82. 83, saepe*): Enn. scaen. 222 quis homo te -vit ... impudentia? :: quis autem malitia te? Plavt. Mil. 1237 metuo, ne praedicatio tua nunc meam formam -et (*i. laudando nimis extollat*). Ter. Haut. 878 -at eius stultitia haec omnia. Volcac. carm. frg. 1, 6 Plautus ... facile -at ceteros (Lvcr. 3, 1082 *quod abest* cetera. Hyg. fab. 197). Sall. Catil. 51, 8 magnitudo sceleris omnium ingenia -at. Ov. trist. 4, 4, 2 -as morum nobilitate genus. Liv. 3, 11, 13 omnes Tarquinios superbiā. 7, 24, 2. 28, 43, 7 laudes. Sen. dial. 4, 36, 6 malum ... omnia -ans vitia. epist. 58, 17 Plato ... eminet et -at omnia. Colvm. 6, 29, 1 pullus ... cursu certans aequales -at. Sil. 13, 768 tua gloria ... cunctos ... duces. 16, 36 fratris lumina Phoeben -ant. Svet. Vit. 13, 2 hanc *cenam* ... -vit ... dedicatione patinae. Ffronto p. 41, 25 N. seniorum a te prudentiam -ari. Apvl. carm. rg. 4, 8 nostra -es munera muneribus. Arnob. nat. 4, 26 p. 163, 11 *Hercules in amoribus* patris sui transiret -retque virtutes. Schem. dian. p. 74, 12 ὑπέρθεσις est, cum aliquam rem opinione omnium notam sententia nostra -are volumus. Amm. 23, 6, 57 gentes ... plures, quas -ant Tochari. 29, 2, 17 Pollentianum tribunum malitiā quendam -antem. Clavd. Don. Aen. 11, 125 p. 425, 27. *al.* Theoph. Hier. epist. 98, 1, 1 sermo divinus ... splendore suo iubar solis -ans. Evstath. Bas. hex. 7, 6 p. 913C florum omnium pulchritudinem ... -at *purpura* (*cf. gr. p. 161A* παρέδραμον). Sidon. carm. 2, 27 facta priorum. Pavl. Pell. 584 -ent quae (*grates*) paene alias cumulentque priores. *al.*

2 *fere i. q. alqm. (alqd.) superare, vincere, opprimere* (*syn. v. l. 30. 33. 35. 38*). *spectat ad*: **a** *constituta, condiciones, affectus, vim aliquam sim.*: Cic. carm. frg. 50 (*e vs. quodam gr.*) quod fore paratum est, id summum -at Iovem (*cf.* Arnob. nat. 1, 47 p. 31, 20 *Christum* constituta ... -asse fatorum). Lvcr. 2, 234 *aqua et aer* cedunt gravioribus -ta (*Marullus*, -te *codd.*). Verg. Aen. 7, 591 nulla datur caecum -are potestas consilium. Opt. Porf. 28, 26 *amoris* vulnus ferrea nec *Martis* rabies ... -at. Hil. coll. antiar. p. 99, 13 spes ... bona saeculi ... -at (Dionys. Exig. Conc.S IV 2 p. 199, 8 temporis inanitatem [*gr. ibid. p. 188, 29 νικῶσα*]). *al.* Avson. 314, 3 p. 408 P. tristia cuncta -ans ... animo. Pelag. in Phil. 4, 7 p. 413, 3 Christi pax ... omnem mentem furiosam -at et inclinat. Avian. fab. 16, 20 magnis obsistere fluxa paulatimque truces -are minas. Petr. Chrys. serm. 120 p. 529A homo ... dum carnis -at (*Bulhart in sched.*, exub- *trad.*) passiones (*syn.* vincit. *cf.* Pomer. 1, 5, 1 p. 423A carnis affectus). Arnob. in psalm. 139 p. 550A assertationes falsas assertationibus veris -a (*syn.* vince). Vitae patr. 3, 79 p. 774C malitia ... te -et. *al.* **b** *adversarios, hostes, aemulos*: Calp. ecl. 6, 6 Nyctilon ut cantu rudis -verit Alcon? (*syn.* vincat, superet). Flor. epit. 1, 3, 4. Herm. vulg. mand. 12, 6 -bimus *diabolum* (*gr.* αὐτοῦ κατακυριεύσομεν, *Pal.* illius dominabimur). Gallican. Avid. 13, 5 hostes -as (*syn.* vincis). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 7, 28 p. 842med. -are alium alius tam impietate quam *eqs.* (*gr. 7, 260 προσυπερβάλλειν*). Iord. Rom. 235 *Pompeius* Saracenos Arabasque (*syn.* superavit). 300. Isid. Goth. 49 chron. II p. 287, 14 Hermenegildum ... obsessum -vit.

3 *fere i. q. aetate vincere sim.* (*cf. p. 1955, 5*): *de vite*: Plin. nat. 14, 33 nulla vitium minus Italiam amat ..., vino quoque, quod genuit, aestatem non -ans. *de homine*: Val. Max. 5, 9, 4 pater, vive ... et me quoque -a. CE 382, 2 sic tulerat Fatus, *uxorem* non -asse parentes.

4 *in versione fere i. q. facere, ut alqd. -et, evalescat*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 7, 28 p. 847fin. Caesariensibus semper cum ... Iudaeis fuisse discordiam tempusque nactos vetus odium -asse (*gr. 7, 363 τοῦ καιροῦ λαβόμενοι τὸ παλαιὸν μῖσος ἀπεπλήρωσαν*).

part. praes. **exsuperāns**, -antis *pro adi.* (*pro subst. v. p. 1953, 45*). *scribitur* exs- *fere in tit., nummis, at v. l. 58. notatur*: exsup: Inscr. numm. Cohen III², 1883, p. 261 nr. 241 (*a. 186*) Iov(i) exsup(erantissimo). *sic*: nr. 242 (*a. 186/7*). exsuper: Inscr. numm. Mattingly-Sydenh. III, 1930, p. 383 nr. 153 (*a. 186/7*) Iovi exsuper(antissimo). *sic*: Inscr. numm. Cohen III², 1883, p. 262 nr. 247 (*a. 186*). 248 (*a. 186*). 249 (*a. 186/7*). 250 (*a. 188/9*). *de inscr. numm. cf. Mattingly-Sydenh. III, 1930, p. 261. 422 sqq.; Bernhart, Handb. z. Münzk. p. 187. 188. in tit.*: exsuperan: CIL III 1090. exsuperant: CIL XIV 3449, 6 (*a. 192*). exsuperantis: CIL XI 2600. exuperantiss: CIL IX 948. *de formis: gen. plur.* -antum: Pacvv. *l. 69. comparat. et superlat. inde a* Gell. Gloss.L IV Plac. E 49 -issimus inexsuperabilis. *legitur inde a* Pacvv., Gell., Apvl. [*lect. var. v. l. 63, cf. p. 1953, 82. 1954, 36.*]

fere i. q. excellens, praestans (*c. abl. instr. l. 75*): **a** *de rebus fere incorpor.*: Gell. 3, 9, 8 equum ... colore -issimo (exuberant- *l. v.*). 7, 8, 3 Darii regis uxorem ... esse audiebat -i forma. Apvl. mund. 31 *deum* esse viribus -issimis (*gr. π. κόσμ. 6 p. 399b, 20 δυνάμει ... ὄντος ἰσχυροτάτου*). Filastr. 139, 5 p. 110, 22 in leone regnum fortitudinis, in vitulo labor -s ... agnoscitur. Amm. 19, 8, 11 -i pernicitate.

b *de hominibus*: Pacvv. trag. 404 Calidonia altrix terra -um (*v. l. 59*) virum. Gell. 14, 3, 11 uter (*sc. aut Plato aut Xenoph.*) esset -ior, certabatur. Itala deut. 14, 2 (Lugd.) ut faceret sibi plebem -em ab omnibus gentibus (*λαὸν περιούσιον ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, Vulg.* populum peculiarem).

c *de imperatore* (*pro titulo honorifico*): CIL XIV 3449, 6 (*a. 192*) patri patriae, omnium virtutum -(issimo). VI 1066 (= XIV 2073; *a. 213*) domino nostro ... omnium principum ... indulgentia -issimo. XIV suppl. Ost. 5334 invicto Gallieno ⟨-issimo⟩ Augusto.

d *de deis*: **α** *de Iove* -issimo, *i.* παντυπερτάτῳ (*cf. Cumont, ARW 9, 1906, p. 323 sqq. 334 sqq.; Battifol, BullLACh. 3, 1913, 134*): Apvl. mund. 27 summus atque -issimus divum (*gr. π. κόσμ. 6 p. 398b, 1 sq. cf.* Plat. 1, 12 deorum). Ps. Apvl. Ascl. 41 summe, -issime. *in tit.* (*cf. l. 49 sqq.*): CIL VI 426 I(ovi) o(ptimo) m(axim)o summo -issimo (XI 2600 XIII 8812. *cf.* IX 784). IX 948 Iovi ⟨D⟩o⟨l⟩ic⟨heno⟩ -iss(imo). **β** *de deo Christ.*: Avg. epist. 103, 2 p. 579, 14 nos ad -issimi dei cultum religionemque compelleres.

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: exsupera (-ns), *v. p. 1953, 46*, exsuperantia, exsuperatio, exsuperator. *cf.* exsuperabilis.

[**exsuppūro** *v. p. 1002, 35.*]

exsurdo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* surdus. NOT. Tir. 27, 56 -at. CHAR. gramm. p. 472, 16 B. *inter verba activa coni. I^{ae}.* GLOSS. *ἀποκωφῶ. ἐκκωφῶ. legitur inde ab* HOR. [*l. v.*: CALP. ecl. 4, 131.]

i. q. surdum reddere (cf. l. 16), obtundere: **1** *proprie*: VAL. MAX. 2, 2, 3 nunc Graecis actionibus (*i. orationibus*) aures curiae -antur (PLIN. nat. 32, 141 paniculae flos aures, si intravit, -at. ITALA Mich. 7, 16 [Cypr. testim. 3, 20 p. 138, 5. *al.*] aures [auriculae ITALA Sangall.] eorum -buntur [*ἀποκωφωθήσεται, Vulg.* surdae erunt]. MARCELL. med. 9, 121 quacumque ex causa -tas aures). SEN. epist. 94, 59 tibi tantis clamoribus ambitionis -to. **2** *translate de sapore*: HOR. sat. 2, 8, 38 fervida quod subtile -ant vina palatum (SCHOL. *ad l.*: '-ant' surdum faciunt, ut iam non sentiat saporem). *K.*

exsurgo (exu-), -surrēxī, -surrēctum, -ere. *ab* ex *et* surgere. *scrib.* exur- *passim in codd.; in tit. v. p. 1958, 47* (*at* exsur-: CIL XI 5265, 30 *v. p. 1960, 4*). *de formis: inf. praes. pass.* -ier: PLAVT. Pseud. prol. 1. *fut.* -ebit: ITALA Marc. 13, 12 (cod. k; -ebunt *Rönsch, coll. p. 31; Vulg.* consurgent). *de notione*: PS. ASCON. Verr. II 1, 39 p. 234, 23 'existit' emergit, exoritur, -it. ISID. diff. 1, 519 inter surgere et -ere ...: surgitur a loco, -itur a somno. GLOSS. emergere. (*ἐξ-, ἐπ-*)*ἀνίσταμαι. ἐξεγείρομαι.* NOT. Tir. 72, 98 -it (*inter* ad-, con- *et* in-, re- surgit). 73, 4 -xit. *de usu: transitive p. 1959, 28. legitur inde a* PLAVTO, ACC., CIC., *deest* TER., CAES.; *frequentat* ITALA. [*prov.* eisorzer. *M.-L.*]

[*variat c.: simplici*: ITALA Luc. 5, 24 (Tert. adv. Marc. 4, 10 p. 444, 20). AMM. 21, 12, 5. ad-: VERG. georg. 3, 109 HEGES. 1, 1, 8 p. 7, 7. con-: MANIL. 5, 651. in-: *p. 1960, 31. e coni. dub.*: SEN. Herc. O. 1792 totus ⌞uretur⌟ dolor (⌞ ⌟ *codd.*, exsurget *Bentley*, exurget *Leo, alii al. cf. et* exurgeo).]

I *proprie*: **A** *i. q. se erigere, assurgere*: **1** *sensu strictiore*: **a** *de animantibus*: *α in universum* (*acced.*: a *l. 47.* in *l. 47. 50. 54. inf. l. 42*): Ⓘ *usu vario*: PLAVT. Poen. 11 -e, praeco, fac populo audientiam. CIC. de orat. 1, 265 cum -ret *Scaevola*. SEN. contr. 7, 8, 2 -e adulescens. *al.* APVL. met. 3, 27 indignatus -it *servolus*. ITALA num. 23, 24 (Cypr. testim. 1, 21 p. 55, 9) populus quasi populus leoninus -et (*ἀναστήσεται, Vulg.* ut leaena consurget et quasi leo erigetur). cant. 5, 5 (Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 16, 1) -xi ego aperire fratri (*ἀνέστην c. inf., Vulg.* surrexi, ut aperirem). RVFIN. hist. mon. 16 p. 438^{C} velociter. PAVL. NOL. carm. 20, 246 ille ... quem matris ab alvo claudentem ... iusserunt validis in saltum -ere plantis. *al. in imag.*: SEN. Herc. f. 1157 -e virtus (victor *v. l.*). TERT. virg. vel. 3 p. 887 Oe. -e ... veritas, -e et ... de patientia erumpe. *sensu spirituali*: AVG. conf. 5, 1, 1 ut -at in te a lassitudine anima nostra. Ⓘⓘ *c. certa -endi ratione: in iudicio*: CIC. Flacc. 73 -e, Amynta. TERT. monog. 17 p. 787 Oe. -et regina Carthaginis et decernet in Christianos. VVLG. psalm. 75, 10 cum -ret in iudicium deus. *al. in contione ad loquendum*: TAC. ann. 3, 65, 2 ut ... senatores certatim -rent foedaque ... censerent. APVL. met. 3, 3 accusator ... senior -it. ITALA act. 13, 16 (cod. g) Paulus (*ἀναστάς, Vulg.* surgens). VVLG. Marc. 14, 60 -ens summus sacerdos in medium (*ἀναστάς*). *al. ad aliquem venerandum*: ITALA lev. 19, 32 (Cypr. testim. 3, 85 p. 174, 2) a facie senioris -es (*ἐξαναστήσῃ, Vulg.* consurge). MART. CAP. 2, 214 deorum senatus veneratus verticem ingredientis (*i. Mercurii*) -it.

β respicitur positio corporis: Ⓘ *de sedentibus* (*opp.* sedere *l. 63. addit.*: ad *l. 67.* de *l. 70*): PLAVT. Epid. 733 lumbos porgite atque -ite ([*lect. var. v. p. 1768, 10 sq. cf. p. 2032, 25*]. Pseud. 1 *v. l. 20 sq. p. 1768, 11*). Mil. 81 qui ... auscultare nolet, -at foras, ut sit ubi sedeat ille qui auscultare vult (*cf. Plato, Phaed. 116^{A} ἀνίστατο εἰς οἴκημα*). Truc. 968 spectatores, bene valete, plaudite atque -ite. CIC. Planc. 102 -e quaeso. FEST. p. 165 in gremio posita, cum in oblivionem venerunt pro⟨pere⟩ -entium, procidunt. SEN. contr. 7 praef. 1 -ere audebat. QVINT. inst. 2, 2, 12 ad omnem clausulam non -unt modo, verum etiam excurrunt (*cf. syn. antea 9* adsurgendi ... licentia). TAC. ann. 13, 15, 2 Britannico iussit -ret et ... cantum ... inciperet. GELL. 13, 31, 13. ITALA iud. 3, 20 (Lugd.) -xit de throno (*ἐξανέστη, Vulg.* surrexit). *al.* ⓘⓘ *de accubantibus* (*seq.*: ad *l. 76. inf. l. 78*): PLAVT. Bacch. 758 ubi erit accubitum semel, ne quoquam -atis, donec a me erit signum datum. Pseud. 1273. VERG. Aen. 6, 607 furiarum maxima iuxta accubat ... -itque. LIV. 37, 24, 6 PETRON. 60, 2 TAC. ann. 15, 69, 2 APVL. met. 2, 20. *al.* TERT. coron. 9 l. 19 post cibum et potum -ens ad ludendum (*cf.* ITALA exod. 32, 6 [Cypr. testim. 3, 60 p. 164, 5] consedit populus manducare et bibere et -xit [surrexerunt *l. v.* = *Vulg.*] ludere [*ἀνέστησαν παίζειν*]). *al.* ⓘⓘⓘ *de dormientibus, ad quietem prostratis, humi iacentibus sim.* (*c.: supin. p. 1958, 3*; ad *p. 1958, 17; abl. separ. p. 1958, 1. 12. i. q. expergisci p. 1958, 5. al.*): PLAVT. Rud. 914 ut de nocte multa impigreque -xi *eqs.* Most. 376. ACC. trag. 114 vigiles ... -ite. OV. epist. 14, 75 territus -is. *al.* EPICED. Drusi 353 alta mane supraque tuos -e dolores. TAC. ann. 14, 10, 1 saepius pavore -ens *Caesar*. APVL. met. 1, 17 clamore experrectus Socrates -it prior. 8, 4 aper immanis ... -it toris (CLAVD. 15, 339 -e toris, invade rebellem). 11, 1 discussa pigra quiete alacer -o. *al.* TERT. uxor. 2, 5 l. 16 cum ... per noctem -is oratum. *al.* ITALA gen. 41, 21 (Aug. loc. hept. p. 530, 16) -ens ... dormivi (*ἐξεγερθείς, Vulg.* evigilans. AVG. *in l.* -ens ait pro expergiscens). PSALT. Cas. 77, 65 -xit sicut somniatus dominus (*ἐξηγέρθη, Vulg.* excitatus est). ITALA Is. 42, 14 (Tert. pudic. 2 p. 223, 8) quievi velut parturiens, -am (*ἐξιστήσω, Vulg. aliter*). Matth. 2, 14 (cod. k) *Ioseph* -xit et adsumpsit puerum ... et secessit Aegyptum (*ἐγερθείς, Vulg.* consurgens). *al.* AMM. 16, 5, 5. CHIRON 221 strophosus -ens citius ambulare se ipsum cogit. VVLG. psalm. 3, 6 ego dormivi et soporatus sum: et -xi (*ἐξηγέρθην*). 43, 23. *al.* CLAVD. carm. min. 25, 29 *Venus* mollibus -it stratis. PAVL. NOL. carm. 18, 237. *al. in imag.*: ITALA Is. 51, 9 (Tert. resurr. 26 p. 63, 22) -e, -e Hierusalem, ... -e sicut in primordii die (*ἐξεγείρου, Vulg.* consurge). VVLG. psalm. 56, 9 -e gloria mea *eqs.* (*ἐξεγέρθητι*). *al.* GREG. M. in Ezech. 1, 2, 21 ut loquendi virtus silentio refota, ad indaganda mysteria ... robustior -at. Ⓘⓥ *de collapsis, sc. et corporaliter et de mente oppressis* (*de bestia obstinata l. 25. opp.* cadere *saepe. addit.* ad *l. 26*): PLAVT. Amph. 1066 -ite ... qui terrore meo occidistis prae metu (*cf.* 1067 ut iacui, -o). CIC. Phil. 12, 24 cecidi sciens, ut honestissime possem -ere (ITALA psalm. 19, 9 [Cypr. Fort. 10 p. 332, 13]; *syn.* erecti sumus. CYPR. epist. 55, 22 p. 639, 13 per opera rursus -ere. *al.*). LVCR. 3, 174 -endi incerta voluntas. PLIN. nat. 28, 43 comitiali morbo *collapsos* ... -ere ... protinus. APVL. met. 4, 4 obstinatus *asinus* nullis verberibus ad ingrediundum -ere. *al. in imag.*: SEN. epist. 80, 3 quanto facilius animus conroborari possit, ut ... conculcatus -at. LACT. mort. pers. 1, 2 profligata nuper ecclesia rursum -it. HIL. trin. 6, 1 p. 158^{B} multorum lapsus ... -endi pudore auctoritatem sibi praesumit. *al.* ⓥ *de supplicantibus, ad orationem prostratis* (*acced.* ab *l. 31. 33*): PLAVT. Rud. 280 manus mihi date, -ite a genibus ambae. ITALA Luc. 17, 19 (cod. s) -ens vade, quia fides tua te salvum fecit (*ἀναστάς, Vulg.* surge). VITAE patr. 3, 28 cum -isset ab oratione (3, 97). 3, 120 oratione ... expleta -ens pater egressus est foras. *al.*

b *de mortuis fere i. q. resurgere* (*syn. l. 40. 46. de Christo: l. 45. addit.*: ab *l. 44.* de *l. 39.* in *c. acc. l. 41*): SEN. contr. 7, 4, 9 -ite nunc, viva cadavera. 9, 2, 9 -ite nunc Bruti, Horatii, Decii et cetera imperi decora. *al.* ITALA Is. 26, 19 (Tert. resurr. 31 p. 70, 6) vivent mortui et -ent de sepulcris (*ἀναστήσονται, Vulg.* resurgent). Dan. 12, 1 (Aug. civ. 20, 23 p. 466, 1 D.) multi dormientium in terrae aggere -ent: hi in vitam aeternam *eqs.* (*ἀναστήσονται, Vulg.* evigilabunt). COMM. apol. 1044 -ent corpora iusta. IVVENC. 2, 659 corpora cuncta vocis ad auditum propriis -ere bustis (*cf.* 2, 661 iudicio ... gravi). VVLG. Eph. 5, 14 -e a mortuis (*ἔγειρε*. DIDASC. apost. 64, 22 *Christus*). PRVD. perist. 5, 285 -e, martyr inclyte *eqs.* CASSIOD. in psalm. 3, 4 -ere ... est cum alacritate resurgere. CIL XI 6784 hinc pos(t) exur⟨g⟩ens sp(iritu)s no(ster) sequitur *eqs. al.*

2 *sensu laxiore: not. surgendi adhuc perspicua i. q. se parare ad alqd. faciendum*: **a** *generatim*: *α se parare ad eundum* (*c.* de *l. 57*): APVL. met. 8, 21 unus ... et animo fortior et aetate iuvenior ... -it alacer. ITALA gen. 24, 10 (Aug. civ. 16, 13 p. 147, 19 D.) -ens profectus est in Mesopotamiam (*ἀναστὰς ἐπορεύθη, Vulg.* profectus ... perrexit). 35, 1 (Cypr. testim. 2, 6 p. 68, 11) -e et ascende (*ἀνάβηθι, Vulg.* surge). Is. 33, 10 (Cypr. testim. 2, 26 p. 92, 23) nunc -am, ... nunc clarificabor (*ἀναστήσομαι, Vulg.* consurgam). AMM. 14, 11, 20 'statim' inquit, '-e' (*sc. ad proficiscendum*) et inopinum *Caesarem* ... ad Histriam duxit. VVLG. I reg. 24, 8 Saul -ens de spelunca pergebat (*ἀνέστη*). Luc. 1, 39 -ens ... Maria ... abiit (*ἀναστᾶσα*). *al.* VITAE patr. 3, 118 -ens ... senex ambulabat cum eo (*cf.* LIB. iubil. 13, 12 -ens perambula ⟨longitudinem et⟩ latitudinem eius *terrae*). *al. in imag.* (*acced.* ad, in): HIL. in psalm. 58, 6 p. 184, 23 (*ad* psalm. 58, 6 -e in occursum mihi ..., intende ad visitandas omnes gentes) -ere ... sibi in occursum deum virtutum ad visitandas omnes gentes precatur (*i. -ere ut sibi occurrat et gentes visitet; nota Hil. psalmistae duo verba q. s.* -ere *et* intendere *in unum coartasse et membrum q. e.* ad visitandas ... gentes *voci -endi subiunxisse*). *β se parare ad aliquid agendum* (*c.*: ad *l. 72.* in *l. 74*): ITALA exod. 32, 1 (Cypr. testim. 1, 1 p. 38, 22) -e et fac nobis deos qui nos praecedant (*ἀνάστηθι, Vulg.* surge). iud. 5, 12 (Lugd.) -e (*ἐξεγείρου, Vulg.* surge). Is. 32, 9 (Tert. adv. Marc. 4, 19 p. 480, 25) mulieres ... -ite et audite vocem meam (*ἀνάστητε, Vulg.* surgite). AMM. 15, 6, 1 -bat ... *Paulus* ad venenatas artes suas exercendas. VVLG. psalm. 3, 7 -e domine, salvum me fac (*ἀνάστα*). 9, 20. *al.* Bar. 5, 5 -e, Ierusalem, et sta in excelso (*ἀνάστηθι*). AVG. in psalm. 118 serm. 2, 2 p. 1505 -e in adiutorium, domine Iesu, mihi. VITAE patr. 6, 3, 2 p. 1005^{C} -entes manducavimus (*gr. Cot. p. 543^{C} ἀναστάντες*).

b *speciatim: hostiliter invadere in alqm., aggredi* (*c.*: ad *p. 1959, 13.* adversus *p. 1959, 5.* contra *p. 1959, 12.* de *p. 1959, 14.* ex *l. 82.* in *l. 84 sqq. al.* super *p. 1959, 9*): CIC. Att. 7, 13 a, 1 ubi -ere poterimus aut quando? SALL. Iug. 31, 3 ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, -itis. LIV. 3, 41, 5 invidia ... -ere ... plebem. 8, 8, 13 novam repente aciem -entem. 27, 41, 7 tempus -endi ex insidiis (TAC. hist. 2, 25, 1 ITALA Ios. 8, 7 [Lugd.]). FLOR. epit. 2, 12, 3 vehementius sub hoc Macedones quam sub patre -ant. TERT. fug. 11 p. 481 -e, romphaea, in pastores

[Fleischer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(ITALA gen. 4, 8 [Clem. ad Cor. 4] -xit Cain in fratrem suum [*ἀνέστη, Vulg.* consurrexit]. CYPR. Demetr. 17 p. 363, 7 nec umquam impiorum scelere in nostrum nomen -itur. AMM. 29, 4, 2 Macrianum regem ... in nostros ... -entem. SERV. georg. 1, 474 in rebellionem). PSALT. Cas. 3, 2 multi -unt adversus me ([*ἐπανίστανται, Vulg.* insurgunt]. PSALT. Rom. 93, 16 quis -et mihi adversus malignantes [*ἀναστήσεται, Vulg.* consurget]). ITALA Ier. 49, 14 (Sangall.) in pugnam (*Vulg.* consurgamus). Matth. 24, 7 (Cypr. Fort. 11 p. 335, 10) -et ... gens super gentem ([*ἐγερθήσεται, Vulg.* consurget]. Marc. 13, 12 [cod. k] fili super parentes [*ἐπαναστήσονται, Vulg.* consurgent]. *cf. p. 1957, 21*). CYPR. Demetr. 10 p. 358, 3 hostem quereris -ere (epist. 57, 5 p. 655, 19 contra nos). LACT. inst. 5, 22, 17 illi (*imperatori*) ... adversarius -it invito. *al.* AMM. 31, 15, 10 provinciales et palatini ad obruendos eos excitatius -bant. VVLG. I Macc. 11, 69 insidiae ... -erunt de locis suis (*ἐξανέστησαν*). PS. EVSEB. CAES. hom. 11 p. 1178^{D} servi -entes. *al.*

B *c. not. sursum tendendi*: **1** *de animantibus (capillis l. 25) i. q. se allevare* (*c.*: ad *l. 24. 27.* contra *l. 22.* in *l. 21*): **a** *intrans.*: VERG. Aen. 11, 697 securim (*i. ictum securis*) altior -ens ... congeminat (*cf.* CLAVD. DON. *in l.* p. 520, 28). SEN. Herc. O. 1736 *Hercules* medias inter -ens faces. dial. 5, 30, 1 ad umbram aspis -it. epist. 111, 3 non -it in plantas *philosophus* nec summis ambulat digitis *eqs.* (*sc. ut longior quam est videatur*). PLIN. nat. 8, 150 contra ... membra *elephanti* -ens *canis*. SIL. 14, 535. APVL. met. 9, 7 -ens alacriter (*e dolio*). TERT. orat. 29 p. 200, 8 aves ... -entes eriguntur ad caelum. HERM. vulg. vis. 3, 1 p. 13, 5 capilli mei -erunt (*Pal.* steterunt). *in imagine de re incorp.*: SEN. dial. 4, 1, 2 debet ... in haec se demittere disputatio, ut ad illa ... altiora possit -ere. PETRON. 2, 6 grandis ... oratio ... naturali pulchritudine -it. **b** *transitive: fere i. q. elevare, extendere*: VITA Adae 45 (JThSt. 30, 143) aspiciens in caelum flexis genibus -ens manus suas deo dixit *eqs.*

2 *de rebus fere corporeis*: **a** *c. vi motus corporalis*: *α de sole, astris i. q. surgendo apparere, oriri, ascendere* (*addit.* ab *l. 36. 37. i. q. prodire l. 36*): MANIL. 1, 439 Notius Piscis venti de nomine dictus -it. GERM. 692 Corona *australis*. MELA 3, 57 sol (APVL. met. 11, 7. LEO M. serm. 27, 4 p. 218^{C} sol in inchoatione diurnae lucis -ens). PLIN. nat. 2, 63 ab alio cuique (*sc. stellae*) centro apsides suae -unt (*v. l. 33*). 2, 214 sidera. ARNOB. nat. 2, 58 p. 94, 12 ut ... ab occiduis partibus dies primus -ret. AMM. 27, 4, 7 eoum iubar. HYG. astr. 3, 33 p. 95, 15 cum Cancro ... toto corpore pariter -entem *Oriona. al.*

β fere i. q. sursum ferri, elevari, ascendere (*c.* a *l. 47*): *de fluctibus maris (nave undis surgente: l. 45), fluviis, fontibus, sanguine* (*fere i. q. profluere: e. g. l. 46*): SEN. Phaedr. 1012 furens Ionius -it sinus (*cf.* nat. 3, 27, 1 pelagus. *al.* VVLG. Ioh. 6, 18 mare; *διεγείρετο*). MELA 2, 61 interfluit Timavus novem capitibus -ens. 3, 21 *Garunna*. SIL. 14, 379 celsa ... anhelatis -ens ictibus alnus (*v. l. 41*). COMM. apol. 965 fontes (ITIN. Anton. Plac. rec. A 32). AMM. 23, 6, 70 Gardomaris fluvius a Bactrianis -ens. *de vento, aura sim., de flamma* (*l. 52. addit.*: ab *l. 53.* de *l. 51. de sternutatione l. 53*): MELA 1, 39 *auster*. AMM. 23, 6, 17 (*ex hiatu terrae*) halitus letalis -ens. VINDIC. med. 38 ex aqua videmus vesiculas -entes decidente pluvia. DRAC. laud. dei 1, 195 aura ... -ens nitidis de fontibus horti. PASS. Theclae C 22 p. 59, 2 -xit flamma ingens in circuitu. *adde*: GREG. M. moral. 33, 56 p. 709^{B} in sternutatione inflatio a pectore -it.

γ de variis rebus crescentibus i. q. provenire, crescere (*in imagine saepius*): SEN. Tro. 536 generosa in ortus semina -unt suos. dial. 4, 15, 2 inperfectus illis vigor est ut omnibus, quae sine arte ipsius tantum naturae bono -unt. epist. 38, 2 si illa (*verba*) animus bene excepit, convalescunt et -unt. PLIN. nat. 24, 173 ramuli. TERT. nat. 1, 5 p. 65, 16 verrucula (*cf. etiam l. 76 sqq.*). 1, 12 p. 82, 26 arbor (*cf.* praescr. 36 l. 28 caprificus). *al.* AVG. epist. 22, 2 peccatorum -xit seges. *al.*

δ c. separationis notione, fere i. q. exsilire, abrumpi: PLAC. med. 5, 1 rec. *β* l. 4 capri cornum in flamma ustulatum et cortex (*sic*), qui -et, conteres *eqs.* (*cf. rec.* α eversato crustas, excuties *eqs.*).

b *vi motus plus minus (e. g. l. 68) evanida, fere i. q. attolli, assurgere, eminere*: *α de terra, collibus sim.* (*cf. de acie, castris in colles adsurgentibus: l. 72. de cutis tumore sim. l. 76. addit.*: ab *l. 71. p. 1960, 2.* contra *l. 72.* in *l. 69. 70. 73. 74*): PANEG. in Mess. 161 non ... presso tellus -it aratro. VITR. 2, 6, 1 ibi quod nascitur tofus -ens est sine liquore. CVRT. 8, 11, 7 summa *petrae* in acutum cacumen -unt (HERM. Pal. sim. 9, 2, 1 [*gr. ἀναβεβηκνῖαν*]). MELA 1, 20 in iuga -ens *Africa*. 1, 80 Taurus ... ab Eois litoribus -ens. SIL. 7, 275 nemorosa iuga et ... colles (AMM. 22, 8, 20 collis contra ... Helicen -ens. *sim.* [*v. l. 65*]: TAC. hist. 2, 14, 2 ut pars classicorum ... in colles ... -ret. 4, 23, 1 pars castrorum in collem leniter -ens, pars aequo adibatur). 12, 74 rupes. PRVD. perist. 11, 224 via latior alti culminis -ens editiore apice. *al.* *in similitudine (v. l. 78) de corporis tumore sim.* (*cf. l. 59. 66*): PAVL. FEST. p. 329 squarrosi ... quorum cutis -it ob adsiduam inluviem. LACT. opif. 10, 5 genarum ... tumor in similitudinem collium leviter -ens. *de oratione c. corpore sano comparata*: TAC. dial. 21, 8 oratio ... sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua ... temperatus ac bonus sanguis implet membra et -it toris. *β de rebus arte factis i. q. eminere* (*c.* ab, in *p. 1960, 1. 2. 5*): *variis*: IVV. 6, 305 geminis -it mensa lucernis (*ebrio mensa assurgere videtur lucerna propter ebrietatem geminata*). TAC. hist. 2, 3, 2 simulacrum deae ... tenuem in ambitum metae modo -ens. AMM. 23, 4, 5 ab hac medietate restium ligneus stilus -ens. *de aedificiis*: PANEG. in Mess. 174 structis -unt (exurgitat *l. v.*) oppida muris. LIV. 6, 4, 6 Roma ... -ere aedificiis. CIL XI 5265, 30 (*aet. imp. Constant.*) templum ... -surgere. AMM. 19, 5, 4 turris fuit in sublimitatem -ens.

II *transl.* (*v. et p. 1958, 18*): **A** *de animantibus et de rebus quasi personis*: **1** *fere de animo demisso, afflicto sim. erigendo, sublevando i. q. se extollere, vires colligere sim.* (*c.* in *l. 14*): CIC. Cluent. 168 tu ... -e, perfer hunc dolorem. VAL. MAX. 4, 4, 11 -amus potius animis. SEN. dial. 3, 9, 1 virtus. 11, 16, 5 necessario maerore cito defunctam iubebunt -ere. epist. 24, 16 minus habebit vigoris *animus*, cum -endum erit. 41, 2 potest aliquis supra fortunam ... -ere. *al.* PORPH. Hor. carm. 3, 21, 18 homines humilitatis suae obliti in maiorem sui fiduciam -unt. AVG. civ. 7, 33 p. 316, 6 D. qui (*Christus*) praebuit ad -endum tantae humilitatis exemplum. **2** *i. q. recreari, se reficere a quolibet genere infirmitatis*: CIC. leg. agr. 2, 87 ne quando recreata -ere atque erigere se possent oppida. Phil. 13, 38 Pompeianorum causa. epist. 12, 10, 4 res publica -et et in aliquo statu tolerabili consistet. **3** *fere i. q. ascendere* (ad): AMM. 15, 8, 10 ad honorem prosperatum -at *Iulianus*. **4** *i. q. insurgere, se opponere, agere contra alqm.* (*alqd.*): **a** *generatim* (*c.*: adversus *l. 23.* contra *l. 25. 26. 28. 31. 34.* in *l. 29. 30*): SEN. dial. 2, 16, 1 Epicurus ... adversus iniurias -it (TAC. hist. 2, 76, 2 non adversus divi Augusti acerrimam mentem nec adversus ... Tiberii senectutem, ne contra Gai quidem ... domum -imus). CYPR. epist. 43, 3 p. 592, 20 ut non ... contra euangelicam disciplinam nova traditio sacrilegae institutionis -at. FIRM. math. 6, 15, 1 diametra radiatio[ne] contraria se potestate semper impugnat et inimico contra se genere societatis -it. LVCIF. Athan. 1, 24 p. 109, 6 tu in innocentis -is necem. 2, 9 p. 165, 19 non mirum, si in dei servum Athanasium sic -eris. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 104, 2 -erunt *Arriani* contra fidem (insurrexerunt *l. v., gr. κατεπανέστησαν*). CONC.^{S} I 5 p. 128, 16 illis -imus qui ecclesiae recta dogmata pervertunt (*gr. I 1, 7 p. 47, 28 ἀντανιστάμεθα*). PS. EVSEB. GALLIC. ed. Morin ZntW. 34, 1935, 109 *nihil* quod ... contra nos in diem discussionis -at. **b** *speciatim sensu iuridiciali* (*addit.*: in *l. 37 sqq.*): ITALA act. 18, 12 (cod. h) -erunt consentientes Iudaei in Paulum ([*κατεπέστησαν, Vulg.* insurrexerunt]. AMM. 21, 16, 9 in quaestiones acrius -ens quam civiliter. 22, 9, 9 acrius in calumniatores -ens. COD. Theod. 7, 20, 7 *in veteranos*). DRAC. laud. dei 1, 544 -it censura dei pietate severa. **5** *i. q. existere, provenire, oriri* (*syn.* esse *l. 49. addit.*: ab *l. 45. 52.* de *l. 51.* ex *l. 42.* in *l. 44. abl. sep. l. 46*): ITALA num. 24, 17 (Cypr. testim. 2, 10 p. 74, 19) -et homo ex Israel (*ἀναστήσεται, Vulg.* consurget virga de Israel). deut. 13, 1 (Tert. scorp. 2 p. 148, 20) si ipse prophetes ... -erit in te ([*ἐὰν ἀναστῇ, Vulg.* si surrexerit]. Ioh. 7, 52 [cod. l] propheta a Galilea non -et [*ἐγείρεται, Vulg.* surgit]. IVVENC. 4, 139 falsi ... prophetae -unt terris). iud. 2, 10 (Lugd.) -xit generatio alia (*ἀνέστη, Vulg.* surrexerunt alii). Dan. 7, 24 (Iren. 5, 25, 3) et decem cornua eius (*i. bestiae*) decem reges -ent (*στήσονται, Vulg.* erunt). Matth. 11, 11 (Aug. serm. coll. Morin p. 224, 22) in natis mulierum nemo -xit maior Iohanne baptista (*ἐγήγερται, Vulg.* surrexit). *al.* AVG. quaest. hept. 6, 22 de ipsa tribu existimetur -turus antichristus. LICENT. carm. ad Aug. 137 ab una -imus urbe.

B *de rebus*: **1** *i. q. apparere, existere, oriri, nasci* (*fere i. q. incipere l. 64; i. q. esse l. 74; de numeris in arithmetica, fere i. q. effici l. 75. acced.*: adversum *l. 67.* ex *l. 69.* per *l. 74*): SEN. suas. 1, 1 nec usquam rerum naturam desinere (*opp.*), sed ... novam -ere. VAL. MAX. 5, 3, 26 priore adhuc querella vibrante alia deinceps -it. SEN. Med. 49 gravior -at dolor (DRAC. Romul. 8, 55. *al.*). benef. 3, 1, 4 honestae rei cupiditas (*cf.* CYPR. mortal. 4 p. 299, 16 si avaritia prostrata est, -it libido. AVG. c. Pelag. 1, 17, 35 p. 451, 20 carnalis concupiscentia. CHROMAT. in Matth. 4, 2 p. 338^{C} libidinosas et mortiferas voluptates). LVCAN. 9, 114 -ens ad summa pericula clamor (APVL. met. 10, 16 AMM. 19, 2, 13). SIL. 17, 188 laudes. TERT. anim. 38, 1 p. 365, 6 pubertatem ... animalem. CYPR. mortal. 2 p. 297, 21 bella et fames et terrae motus ... -ere praenuntiavit *dominus* (AVG. civ. 19, 7 p. 366, 31 D. *cf.* AMM. 25, 8, 9 si casus novi quidam -rent. VVLG. psalm. 26, 3 si -at adversum me proelium [*ἐπαναστῇ*]). ANTH. 418, 1 opus. EPIST. Alex. p. 214, 17 dolum aut scelus. FIRM. math. 6, 15, 21 ex hominum insidiis varium calamitatis -it exitium. AVIEN. Arat. 1346 quattuor -unt languentis luminis umbrae. RVFIN. Adamant. 1, 24 p. 47, 18 post aureum et argenteum et aereum -ere regnum ferreum. COD. Theod. 8, 4, 6 necessitas conquerendi. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 101, 36 dogmata. DRAC. laud. dei 3, 569 non si mihi ... ora tot -ant, quot dentes ossibus albent. VITAE patr. 3, 76 ira per has quattuor res -it. *al.* *nota* (*v. l. 55*): BOETH. mus. 3, 5 tres tertio atque id ter si duxeris XXVII necessario -ent. **2** *i. q. crescere, augeri* (*c.* in *l. 78*): SEN. epist. 78, 17 necesse est, ut -it (-at *codd.*), et desinat *morbus*. COD. Theod. 12, 1, 146 ne clementia nostra ... in maiorem indignationem -at.

indiculus gramm.: pendet: infin.: p. 1957, 36. 72. supin.: p. 1957, 79. acced. praepp.: ab *p. 1957, 35. 1958, 30. 36. 1959, 32. 40. 48. 66. 82. 1960, 41.* ad *p. 1957, 80. 1959, 17. c. gerund.: p. 1957, 71. 80. 1958, 19. 67. 77.* adversus *p. 1958, 78. 1960, 21 sq. 55.* contra *p. 1958, 78. 1959, 16. 67. 1960, 22.* de *p. 1957,*

[Fleischer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

60. 1958, 36. 78. 1959, 48. 1960, 41. ex *p. 1958, 78. 1960, 41. 55.* in (*c. acc.*) *p. 1957, 36. 1958, 36. 67. 78. 1959, 17. 67. 1960, 8. 22. 36. 41. al.* per *p. 1960, 55.* super, supra *p. 1958, 79. 1960, 12.* *cum.: dat. fin. (cf. Schmalz-Hofmann[5] p. 419) p. 1960, 32. abl. separ. p. 1957, 80. 1960, 46. al.* *transitive: p. 1959, 28.*

deriv.: exsurrectio.

exsurrēctio, -ōnis *f.* *ab* exsurgere. *i. q. actus surgendi:* **1** *de cubantibus:* HIPPOCR. progn. 11 fatigantur ... homines de -e frequenti et vigilia. CASS. FEL. 72 somni (*nom. plur.*) ... flegmatici ... et -o sine ratione. PS. EVSEB. CAES. hom. 9 p. 1150A apud illos ... non nox ad refectionem habetur, non dies ad -em. **2** *fere i. q. insurrectio, impetus sim.:* VVLG. IV Esdr. 16, 71 in vicinas civitates -o multa super timentes dominum. PS. EVSEB. CAES. hom. 3 p. 1087C sed -em mulieris impudicae, sed factam calumniam et accusationem falsam in ... adolescentem (*i. Ioseph*). *Fleischer.*

? **exsuscipio,** -cēpī, (-ere). *ab* ex *et* suscipere (*nisi verbum ex duabus lect. variis* susci- *et* exci- *coaluit*). *i. q. accipere, nancisci:* ITALA Iob 2, 10 (Cypr. mortal. 10 p. 302, 19 *cod. G*) si bona -cepimus (excep- *codd. plur., Hartel*; suscep- *v*) de manu domini (ἐδεξάμεθα, *Vulg.* suscepimus).

exsuscitātio, -ōnis *f.* *ab* exsuscitare. *i. q. actus exsuscitandi:*

1 *t. t. rhet. fere i. q. excitatio, commotio animi:* RHET. Her. 4, 42, 55 tertium genus est commutationis, quod tractando conficitur, si sententiam traiciemus aut ad sermocinationem aut -em. 4, 43, 55 res ... traducitur ad -em (susc- *l. v.*), cum ... auditoris animum commovemus. 4, 43, 56.

lyrici carminis). PORPH. Hor. ars 29 aliud hoc praeceptum est, non esse fabulis indulgendum nec -andum usque in vitia materiam (*v. p. 1986, 60*). RHET. min. p. 308, 25 propositio facti cum persona vel quodlibet alio modo invidiam comparans aut -ans summa dicetur. DON. Ter. Andr. 58, 3 non -vit rem, sed ad laudem rettulit. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 29 merita. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. prol. dum Romanos volunt magnos ostendere, Iudaeorum res -ant et in humilitatem deiciunt. AVG. civ. 1, 19 p. 33, 4 D.; *opp.* confirmetur. MART. CAP. 5, 545 quod obest causae diluimus vel -amus. *al.* **b** *technice in rhet. sim.* (*nota et sub 2a nonnulla doctrinam rhet. sapere*): *α de vocis (soni) vi, qualem poeta, musicus, orator adhibeat*: CIC. de orat. 3, 102 ipsi poetae ... denique illi ... qui fecerunt modos, a quibus utrisque ... aliquid ... -atur, inflatur (*sic opp.*: 3, 216 plura genera [*sonorum fere*], lene asperum, contractum diffusum, ... flexo sono -tum inflatum). *β verbis alqd. deprimere, abicere, spectat ad 'μείωσιν' (cf. p. 1983, 49)*: DON. Ter. Phorm. 292, 3 mire -vit condicionem suam dicendo *eqs.* (SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 32 mire -vit, ... dicendo *eqs.*). IVL. RVF. rhet. 6 p. 39, 31 ἐξουθενισμός. figura haec fit, cum rem aliquam -amus et contemtam facimus.

part. praes. **extenuāns**, -antis *pro subst. n. (pluraliter): de cibo, medicamento sim., quo quis tenuis, macer fit aut quo venter aperitur (cf. p. 1984, 73)*: CELS. 1, 3, 17 inter -ia posuerim vomitum et deiectionem. 5, 28, 15[D] abstinere ab omnibus acribus et -bus. ORIBAS. eup. 4, 5, 3 p. 531[in.] optimam autem est inunctio calefaciens, ... aliquam de -bus (*gr. p. 439, 21 κάλλιστον δ'ἐστὶ χρῖσμα θερμαῖνον ... τινὸς τῶν λεπτομερῶν.* 4, 35, 2 Aa p. 552[med.] oleus ... qui -are potest et non habet stipticam ... virtutem; *gr. p. 450, 12 ἐκ λεπτομεροῦς καὶ μὴ στύφοντος ἐλαίου*). *v. et p. 1983, 64. 1985, 14.*

p. p. p. **extenuātus**, -a, -um *pro adi.* (*superlat. v. l. 32*): **A** *de corporalibus* (*de aëre l. 34*): **1** *fere i. q. attenuatus, imminutus:* BRVT. Cic. epist. 11, 13, 2 *meae copiolae* sunt -issimae et inopia omnium rerum pessime acceptae. **2** *fere i. q. subtilis, tenuis*: VITR. 5, 9, 5 ex viridibus subtilis et -us aër. **3** *fere i. q. in artius coartatus, angustus* (*opp.* latus): CELS. 7, 14, 3 tumor ... ab ima parte latus, -us in vertice est. *cf. et p. 1985, 76.* **B** *de incorporeis (transl.): fere i. q. infirmus, tenuis, exilis sim.*: RHET. Her. 2, 24, 37 non universa neque absoluta, sed -a ⟨ratione expositio confirmatur⟩ (*v. app. cr.: syn. antea*: infirma). *technice* (*cf. l. 9 sqq.*): RHET. Her. 4, 8, 11 unam *orationem* gravem, alteram mediocrem, tertiam -am vocamus. CIC. Brut. 97 Sex. Pompei sunt scripta nec nimis -a, quamquam veterum est similis.

deriv.: extenuatio; extenuatorius. *K.*

exter (*v. l. 59*), **exterus** (*v. l. 57*), -a, -um. *de orig.* (*cf. Stolz-Leumann[5] p. 220; Walde-Hofmann[3] p. 433*): CASSIOD. gramm. VII 204, 16 (*e Caesellio*) ex ..., unde extrinsecus, -r, extrarium (*cf. adn.*). *derivatur ab* extra *et* terra: *v. l. 63. scribitur*: ester: INSCR. christ. Diehl 499 (*cf. Stolz-Leumann[5] p. 165*). extreis (*i.* -is. *cf. l. 61*): INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 471 (*aet. Aug.*). *per errorem lapicidae:* CIL VI 2888, 12 eaterum. *notatur (acc. sg. masc. praeter l. 52) per*: e: CIL I[2] 2, 1263, 14 VI 2183. 2345 X 2557, 10. 3957 (*acc. pl. masc.*). XIV 4827, 5. 5026, 10. 5107, 7 INSCR. christ. Diehl 3823. ex: INSCR. christ. Diehl 4877 (*s. III?*). CIL XIV 5132, 10. ext: CIL VI 10219, 16. 27132[a], 9 X 6156, 9. exter: CIL VI 10257, 10. 13387, 8. *de formis (comparat.: v. p. 1990, 21. superl.*: extimus: *v. p. 1994, 46.* extremus: *v. p. 1996, 52); nom. sg.*: -us: ARNOB. in psalm. 68 p. 421[C] (*at cf. p. 1989, 37*). COD. Theod. 16, 8, 10 (= Iust. 1, 9, 9). COD. Iust. 8, 13, 21 (*a. 294*). -r (*v. l. 62. 63. 65. p. 1988, 19. 24. 1989, 28. 30*): *inde a* STAT. Theb. *v. l. 77.* PAPIN. dig. (*saepius*). *al.* NOT. Tir. 51, 79 -r. *nota syncopen* (*cf. l. 48*): PAVL. NOL. carm. app. 4, 7 extris. *cf.* extra. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 55, 14 inter -um et extraneum: -r civis alienus est quasi extra terram *eqs.* GLOSS.[L] V Aa E 1038 -r externus, id est extraneus. GLOSS. alienus. ἐξωτικός. *de usu*: PROB. app. gramm. IV 198, 19 -r, non extraneus. *in usu est praecipue numerus pluralis. fere absol.: acced.: casus: gen.* (*inde a* CLEM.; *cf.* expers): *v. p. 1988, 18. 19. 1989, 71. 1990, 17. dat.* (*inde a s. IV*): *v. p. 1988, 75. 1989, 38. 39. 62. 63. 77. 1990, 9. 10. praep.*: ab (*inde a* VVLG.; *cf.* alienus): *v. p. 1989, 72. 75. 76. 1990, 11. 14. 15. 19.* de: *v. p. 1990, 12. pro subst.: masc.: passim. neutr.: p. 1988, 13. 14. 16. 27. 29. legitur inde a* LEGE repetund. (CIL I[2] 2, 583), RHET. Her., CIC. *per totam latinitatem.* [*raet.* eister, *cf. et francog.* êtres. *M.-L.*]

[*vv. ll.*: ceteri (*v. et p. 1988, 1*): CIC. Manil. 38 PLIN. nat. 27, 143. *al.* exterius: COD. Iust. 8, 13, 21. externus: VERG. Aen. 4, 350 COLVM. 5, 4, 2. PLIN. nat. 7, 112 (exterris *F* [*v. l. 77*]). 36, 118 STAT. Theb. 11, 429 FLOR. epit. 4, 2, 1. *al.* ex terra *sim.* (*v. et l. 76. 83*): CIC. Manil. 31. VAL. MAX. 2, 2, 3 (exterrarum). 8, 15 ext. 1 (ex terra). VVLG. I Macc. 1, 38. exterriti: FLOR. epit. 3, 6, 2. extra (*cf. p. 1988, 3*): CLAVD. 28, 463. extraneus: RHET. Her. 3, 4, 7 CASSIOD. var. 1, 34, 1 p. 33, 14. 11, 5, 4 p. 334, 20. LEX Visig. 5, 1, 4 (extorres *l. v.*). *al.* extremus: LVCR. 2, 277 VVLG. act. 26, 11. *e coni.*: CIC. Balb. 15 (*ed. Juntina*, et terrarum *trad.; sim.* [*cf. l. 77*]: PAVL. NOL. carm. 24, 816 [*Rosweyd*]). VAL. MAX. 2 praef. (*Stanger*, ceterarum *trad.; sic* [*cf. p. 1987, 74*]: HERM. vulg. sim. 4; *edd.* [*cf.* HERM. Pal. sim. 4, 4]. LACT. inst. 4, 2, 5). ALF. AVIT. carm. frg. 2, 4 (-a *Lachmann*, extra *trad.* [*cf. p. 1987, 80*]). *suppl.*: R. GEST. div. Aug. 3 exte⟨ras ...⟩ gentes (*Gottanka, Philol. 96, 1944, 136; gr. ἔθνη*).]

I *sensu strictiore, fere i. q. externus, extraneus: de exclusione:* **A** *a loco: sive extra positus sive extrinsecus veniens* (*n. pl. pro subst.: fere i. q. superficies: l. 14. fere i. q. loca remota, longinqua: l. 13. 14. 16*): LVCR. 2, 277 quamquam vis -a (*v. p. 1987, 82*) multos pellat (*opp.* in pectore, *syn. 289* externa). 2, 435 res -a sese insinuat (*opp.* quae in corpore natast). GRATT. 225 *canis venatorius* secat spatia -a. SEN. nat. 4, 2, 24 -i maris ora (*syn. 22* Atlanticum). PLIN. nat 2, 1 huius *mundi* -a indagare (2, 4; *opp.* interna). 2, 169 ad -a Europae noscenda (4, 94). 22, 103 -a corporum ... confessiones habent. ALF. AVIT. carm. frg. 2, 4 liberos ... in campi patens -aque (*v. supra l. 2 sq.*) muri ducere. GROM. p. 361, 23 L. arbores ante missas finales *lineas* invenies peregrinas (*syn.*), -as. CARM. de Iona 101 *Iona in ceti visceribus* conclusus ... aquis, maris intimus -r (PAVL. NOL. carm. 24, 225 intra mare ⟨et⟩ -r maris). CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 45, 9 ab interno ... calore cordis ... radii per oculorum media profusi ac lumini -o commixti. BOETH. cons. 5 carm. 4, 38 *mens* quas intus species tenet ... notis applicat -is. INSCR. Díaz y Díaz, Antol. lat. vulg. p. 132, 15 addo scriptura tuis tumulis sensus, sive -r (*i. extra sepulcrum? at cf. adn. p. 269*) ubique serves utque tuos amicos meque. *al.* *in imag., c. respectu animae quasi extra hominem vagantis* (*aliter l. 22. 24*): PAVL. NOL. epist. 8, 3 vs. 99 non eris ipse tuus, missusque per -a longe sensibus heu! proprii pectoris exul ages (*syn.* externis, aliena). ARNOB. in psalm. 141 p. 553[D] extranei nobis fiunt ... apices sancti et quasi in -o positi nosmet ipsos agnoscere non valemus.

B *a certa societate:* **1** *a civitate, fere i. q. peregrinus* (*nota iuxta pos.*: socii: *e. g. l. 46. 50. 53. 55. 57.* Latini nominis: *l. 45. 50.* Italici: *l. 45. cf. l. 44. 62.* provinciae: *l. 36. 60. 62. al. cf. Mommsen. Staatsr. III 660 adn. 1. c. fastidio, fere i. q. barbarus: e. g. l. 47. 48*): **a** *in iuncturis*: gentes (*v. et p. 1989, 59*): CIC. Verr. II 2, 2 *Sicilia* prima ... provincia est appellata, prima docuit maiores nostros, quam praeclarum esset -is gentibus imperare (PLIN. paneg. 59, 3. *al.*). II 5, 149 si qui rex, si qua civitas -arum gentium, si qua natio fecisset aliquid in cives Romanos (*sic opp.*: Font. 35. *al.* R. GEST. div. Aug. 3 [*v. supra l. 4*]. *al. cf.* COLVM. 9, 9, 5 *apes* inter se tamquam civilibus bellis et cum alteris quasi cum -is gentibus proeliantur. TAC. hist. 3, 80, 2. *al.*). Cluent. 134 populus Romanus et -ae gentes (Phil. 2, 65 LIV. 26, 49, 8. 28, 41, 15. *al.*). Phil. 7, 2 reserare ... -is gentibus Italiam (LIV. 43, 1, 9. *cf.* AVG. civ. 5, 22 p. 234, 5 D.; *opp.* Italicae). *al.* LIV. perioch. 72 auxilia ... Latini nominis ⟨et⟩ -arum gentium. VAL. MAX. 4, 3, 13 socios et -as gentes. *al.* SEN. benef. 3, 28, 3 sive libertini ... sive servi sive -arum gentium homines. *al.* PLIN. nat. 22, 2; *syn.* barbarorum. *saepe. v. et vol. VI 2, 1847, 25. 1848, 71. 1849, 54. 1850, 15. 1857, 45 sqq.* nationes: LEX repetund. (CIL I[2] 2, 583) l⟨quoi socium no⟩minisve Latini -arumve nationum (GAIVS inst. 1, 79 ⟨in lege Minicia ... peregrinorum nomine comprehenduntur non⟩ solum -ae nationes et gentes, sed etiam qui Latini nominantur). RHET. Her. 3, 4, 7 sociis ..., omnibus civibus, -is nationibus (CIC. Manil. 38 parad. 29. *al.*). CIC. div. in Caec. 7 aut populo Romano ... aut sociis -isque nationibus (Verr. I 2. 41. II 1, 68. 2, 2. 4, 64 leg. agr. 2, 47 dom. 89. *al.*). 18 haec lex socialis est, hoc ius nationum -arum est (*cf.* Verr. I 4 sociis, -is nationibus *eqs.* Sest. 64. 128 Mil. 76. *al.* PAVL. FEST. p. 17 auxiliares dicuntur ... socii Romanorum -arum nationum. *al.*). 63 pro sociis, pro salute provinciae, pro -arum nationum commodis (Verr. II 1, 78. 3, 223). Catil. 2, 25 senatu, equitibus, populo Romano, urbe ..., Italia, provinciis ..., -is nationibus (dom. 147 Phil. 10, 10). Flacc. 27 Graeci ... aut ullae -ae nationes (QVINT. inst. 11, 1, 89). *al.* CAES. civ. 3, 43, 4 LIV. 44, 19, 5. *saepe.*

b *vario usu:* *α pro adi.*: VERG. Aen. 4, 350 -a quaerere regna. FEST. p. 266 in -as regiones (COLVM. arb. 1, 3; *opp.* nostro solo. FIRM. math. 7, 22, 1; *syn.* extraneas. *al.*). VAL. MAX. 8, 15 ext. 1 sine ... deminutione Romanae maiestatis -a ... insignia respici possunt. SEN. Med. 119 sedibus. PLIN. nat. 21, 52 in -is terris (*opp.* Italia. ITALA I Macc. 1, 44 [rec. L]; ἀλλοτρίων, *Vulg.* gentium. INSCR. christ. Diehl 405. *al.*). 27, 143 animalium (*gr. Theophr. hist. plant. 9, 14, 3 τῶν ... ἔξω θηρίων. v. p. 1987, 74*). STAT. Theb. 7, 249 -a regum agmina. PLIN. paneg. 18, 3 regum (*opp.* suorum. *al.*). VVLG. act. 26, 11 usque in -as (*v. p. 1987, 82*) civitates (*εἰς τὰς ἔξω πόλεις*). PAVL. NOL. carm. 24, 816 *Ioseph* fuit -r Aegypti solo (*v. p. 1987, 67. 84. syn.* peregrinus). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 471 (*aet. Aug.*) in -is (*v. p. 1987, 49*) finibus (*al.*). *al.* *β masc. pro subst.: fere i. q. peregrinus*: PLIN. nat. 7, 112 perhibuere et Romani proceres etiam -is (*sc. Graecis. v. p. 1987, 76*) testimonia (*sic opp.*: 18, 22. 33, 50. 34, 32 *statua* publice ... ab -is [*sc. Thurinis*] posita est Romae C. Aelio. *al.*). *al.* TERT. cult. fem. 1, 9 l. 3 quaedam rerum ... sunt invicem sibi peregrina et apud -os mutuo rara, apud suos ... neglegunt-ur. ITALA Is. 1, 7 (Ps. Tert. adv. Iud. 13 l. 17) regionem vestram ... -i comedent et ... subversa erit a populis alienis (ἀλλότριοι, *Vulg.*

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alieni. *sic opp. Iudaei*: ITALA Ier. 2, 25 [Lucif. non conv. 8 p. 16, 22] dilexit -os et post illos abibat [*ἀλλοτρίους, Vulg.* alienos]. VVLG. I Macc. 1, 38 *Hierusalem* facta est habitatio -orum et facta est -a semini suo [*ἀλλοτρίων et ἀλλοτρία*]. *al.*). *al.*

2 *a familia* (*c. respectu consanguinitatis, adfinitatis, dominii [fere in servos: in bestias l. 35. 42], patronatus*): **a** *usu speciali*: **α** *apud ICTos*: IVLIAN. dig. 49, 15, 22, 1 si servus ab -o heres institutus fuerit (PAPIN. dig. 48, 3, 2 pr.; *opp.* domino. *al.*). SCAEV. dig. 34, 1, 18, 3; *opp.* libertis suis (*al.*). PAPIN. dig. 24, 1, 52, 1; *opp.* inter maritos (*al.*). 29, 2, 84 *filius* emancipatus aut -r non ... possunt hereditatem quaerere (30, 11. 49, 17, 15, 3 PAP. Iand. 68, 30 [*s. II*]. *al.*). 31, 67, 4 (*opp.* de familia. *al.*). 31, 69, 1 -r heres (*al. v. et l. 17 sqq.*). VLP. dig. 26, 2, 19 pr. -o committenda tutela. 37, 5, 3, 5 (*opp.* liberis parentibusque [*al.*]. *syn. 6* extraneo). COD. Iust. 6, 20, 10 (*a. 293*) relictum -o (*i. -i heredis*) iure capiens filia. **β** *in titulis sepulcr.*: Ⓘ *in formula usitata et plerumque primis litteris notata* (*v. p. 1987, 50 sqq.*): h(oc) m(onumentum) h(eredem) e(xterum) n(on) s(equetur); *fere opp.* 'fecit sibi et coniugi et libertis libertabusque suis et posteris eorum' *sim.*: CIL VI 2183. 3472, 12. 8442, 10. 8481, 9. 13424, 10. 13944, 6. 25171, 5 X 2557, 10 XIV 166, 10. 4821, 8. 4827, 5. 5026, 10. 5107, 7 INSCR. christ. Diehl 4877 (*s. III?*). *saepe*. *omissa voce* 'heredem' (*masc. pro subst.*): CIL I² 2, 1263, 14 VI 8480, 9 X 1753, 12. Ⓘ *exempla cetera*: CIL III 9450, 7 (*s. III ex.*) nequis ... in hunc monumentum corpus aut ossa -a[e] inferat (VI 13319, 6. 13785, 6 XIV 307, 5. 3031, 13. 4821, 10. INSCR. NSc. 1925 p. 255 corpus, mortus mortuave -i). VI 13484, 10 -i nominis (19915 XIV 766, 7). 19562, 6 familiae. XIV 3031, 9 quisquam ⸢t⸣alius -r. CE 1370, 4 (*a. 525*) ne mala sit tumulis -a lingua tuis (*opp.* fratris). INSCR. christ. Diehl 499 si quis eam *arcam* aperire voluerit -r. *al.* *masc. pro subst.*: CIL VI 22083, 6 ne at -um perveniat. 27132ª, 9 (-um) n(on) rec(ipit). X 3594, 7 -um ponere. XIV 5037, 9 donare vel vendere -o (*al.*). *al.*

b *usu generali*: STAT. Theb. 11, 429 quid apud tales, quis nec sua pignora curae, -r (*v. p. 1987, 77*) honos? ITALA Ioh. 10, 5 (cod. r) oves ... ex⟨ter⟩um (*v. l. 40*) ... non sequuntur, ... ⟨qu⟩oniam non noverunt -am ⟨vocem⟩ (*ἀλλοτρίῳ et ἀλλοτρίων, Vulg.* alienum *et* alienorum). PSALT. Rom. 68, 9 -r (*cf. p. 1987, 57*) factus sum fratribus meis (*ἀπηλλοτριωμένος, syn.* hospes, *Vulg.* extraneus). PAVL. NOL. carm. 24, 507 *filius deo traditus* vobis -r et vester manet. *al.* *masc. pro subst.*: SEN. contr. 1, 1, 12 supplicare -⟨i⟩s (*opp.* domesticis). COLVM. 1, 8, 5 *vilicus* ne convictum ... cum -o habeat (*opp.* domestico). 7, 12, 5; *opp.* conservos. 8, 11, 1 *pavonum* decor ... etiam -os, nedum dominos oblectat. *al.* SVET. Nero 36, 1 foris et in -os. TERT. ieiun. 16 p. 295, 12 apud -os conditus (*opp.* in paternis sepultus). *al.*

3 *a collegio (advocatorum l. 51), corpore, vel a societate negotiorum* (*hereditatis l. 50*): CALL. dig. 27, 1, 17, 2 qui in corporibus sunt veluti fabrorum, ... circa tutelarum -orum hominum administrationem habebunt excusationem. VLP. dig. 5, 4, 1, 3 *actio* adversus -um possessorem (*syn.* extraneo, *opp.* coherede). *masc. pro subst.*: COD. Iust. 2, 7, 26 pr. (*a. 524*) *ne in togatorum collegium admittantur* nisi vel eorum filii, qui triginta priorum obtinent numerum ... aut fortasse -i non ultra duos. 8, 13, 21 (*a. 294*) res obligatas -us debito soluto *liberat*.

4 *a communione ecclesiae, fidei sim.* (*nonnumquam subest similitudo civitatis [cf. p. 1988, 31] sanctorum*): **a** *de gentilibus, haereticis, impiis eorumque verbis, cogitationibus sim.* (*c. respectu cultus Iudaici: l. 71: sim. de diabolo alieno a deo* [*syn.* apostata]: *l. 67*): HERM. Pal. sim. 4, 4 -ae ... gentes et peccatores (*τὰ ... ἔθνη, opp.* iusti. CYPR. epist. 67, 6 p. 740, 20; *syn.* alienigenis, *cf. Watson, Style and lang. of Cypr. p. 287. al.*). COMM. instr. 2, 17, 6 tu ... -r es illi (*i. deo*). LVCIF. non conv. 8 p. 16, 23 post vos ... -os, post vos allophilos. MAXIMIN. c. Ambr. 76 p. 28, 25 per omnia -i Christianis iudicabuntur, qui *eqs.* 139 p. 56, 35 ut *Iudaei et gentiles* ..., qui nunc -i esse videntur, fiant domestici dei. Ps. ORIG. in Iob 1 p. 408ᴮ *deus diabolum* refugam atque apostatam interrogat, tamquam alienigenam, tamquam -um, tamquam adversarium. CE 2199, 7 (*s. IV—V*) nec iam erat -r (*v. Armini, Eranos 34, 1936, 139: subesse videtur lusus verb. c. not. alienae civitatis, cf. ibid. l. 1* peleger). CARM. adv. Marc. 2, 62 *euangelistae* mera, non -a verba locuti. COD. Theod. 16, 8, 10 (= Iust. 1, 9, 9) -us religionis Iudaeorum. AVELL. p. 422, 19 coniuges a verae divinitatis puritate sunt -i. CONC.S IV 2 p. 71, 14 magistrum -ae doctrinae. DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 205, 22 assertoribus -orum dogmatum (*gr. p. 195, 1 ἑτεροδόξους*). VITAE patr. 5, 7, 24 p. 898ᶜ ne efficiamur -i ab eo (*i. Christo*). THEOD. MOPS. in I Tim. 1, 19 p. 83, 12 ab omni ... pietate (*antea*: extra fidem). 6, 5 p. 177, 10 qui fide nobis -i sunt (*τοῖς ἐκτός*). *al.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 356ᶜ eruditio -a (*gr. p. 144ᴰ ἡ ἔξωθεν παίδευσις*). *al.* *masc. pro subst.*: PETR. CHRYS. serm. 15 p. 235ᴮ clamant -i misericordiam tuam (*syn.* impii). THEOD. MOPS. in I Thess. 4, 9 p. 26, 16 apud -os (*Vulg. 4, 12* eos qui foris sunt [*item*: in I Tim. 3, 7 p. 115, 6]). in II Tim. 1, 7 p. 196, 19; *παρὰ τῶν ἔξωθεν. al.* **b** *peculiariter: de eo iure, quod opponitur iuri canonico, fere i. q. civilis*: CONC.S II 2, 2 p. 58, 23 coniurationis ... crimen et ab -is legibus est ... prohibitum (*gr. II 1, 2 p. 161, 25 τῶν ἔξω νόμων, syn. p. 38, 7* extrinsecus, *p. 91, 6* publicis, *p. 108, 33* saeculares; *opp.* in dei ecclesia). *de loco paenitentiae* (*artificiose dictum, ut opponatur locutioni usitatae q. e.* 'tenebrae -iores'): AVG. epist. 140, 54 p. 200, 18 *v. l. 51*.

II *sensu laxiore: de qualicumque separatione, privatione, recessu, liberatione*: **A** *de deo filio cum patre coniuncto* (*negatur differentia*): HIL. trin. 7, 40 p. 233ᶜ operari ... per filium patrem non est differentis aut -i (*syn.* alieni ac separabilis). **B** *de hominibus*: Ps. CYPR. tract. 47 sperat se martyrio -um vel alienum. PAVL. NOL. carm. 26, 226 *Loth* permixtus Sodomae tectis, sed moribus -r. GREG. TVR. Mart. 3, 16 p. 636, 34 *caecus* diu -r a luce. LEX Visig. 5, 1, 4 viduae sacerdotum ... de rebus ecclesiasticis, quas *filiorum* pater tenuit, non efficiantur -i (*sic, cf. p. 1987, 82*). THEOD. MOPS. in Gal. 2, 20 p. 33, 20 mortuus sum legi, -r factus a praesenti hac vita (p. 34,4). in I Tim. 1, 16 p. 80, 16 a peccato -i facti.

C *de rebus, fere i. q. abhorrens ab alicuius natura atque moribus*: CLEM. ad Cor. 1, 1 de aliena et -a electorum dei inmunda ... seditione (*ἀλλοτρίας καὶ ξένης*). VVLG. sap. 12, 15 *innocentem* condemnare -um aestimas a tua virtute (*ἀλλότριον*).

deriv.: externus, extra.

compar. ***exterior,** -ius. *non ad adi. 'exter' refertur, sed ad adv. (vel praep.) 'extra'*: DIOM. gramm. I 408, 6 haec adverbia prototypum non habent: '... extra, -r, extremus'. PRISC. gramm. II 83, 8 comparationes ... nascuntur ... ab adverbiis sive praepositionibus, ut 'extra, -r' (85, 6 GRAMM. suppl. p. 79, 15. 81, 24). *v. et p. 1993, 21. 2008, 74.* *forma abl. sg.* -i: VITR. 10, 2, 7 (*G*). SEN. nat. 3, 8 (*E*). LVCAN. 10, 37 (*M¹ P, falso*). HYG. mun. castr. 49. PAVL. NOL. epist. 24, 23 p. 222, 20 (*U*). VVLG. Ezech. 42, 9 HESYCH. in lev. 2, 13 p. 811ᴮ. GREG. M. epist. 9, 141 p. 139, 11 (-e, -a *vv. ll.*). moral. 5, 54 p. 708ᴰ. 15, 9 p. 1085ᴰ. NOT. Tir. 51, 69. *de notione: sensus ad adv.* 'extra' *potius se adplicat (at v. supra l. 3 sq.). exprimitur fere relatio cum opp. q. e. 'interior'; cf. Stolz-Leumann⁵ p. 220: 295; 298. Sommer, Handb.²·³ p. 463. perraro occurrit notio vere comparativa: v. l. 48. sim. dubitatur de voce gr. q. e. ἐξώτερος, sitne accipienda pro comparationis gradu (sic e. g. Bauer, Wörterb. s. v.) an positivo (sic rectius e. g. Klostermann, Komm. ad Matth. 8, 12). cf. et p. 2009, 19 sqq.* GLOSS. Ion⟨g⟩inquior, in⟨f⟩erior. *ἐξώτερος. v. et p. 1993, 26.* *de usu: pro subst.: v. p. 1991, 73. 1992, 38. 59. adv.* -s: *v. p. 1993, 21. legitur inde a* VARRONE. CIC. *per totam latinitatem.*

[*confunditur c.* interior: CAES. civ. 3, 63, 6 CELS. 8, 3, 8. 8, 20, 2 PLIN. nat. 11, 176. *falso pro* ex interiore: VITR. 10, 2, 6. 10, 2, 9. *vv. ll.*: MANIL. 2, 168 -ius mirantur (exterminantur *sim. vv. ll.*). TERT. praescr. 42 l. 23 extorres. SEDVL. carm. pasch. 5, 30 dexteriora. *e coni.*: CAES. civ. 3, 40, 4 (*Ciacconi*). VITR. 10, 2, 9 extremum (*def. Krohn*, -em *Jocundus*). *al.* *del.* (*v. et l. 42*): QVINT. inst. 11, 3, 116 (exertiores *Spalding*).]

I ***notione comparativa:*** **A** *proprie* (*pendet abl. comparationis*): IORD. Get. 23 sunt et his -es Ostrogothae. GREG. M. moral. 14, 57 p. 1068ᴮ *pellis* -r carne manet in corpore. **B** *translate*: AVG. epist. 140, 54 p. 200, 18 illi ... sunt ... modo in exteris (interioribus *l. v.; v. supra l. 3 sq.*) tenebris, unde correctio desperanda non est; quam si contempserint, ibunt in tenebras -es, ubi correctionis locus non erit (*spectat ad p. 1992, 41*).

II ***notione relativa*** (*cf. supra l. 32. syn.*: qui foris est: *p. 1991, 56.* quod deforis est: *p. 1992, 67. 78. cf. p. 1991, 2. v. et l. 61. 82. 84. p. 1991, 19. 24 sq.*): **A** *qui (quod) extra est*: **1** *in universum*: **a** *sensu locali*: **α** *de rebus corporeis*: VARRO rust. 1, 13, 3 in cohorte -e lacum esse oportet (1, 13, 4). 3, 5, 13 intra tholi columnas -es ... et ... interiores ... locus est *eqs.* (VITR. 4, 4, 2; *syn.* quae sunt in fronte. 5, 9, 2; *opp.* medianae. *al.*). CIC. Tim. 25 alterum ... -em ⟨alterum interiorem⟩ amplexus orbem *deus* (*gr. p. 36ᶜ ἔξω. al.*). CAES. Gall. 7, 79, 1 colle. 7. 87, 4 circumire -es munitiones (BELL. Alex. 62. 2). civ. 3, 63, 6 in -em vallum (*v. l. 41*). LIV. 3, 28, 5 ni ... -e parte castra ... oppugnentur (38. 5, 9. VITR. 1, 5, 2 in -em [CELS. 2, 8, 4; *gr. Hippocr. progn. 7 p. 85, 12 ἔξω, opp.* intus. 2, 8, 23. *saepe*.]. 10, 2, 7 ab -e [*al.* CELS. 4, 1, 13. 7, 7, 3. *saepe*]. *al.* CELS. 2, 6, 7 -r pars *corporis* friget, interior calet [*gr. Hippocr. aphor. 4, 48 τὰ ... ἔξω*]. 4, 1, 3 ex parte -e aspera. ex interiore ... levis [*al.*]. *al.*). 24, 34, 7 cum -e ordine remorum (*opp.* interioribus). 36, 9, 12 relicto -e circulo muri (*al.*). FEST. p. 161 Vestae in penu -e. CELS. 2, 8, 23 -em ... cutem (*al.*). 4, 1, 3 arteria -r ad pulmonem, stomachus interior ad ventriculum fertur (*cf.* PLIN. nat. 11, 176). *al.* SCRIB. LARG. 76 scilla ... purgatis -bus putaminibus. *al.* MELA 3, 105 ora Mauretaniae -r. LVCAN. 10, 37 oceano classes inferre ... -e mari (*cf.* TAC. Germ. 17, 1 -r oceanus atque ignotum mare. AVIEN. orb. terr. 735). STAT. Theb. 8, 640 dependet languida cervix *morientis* -r clipeo (*i. ex clipei margine*). PAVL. sent. 5, 25, 6 *in tabulis* -is scripturae fidem interior servet. APVL. mund. 26 interiores fores -es ianuae muniebant (*cf.* VVLG. Ezech. 44, 1 portae [*al.*]. SVLP. SEV. dial. 3, 4, 5 limina). ITALA Marc. 14, 68 (cod. k) exivit in -em atri locum (*ἔξω εἰς τὸ προαύλιον, Vulg.* foras ante atrium). AVELL. p. 144, 2 Petrum *relegatum* ... in -es terras abici (p. 148, 11; *syn. p. 148, 3* extra metas ... imperii). SEDVL. carm. pasch. 5, 30 sepulcrum -a

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gerens albae velamina formae (*ad Vulg. Matth. 23, 27; cf. p. 1993, 56*). ORIBAS. syn. 2, 56, 48 La p. 126, 8 Mø. (*syn. Aa* deforis). CIL VI 29774 gestatio circini -r. XIV 2837, 6. *al.*

β de animantibus (deo: *l. 8*): CAES. Gall. 7, 74, 1 munitiones ... contra -em hostem (LIV. 5, 8, 8 nec Veientem ... cohibere intra munitiones nec ... tueri se ab -e poterant hoste. *aliter p. 1992, 19*). HOR. sat. 2, 5, 17 *diviti seni* ne ... tu comes -r ... ire recuses (*seq.* tegam ... latus). HIL. trin. 1, 6 p. 30A *deus* inest interior, excedit -r (HIER. epist. 59, 5, 2 p. 546, 12 ut ... in omnibus infusus esset et circumfusus, id est, ut cuncta penetraret interior et contineret -r. SVLP. SEV. epist. app. 1, 6 p. 222, 20). AMM. 19, 6, 7 -es castrorum vigiles ... obtruncant. *al.*

b *spectantur ea, quae in facie externa sunt, oculis patent; opp. ea, quae invisibilia sunt*: SEN. nat. 6, 5, 2 rerum naturae latebras dimovere nec contentum -e eius aspectu introspicere et in ... secreta descendere. APVL. Plat. 1, 1 *Socrates Platonem* adspexit ... ingeniumque intimum de -e ⟨au⟩spicatus est facie. ITALA I Petr. 3, 3 (Cypr. hab. virg. 8 p. 193, 25. *al.*) sit in muliere non -r ornamenti ... cultus, sed cultus cordis (*ὁ ἔξωθεν ... κόσμος, Vulg.* extrinsecus. *al.*). HIL. in Matth. 11, 4 p. 980A homo ... -r placens et nullus interior. AVSON. 59, 4 p. 338 P. *bos sculpta: lac* praestarem, si me pro parte parasset -e Myron, interiore deus.

2 *apud ECCL., c. respectu hominis earumque rerum, quae ad hominem pertinent* (*syn.* corporalis: *l. 34.* corporeus: *l. 64.* terrenus: *l. 68. cf. et l. 29. 53 sq. opp. v. l. 28. 29. 45. 48. 49*):

a *vario usu*: TERT. anim. 57, 6 p. 392, 20 nec magnum illi -es oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excaecare perfacile est (adv. Marc. 5, 17 p. 634, 2; *opp.* cordis. AVG. grat. Christ. 15, 16 p. 139, 4 [*syn.* oculos carnis, *opp.* de oculis mentis]. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 26 -e ... visione). adv. Marc. 3, 8 p. 389, 8 credam ei de interiore substantia (*sc. divinitate*), qui sit de -e (*sc. incarnatione*) frustratus? RVFIN. Orig. in iud. 6, 3 p. 501, 21 audire ... ad interiorem pertinet hominem, ... auribus vero percipere ad -em et corporalem spectat auditum. AVG. de duab. anim. 19 p. 75, 24 duo genera rerum (*sc. carnalia et spiritalia*) ... animam unam ex diversis adficere partibus, inferiore ac superiore, vel ... -e atque interiore. civ. 11, 3 p. 464, 4 D. remota ... a sensibus nostris sive interioribus sive etiam -bus (*al.*). contin. 2, 3 p. 143, 12 multa sunt peccata in interioribus dictis, quae non sunt in -bus factis *eqs.* (*cf.* GREG. M. moral. 1, 41 p. 545D opera. 12, 59 p. 1014A actibus. *al.*). in euang. Ioh. 26, 7 p. 1610in. -r cultor arboris, interior est creator. grat. Christ. 45, 49 p. 161, 17 interioris hominis usque ad -es lacrimas movit ... affectum. serm. 107, 6, 7 p. 630med. quando interior frons pulsatur, -r obrubescit. MAX. TAVR. serm. app. 24 p. 894D donum quinque sensuum, id est -r scientia (*opp.* intellectus). GREG. M. dial. 2, 23 p. 114, 12 M. -is vitae. 3, 2 p. 139, 17 miracula -a (*opp.* virtus ... intima. 3, 17 p. 183, 20). epist. 5, 53a, 1 p. 354, 20 curis -bus implicamur (*cf.* 7, 5 p. 447, 26; *opp.* cordis intentio. moral. 5, 54 p. 708D). moral. praef. 8 p. 521B verba (*opp.* internum ... impulsum. *al. cf.* 1, 24 p. 538B *Iudaei* -a litterae mandata tolerabant). 9, 97 p. 912C sicut mors -r ab anima dividit carnem, ita mors interior a deo separat animam. 15, 9 p. 1085D fame. *al.*

b *in iunctura*: -r homo (*syn.*: corpus: *l. 61. 63. 71. al.* caro: *l. 58. al.*): *ab* ITALA II Cor. 4, 16 (codd. g r *al.*) etsi -r homo noster corrumpitur, sed interior renovatur (*ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος, Vulg.* is qui foris est) *pendent hi loci*: TERT. anim. 9, 8 p. 312, 2 hic erit homo interior, alius -r. resurr. 40 p. 83, 1 duos homines ..., interiorem, id est animam, et -em, id est carnem *eqs. al.* HIL. in psalm. 129, 6 p. 651, 16 scit se ... Paulus per interiorem et -em hominem dissidere *eqs.* FILASTR. 97, 5 terram ... de limo acceptam ..., id est -em hominem, corpus (*al.*). HIER. epist. 22, 17, 3. in Eph. 3, 14 p. 486D alia esse -is hominis genua, alia interioris. *al.* PELAG. in Rom. 7, 22 p. 59, 20 interior homo est ... anima ..., -r vero est corpus (*al.*). RVFIN. Orig. in Rom. 1, 19fin. id est corporeum et corruptibilem. PAVL. NOL. epist. 20, 1 p. 143, 24. *al.* AVG. anim. 4, 14, 20 p. 400, 10 ut ... totus homo constet ex tribus: -e, interiore, intimo *eqs.* in psalm. 6, 2 p. 90fin. -r et vetus (*al.*). *al.* FAVST. REI. epist. 9 p. 212, 19 -r et terrenus. *al.* VITAE patr. 5, 10, 106 p. 931C (*gr. Nau 1909 p. 363 n. 239 τὸν ἔξω. al.*). *saepe. inde omissa voce q. e.* '*homo*': TERT. resurr. 43 p. 89, 16 nos ... totos, et interiores et -es, id est tam animas quam et corpora (*sim.* HIL. in Matth. 10, 24 p. 977A). CAES. AREL. serm. 152, 1 p. 588, 16 si ... toto extra ecclesiam corde versetur, -r ... ingreditur. *al.* *pro subst.* (*sc. homo; v. Hiltbrunner, VigChr. 5, 1951, 55 sqq.*): SERM. Arrian. frg. II 9 p. 635C corpus, -em, a fornicatione conservat. PHILIPP. in Iob 38 p. 747A nullam interioris -isque se in ipsis sentiendo discordiam. PAVL. NOL. carm. 24, 623 -r ... noster ut corrumpitur (Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 651F. 660A. *cf.* PAVL. NOL. epist. 30, 5 p. 266, 14 -i meo et interiori. EVFRAS. ad Ruric. epist. 6 p. 448, 10 -is vestri vigorem. VITA Caes. Arel. 1, 46 p. 474, 32 interiorem suum prodebat -r). epist. 40, 5 p. 345, 4 nisi ... humilietur -r, non exaltatur interior. *al.* IVLIAN. AECL. in Iob 9, 24 p. 355, 21 quod per vilitatem -is, quem crucifixerant, interioris non potuerint cognoscere dignitatem. EVCHER. hom. 8 p. 851C. 9 p. 855C. 10 p. 857A. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 655B in specie -is. p. 681C si -r ... se maceret. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 31, 28 mortificatione -is. epist. 5 p. 190, 13. 6 p. 197, 13. 9 p. 212, 11 SERM. Corp. Vind. 21 p. 331, 20. p. 335, 32.

B *fere i. q. alienus (syn.: l. 10. 13), externus*: **1** *generatim* (*opp.* proprius: *infra l. 14. 22*): MANIL. 2, 168 haec ... signa ... nihil -s mirantur in ipsis (*v. p. 1990, 43. syn.* ex diverso ... corpore). Ps. QVINT. decl. 12, 21 p. 238, 11 nulla vis ..., nulla -r iniuria (*cf.* HIL. in psalm. 1, 16 p. 31, 3 *fructus* non vi -e decussi [*opp.* maturitate depulsi]). HIL. in psalm. 2, 14 p. 47, 10 -a ... sunt, quae adferunt profectum (*syn.* aliena). AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 17, 2 p. 76, 11 (*in imag.*) velut plenus rimarum ... interiora evacuat sua et -bus passionibus inundatur. AVG. civ. 19, 4 p. 358, 10 D. virtus ... agit ... bella cum vitiis, nec -bus, sed interioribus, nec alienis, sed plane nostris et propriis. agon. 3, 3 p. 104, 4 apostolus dicit, quod in semet ipso pugnet adversus potestates -es (*ad Vulg. Eph. 6, 12* potestates huius mundi). in euang. Ioh. 96, 4 p. 1876 ut non a doctoribus -bus illa discatis, ... sed sitis omnes docibiles deo, ut ea ..., quae per ... sermones extrinsecus adhibitos didicistis, ... ipsa mente conspicere valeatis. serm. coll. Morin p. 578, 12 -r hostis diabolus (*opp.* interior hostis concupiscentia. GREG. M. epist. 7, 27 p. 474, 21 [*v. p. 1993, 30*]. *al.*). BOETH. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 239, 14 cum 'proprium' unius semper sit speciei ..., 'accidens' vero -em quandam ostendat naturam. GREG. M. epist. 5, 53a, 5 p. 357, 29 quamlibet peritus sit cantandi artifex, explere artem non valet, nisi ad hanc sibi et ministeria -a concordent.

2 *speciatim: i. q. alienus a deo, ecclesia, bonis christianae fidei* (*i. q. haereticus: l. 31 [bis]; saecularis: l. 33 sqq. 38. cf.* exter *p. 1989, 55. accedunt: casus separativi: abl.: l. 31. gen.: l. 39. praep.* ab: *l. 40. adhibetur pro subst. masc.: l. 38*): **a** *usu vario*: TERT. praescr. 42 l. 23 *haeretici* orbi fide, -es (*v. p. 1990, 44*) quasi veritate vagantur. PRVD. ham. 12 -r ... homo est, qui ... conicit esse duo variarum numina rerum (*v. l. 27*). HESYCH. in lev. 2, 13 p. 811B non ... -i uti sapientia, sed apostolica (*cf.* GREG. M. dial. 3, 1 p. 136, 10 M. vir eloquentissimus atque ... -bus quoque studiis eruditus [4, 9 p. 240, 12]. epist. 5, 53a, 5 p. 357, 38 loquendi artem, quam magisteria disciplinae -is insinuant. moral. 1, 29 p. 540D Iudaeae nobiles ... totos se -i intelligentiae dederant *eqs.*). 15, 26 p. 980A mos ... est apud -es (*v. l. 29*). CONC.S II 5 p. 13, 13 Timotheum ... boni ... cuiuslibet -e⟨m⟩ ... existere. PROSP. epigr. 42, 4 qui se peccatis gaudet ... uti ..., a vera semper luce fit -r.

b *in certa locut. script. sacrae*: -es tenebrae, *i. gehenna* (*syn.: l. 46. 47. 54; cf. defin.: l. 53. 55. 56. 57. gr. τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. de vi compar. sive posit. cf. p. 1990, 34*): *ab locis tribus* VVLG. Matth. 8, 12 filii ... regni eicientur in tenebras -es (25, 30 inutilem servum. *cf.* 22, 13 mittite eum in tenebras -es) *pendent*: TERT. resurr. 35 p. 77, 18 occiso ... corpore in gehennam et detruso in t. -es. adv. Marc. 1, 27 p. 328, 15 cui nullus ignis coquitur in gehenna, cui nullus dentium frendor horret in -bus t. LVCIF. non conv. 7 p. 15, 18 ire ... in -es t. Athan. 1, 20 p. 101, 16 torquetur in -bus t. 2, 20 p. 186, 9 venturus in t. -es (*al.* PAVL. MED. bened. 6, 2 p. 725C). *al.* PAVL. NOL. epist. 36, 3 p. 316, 2 mittitur in t. -es, quia secundum -em hominem (*v. p. 1991, 53*) vixerit (AVG. c. Adim. 13 p. 147, 11. *al.* POMER. 3, 12, 2 p. 492A in -es t. mitti nihil aliud erit nisi a domino ... expelli. ISID. alleg. 191 p. 123B; *syn.* mergi in gehennam). AVG. civ. 20, 22 p. 462, 14 D. eos, qui cruciabuntur, extra *loca sanctorum* futuros; propter quod et dominus ea loca t. -es vocat (serm. coll. Morin p. 373, 27 quia extra deum sunt). *ibid.* GREG. M. in cant. p. 169fin. in -es t., id est in ignorantiae caecitatem. *al.*

neutr. pro subst. (*fere plur., sg. l. 83. p. 1993, 5. 18*): **1** *notione mere locali (praeter l. 67): fere i. q. eae partes, quae foris sunt (in imag. l. 62)*: CELS. 8, 1, 16 *os* paulum in -a curvatum ([*opp.* interius. 8, 1, 23]. SEN. dial. 6, 23, 2 [*in imag.*] animum ... in -a [*i. caelum*] tendentem [7, 8, 4]. nat. 7, 13, 3 *ignes* rursus ex mundo in -a labuntur [*opp.* interiora]. TAC. ann. 4, 62, 2 *moles* ruit intus aut in -a effunditur). ITALA Luc. 11, 39 (Tert. adv. Marc. 4, 27 p. 513, 18) -a calicis lavatis, interiora autem vestra non emundastis (*τὸ ἔξωθεν, Vulg.* quod de foris est. *allegorice explic. Tert. l. c.*: -a ... id est carnem, interiora ... id est animam [*cf. infra l. 81*]. *al.*). ITIN. Eucher. p. 128, 15 Dan ... vicus ... est in -bus Iudaeae (*cf. de regione*: AVELL. p. 141, 3 Petrum ... ad -a transferri ... iubeatis [*i. extra provinciam relegari*]). CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 67, 15 -a ... in corporibus ... nulla essent, si interna ... non essent *eqs. ibid. al.*

2 *opponitur mens, animus, interna ratio sim.*: **a** *fere i. q. facies, corpus sim., sc. ea, quae apparent*: SEN. dial. 5, 13, 2 paulatim cum -bus interiora formantur (*syn.* vultus ... vox ... gradus). epist. 66, 30 ab ipsis virtutibus avertit oculos et -a circumspicit. ITALA Luc. 11, 40 (cod. a; Tert. adv. Marc. 4, 27 p. 513, 20) qui -a fecit et interiora fecit (*τὸ ἔξωθεν, Vulg.* quod de foris est). ANTH. 794, 4 nec vitio quovis -a premo; quod queror est animi (*syn.* oculos, crura). AVG. conf. 10, 30, 42 *pacem* habebunt interiora et -a mea. in psalm. 125, 6 p. 1661p. med. illis, quibus interiora immunda sunt, -a munda esse non possunt *eqs.* (*cf. et l. 65*). CONC.S I 2 p. 57, 6 licet ... ita Paulus interius hominis et -s appellaverit (*τὸ ἐντός*). *al.*

b *ea, quae ad ipsum hominem (rem) non pertinent et quasi in*

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alieno seposita neglegenda videntur (*apud* ECCL. *opp.*: interna ac mystica: *l. 8. syn.*: terrena: *l. 6. 12.* res temporales: *l. 14*): SEN. dial. 1, 6, 5 sic mundus -a contempsit spectaculo sui laetus. 2, 19, 2 -a diducere a se. HIL. ad Const. 2, 8 p. 203, 19 ego ... penes me habeo fidem, -e non egeo. AVG. epist. 55, 9 p. 179, 1 *homo* ad -a progrediens (*syn.* terrena). *ibid.* l. 19. in psalm. 139, 15 p. 1813[a. fin.] non ... amemus magis -a, sed interiora *eqs.* PETR. CHRYS. serm. 83 p. 435[A] nescit -a divinitas. MAX. TAVR. serm. app. 24 p. 894[D] etsi interna ac mystica penetrare nesciunt ..., tamen ... docent ... de ipsis -bus, quae acceperunt. *ibid.* p. 895[A]. GREG. M. dial. 1 praef. p. 14, 16 M. *animus* cum ... se ... ad -a sparserit. epist. 5, 51 p. 351, 17 et ad interiora ... curanda ... et ad -a gerenda (*cf.* 7, 5 p. 447, 12 terrena cogitare et -um ... curam gerere). moral. 2, 7 p. 558[C] in -um labore. 5, 1 p. 680[B]. 5, 19 p. 689[C]; *syn.* rebus temporalibus. *al.* SACR. Greg. 2, 6. VITA Caes. Arel. 1, 7 p. 459, 30 *Caesarius* interiori homini -a transscripsit.

3 *fere i. q. alienum, aliud* (*syn. l. 20*): HIL. trin. 9, 50 p. 321[A] facere ... plus est quam voluntati oboedire, quia oboedire voluntati habet -is necessitatem, facere voluntatem proprium est unitati. BOETH. trin. 4, 76 *accidentis* praedicatio -bus datur omniaque haec quodam modo referentur ad aliud.

adv. ˢexterius. PRISC. gramm. II 83, 16 adeo ... non ad ipsa adverbia (*sc.* '*extra*' *sim.*), sed ad personas vel res participes adverbiorum huiuscemodi fiunt comparationes (*sc.* '*-ior*' *sim.*), quod nascuntur ex his ipsis adverbia comparativa, quae cum 'magis' ipsum positivum adverbium significant, ut ... -s: magis extra. *v. et p. 2008, 74.* GLOSS. II 293, 15 ἐκτός. extra. -s. extrinsecus. citra. *legitur inde ab* OV. *per totam latinitatem.* [*francog. vct.* estiers. *M.-L.*]

[*lect. var.*: CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 3 extrinsecus. GREG. M. epist. 7, 27 p. 474, 21 -ioribus (*recte*). *dub.*: COLVM. 12, 44, 5 -s (*ed. Schneider*, extra *S*).]

fere i. q. extra (*notione relativa [v. p. 1990, 32]; sensus comparativus, qui fingitur l. 24, nusquam apparet. syn.*: aforis *l. 57.* extrinsecus *p. 1994, 10.* foras *l. 66.* forinsecus *l. 49.* foris *l. 58. opp.*: interius *l. 41. 42. 51. 55. 69. 84. p. 1994, 1. 3. 4. al.* intra *l. 46.* intrinsecus *l. 53. al.* de intro *p. 1994, 21.* intus *l. 56. 58. p. 1994, 13. 15*): **1** *sensu locali*: **a** *quaeritur 'ubi?'*: α *de eo loco, qui extra terminum est, fere i. q. foris*: OV. met. 6, 420 quae ... urbes ... clauduntur ab Isthmo -sque sitae bimari spectantur ab Isthmo. AVG. bapt. 6, 1, 1 p. 298, 22 sicut multae oves errant -s, sic multi lupi insidiantur interius. ADDIT. Prosp. Haun. chron. I p. 338, 13 haec dum interius in re publica aguntur, Persi adversum -s eam excitantur. CASSIOD. Ios. antiq. 8, 3 p. 226 aula quae erat -s sub divo (*gr. 8, 97 ἔξωθεν*). PRIMAS. in apoc. p. 856[C] vasorum inutilium partem ... perdidit sive -s sive intra ecclesiam positam. *al.* β *fere i. q. in parte exteriore*: SCRIB. LARG. 21 corpora ... pulverulenta ... -s pungunt foramina primae tuniculae oculi. HIL. in Matth. 24, 7 p. 1050[C] calicis ... usus interior est: qui si obsorduerit, quid proficiet lotus -s? (*syn.* forinsecus). VEG. mulom. 1, 7, 2. MARCELL. med. 8, 157 si quis ... angulos oculorum ... interius -sque inunxerit. PS. APVL. herb. 127 l. 13 radices -s nigras, interius argilosas (*gr. Diosc. 4, 10, 2 τὴν ... ἐπιφάνειαν*). SIDON. epist. 2, 2, 2 tu endromidatus -s, intrinsecus fasceatus. CLAVD. MAM. anim. 3, 3 p. 159, 2 corpore contineri nihil posse corporeum, nisi quod continet -s sit et quod continetur interius *eqs.* SEDVL. op. pasch. 5, 2 p. 275, 3 sepulcrum -s dealbatum (*opp.* intus. *ad Vulg. Matth. 23, 27* aforis. *cf. et p. 1991, 1*). APRING. in apoc. 5, 1 liber ... interius -sque ... scriptus (*Vulg.* intus et foris). VITAE patr. 5, 11, 32 p. 937[C] *fuscatur* domus, si fumus -s ascendens fenestras apertas invenerit. GREG. M. moral. 14, 57 p. 1068[B] (*in imag.*) cum ... mulieres ea, quae necessaria erant, exteriora praepararent, quasi pellis -s manebant in corpore. *al.* **b** *quaeritur 'quo?': fere i. q. foras* (*syn. l. 66*): HYG. mun. castr. 49 regressis pedibus -s LX. VVLG. IV reg. 16, 18 ingressum regis -s convertit in templo (*v. adn. ed. comm. pontif.*). GREG. M. dial. 2, 24 p. 116, 17 M. *corpus sepulti* proiectum -s atque inhumatum ... invenerunt (*syn.* foras). **c** *quaeritur 'unde?' (cf. et l. 73. 76. p. 1994, 20): fere i. q. ab exteriore parte*: VITAE patr. 5, 11, 33 p. 937[D] (*in imag.*) *navis* aliquando -s fluctuum mole opprimitur, aliquando vero interius ... sentina demergitur.

2 *spectat ad societatem hominum: ad familiam* (*i. q. a parte extraneorum*): NOVELL. Iust. 1, 1, 1 donec *heres* ultimus relictus locum faciat etiam alicui -s venientium (*τῶν ἔξωθέν τινι*). *ad ordinem monast.* (*i. q. a saecularibus*): GREG. M. epist. 11, 56[a] p. 333, 17 clerici extra sacros ordines constituti ... debent ... stipendia sua -s accipere.

3 *apud ECCL. opp. eis, quae interius, sc. in anima sunt: fere i. q. in corpore, in specie apparente* (*notione locali vigente: e. g. l. 83. p. 1994, 14. 21*): **a** *quaeritur 'ubi?'*: AVG. cur. mort. 5, 7 p. 632, 9 *orandi gestibus* -s visibiliter factis ille interior (*i. animus*) ... augetur. in euang. Ioh. 96, 4 p. 1876[med.] ille magister interior ... cum adhuc discipulis -s loqueretur (*cf.* GREG. M. dial. 1, 1 p. 19, 17 M.). serm. 223, 1 p. 1092[in.] infantes ... cernitis -s dealbatos (*sc. veste candida indutos*) interiusque mundatos. *al.* EVCHER. hom. 8 p. 850[D] si interius non mundamur, et -s affligimur. LEO M. serm. 47, 1 p. 296[A] etiamsi -s conquiescat, ... tamen ... cordium penetralia *inquietat vitium.* SACR. Leon. p. 329 interius -sque cernentibus. *al.* CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 3 qui -s clarerent oculis et interius caecuttirent *eqs.* (*v. p. 1993, 29. cf.* APRING. in apoc. 4, 8). MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 898[A] corpora ... sanantur -s, sed vulnera animae relaxantur interius. *ibid.* (*syn.* visibiliter). ALC. AVIT. carm. 6, 526 *Eugenia* -s carnem conpulsa fateri *eqs.* APRING. in apoc. 4, 1 is, qui a domino susceperit verbum, mente percipit, quod -s proloquatur (*syn.* extrinsecus. *cf.* GREG. M. epist. 7, 5 p. 446, 12 ab utrisque -s diversa vox prodiit. moral. praef. 3 p. 517[D]. *v. et p. 1993, 82*). VITAE patr. 5, 11, 33 p. 937[D] operum -s commissorum iniquitate. PRIMAS. in apoc. p. 858[C] corpus -s apertum intusque latens. GREG. M. dial. 4, 14 p. 247, 11 M. mulier nil -s deformitatis timuit. 4, 20 p. 259, 1 quid ipse -s ... perdebat (*opp.* intus). epist. 6, 61 p. 437, 13. in Ezech. 1, 4, 10 p. 821[A] nosmet ipsos conspicere interius -sque. *al.* SACR. Greg. 45, 1 (*syn.* in corpore). *al.* **b** *quaeritur 'quo?'*: GREG. M. in cant. p. 177[p. in.] si ... fit unguentum in vasculo, odorem -s minus reddit. *ibid.*: nomen ... dei unguentum effusum est, quia ... se -s fudit (p. 177[fin.] notitiam tuam -s effudisti). **c** *quaeritur 'unde?'*: VITAE patr. 5, 11, 33 p. 937[D] daemones ... et -s ingrediuntur et de intro moventur.

superl. ˢextimus, -a, -um (*v. l. 46*) *et* ˢextrēmus, -a, -um (*v. p. 1996, 52*); *quae formae quotiens occurrant apud unum quemque eorum scriptorum, in quibus certus numerus nobis constat, patet in hac*

TABVLA

habent:	ex-timus	ex-tremus	*habent*:	ex-timus	ex-tremus
PLAVT. . . .	1 (*?*)	1 (*?*)	SALL.	—	17
TER.	—	1	VERG.	—	55
LVCIL. . . .	—	1	HOR.	—	13
PACVV. . . .	—	1	OV.	—	47
CATO	—	2	PLIN. nat. . .	9	62
VARRO . . .	1	38	SIL.	1	55
RHET. Her. .	—	10	FRONTO . . .	1	—
CIC.	1	325	APVL.	6	54
CATVLL. . .	—	6	AVIEN. . . .	15	16
LVCR.	2	11	AMM.	16	56
CAES. . . .	—	40	PRVD.	3	6

praeteriti sunt etiam ante PLIN. nat. *scriptores aliquot minores, qui habent formam* 'extremus' (*de eis, qui habent* 'extimus', *v. l. 62 sqq.*).

ˢextimus, -a, -um (*cf. tabulam supra l. 26*). [*i. q. vet. cambr.* heitham. *W.*] *v. Stolz-Leumann*[5] *p. 295. Sommer, Handb.*[2. 3] *p. 457. scribitur* est- (aest-: COD. Theod. 9, 45, 4 pr. [*T*]. *v. et l. 75. cf.* exst-: *l. 55*): APVL. apol. 64 (*φ*). SOL. praef. 4 (*R*). 23, 17 (*RC*). AMM. 14, 10, 14 (*V*). PRVD. psych. 692 (*l. v.*). exist- (*cf. c. vocali anaptyct.* exit-: GLOSS. V 499, 46): PLAVT. Truc. 729 (*L*). PLIN. nat. 3, 5 (*pars codd.*). SYMM. or. 2, 26 p. 328, 33 AMM. 22, 8, 31. 28, 1, 20. -umus: CIC. rep. 6, 17 (*pars codd.*). PLIN. nat. 5, 2. 5, 19. 6, 153. 6, 217. 11, 147 (-amo *F*, -imo *d2*). *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 10, 24 -us (exsti- *A*) ... per i *potius* quam per u. *de notione et usu*: PAVL. FEST. p. 78 -um extremum ita significat, ut intimo sit contrarium. PRISC. gramm. II 98, 8 -us ... pro extremus dicebant antiqui (*al. at v. tabulam supra l. 26*). 100, 14 exterior extremus vel -us (*al.*). GLOSS.[L] I Ansil. EX 1240 -a extrema ([*ad* LVCR. 4, 647 *v. p. 1995, 18*]. *al. cf.* II Abav. EX 120 -us: ⟨ex⟩ternus, id est extraneus, vel extremus [*al.*]. 128 extraneus: -us vel ultimus vel extremus. *al.*). *legitur singulis locis apud* PLAVTVM (*?, v. l. 79*), VARRONEM, CIC. (*p. 1995, 37*), LVCR. (*in locut. iterata, v. p. 1995, 17*), VARRONEM AT., PAVL. FEST. *et saepius inde a* PLIN. nat. *per totam latinitatem.*

[*var. c.*: extremus (*cf. l. 72. 75*): TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 24. IVVENC. 3, 581 (ultima *l. v.*). CHALC. comm. 16 p. 81, 18 HIL. in psalm. 60, 2 p. 204, 1 PRVD. cath. 9, 40 PHYSIOGN. 51 p. 69, 12 SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 8 BOETH. arithm. 1, 10 p. 24, 5. 1, 11 p. 28, 4. ultimus: *v. l. 67. recte* -us: LVCR. 3, 219 (extimbra *V*). SOL. 27, 54 (eximum, exitum *l. v.*). 52, 8 (sextimus *l. v.*). *falso pro* dextimos: SALL. Iug. 100, 1 (extremos *l. v.*). *e coni.*: PLIN. nat. 2, 190 -is gentibus (*Barbarus*, extimescentibus *trad.*). APVL. Socr. prol. p. 107 ex[op]timas (*corr. Salmasius*). PS. TERT. adv. Iud. 10 l. 48 aestimata (*Φ* [est- *PNFR*], extrema *T*, -a *edd. cf.* AMM. 14, 3, 2 [*Valesius*, extimans *trad.*]. *v. et l. 48*). AMM. 19, 10, 1 ex⟨t⟩imo ([*corr. edd.*]. 30, 6, 2. *v. et l. 71. cf.* SCHOL. Veron. Verg. georg. 2, 353 ea ima [*in V scriptum esse putat Herrmann*, -a *edd.*]). *in dubium vocatur propter metrum*: PLAVT. Truc. 729 (extremus *Spengel*); *v. et l. 51.*]

I *proprie*: **A** *sensu locali (transit in sensum temporalem [cf. p. 1995, 75]: p. 1995, 15): fere i. q. ultimus* (*summus: p. 1995, 6. 29. imus: p. 1995, 29. 66. intimus: p. 1995, 9. 62 [at opp. p. 1995, 68]. postremus: p. 1995, 8. 15. 52*): **1** *respicitur pars alicuius.*

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rei (usu q. d. partitivo): **a** *universe*: PLIN. nat. 5, 19 ut Bogutiana appellaretur -a *Mauretania*. FRONTO p. 237[fin.] N. *Arionem* delphinus ... exponit ... in -o litore (*cf.* MIN. FEL. 3, 3 harenas -as ... perfundens ... unda). GELL. 3, 10, 3 (*Varro*) *circulos* duos minimos, qui axem -um tangunt, *πόλους* appellari. APVL. apol. 64 in -o mundi tergo. met. 3, 24 in -is palmulis ... digiti (*al. cf.* AVIEN. Arat. 956 manus -a [*om. gr.*]). CE 1522, 10 (*imp. Hadr.*) *nullus* aper ... -am saliva sparsit ab ore caudam *equi venatorii* (AVIEN. Arat. 1151; *gr. Arat. 625 ἔσχατον*). AVIEN. orb. terr. 530 -us Ionii qua se sinus aequoris abdit (*gr. Dionys. periheg. 382 μυχάτοις. v. Wistrand, Nach innen oder nach aussen?, Göteborg 1946 p. 12 sq.*). *al.* PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 363, 22 ultra oceanum -um. SCHOL. Veron. Verg. georg. 2, 353 est ... in lingua -a caniculae *sideris* stella ardentissima. PHYSIOGN. 51 p. 69, 12 nares -ae. 84 p. 112, 12 -um ... mentum barba est obsitum. MART. CAP. 8, 810 -i caeli contextio. SIDON. epist. 9, 13, 2 vs. 25 ad -um oratoris opus. **b** *c. eis subst., quae per se ipsa terminum quendam significant*: LVCR. 3, 219 *anima* ubi e ... corpore cessit, -a membrorum circumcaesura tamen se incolumem praestat (4, 647. *cf.* ARNOB. nat. 3, 12 p. 120, 9 circumscriptio [*syn.* extremis]). PLIN. nat. 5, 31 Berenice in Syrtis -o cornu est (SOL. 27, 54. *cf.* TER. MAVR. 18 arcus cornibus -is ... nectere lineam). APVL. Socr. prol. p. 107 lapidem ... caesum ..., -as oras ad unguem coaequatum (*aliter infra l. 44*). SOL. 16, 3 -os siderum ambitus ([*e Plin. nat. 4, 89* extremi]. CHALC. comm. 59 p. 127, 21. MART. CAP. 2, 202; *syn. 201* ultimum. *cf.* CHALC. comm. 59 p. 128, 1 circumactionem. MART. CAP. 6, 599 ab -ae rotunditatis ambitu). 35, 8 ambitio ... -ae cutis (PRVD. psych. 692). CHALC. transl. p. 36[A] medietatum ... altera quota parte limitis -i praecellebat unum -um limitem, tota praecellebatur ab alio -o limite (*τῶν ἄκρων*. comm. 10 p. 76, 5; *syn.* summi *et* imi [130 p. 193, 17]. *al.*). comm. 59 p. 127, 15 caeli -am superficiem. AMM. 21, 5, 6 Daciarum ... fines -os occupemus (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 105 p. 358, 3 ad -a terrarum confinia). BOETH. cons. 4 carm. 1, 16 donec *mens in caelum surgens* polum relinquat -um. arithm. 1, 10 p. 24, 5 sub -is (*cf. p. 1994, 69*) terminis. *al.*

***externus,** -a, -um. *ab* exter, *cf.* supernus. *v. Walde-Hofmann³. de originatione*: PRISC. gramm. II 118, 22 *ab adverbio* 'extra' -us. III 42, 20 *e praepositione 'extra'* derivatur extraneus et -us. *etym. ab* ex *et* terra *subesse videtur l. 29.* *scribitur*: aest-: CELS. 6, 6, 39B (*P*). est-: FLOR. epit. 4, 2, 76 (*B*). MART. CAP. 6, 674 (*R¹B¹*). hest-: CIC. ad Brut. 1, 10 (= 9, 18 Sj.), 1 (*m*). HIRT. Gall. 8, 37, 1 (*L*). MANIL. 5, 478 (*trad.*). VAL. MAX. 2, 8, 7 (*LA*). VAL. FL. 1, 63 (*T¹*). 4, 463 (*V*). *al. v. vol. VI 3, 2667, 54 sqq.; adde* SERV. Aen. 8, 543 hesternum (-um *F*) ... larem cui pridie sacrificaverat; ... nam male quidam '-um' (*sic Verg. codd. MR*) legunt, id est extraneum. *v. et l. 40. 60. 67.* *superlat.* -issimus: *v. p. 2023, 45.* NOT. Tir. 51, 80 -um. *de notione*: VERG. Aen. 7, 370 omnem ... sceptris terram quae libera nostris dissidet, -am reor (CLAVD. DON. *ad l.* p. 61, 30; *opp.* exules). PAVL. FEST. p. 79 -us est alienus terrae (ISID. orig. 10, 87 alienae terrae. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 270 p. 45, 4 esse -um qui veniret ex alienis terris, non qui esset etiam sanguinis ratione [*v. p. 2023, 25*] separatus [p. 45, 9 ut -i appellatio a terris potius quam tramite generis videatur exorta]. *v. l. 19. 54*). CHAR. gramm. p. 392, 25 B. *differentia inter* -um et alienum et extraneum et extrarium: -us est exterae gentis; alienus nullo loco, sed e re differt *eqs.* VEREC. in cant. 1, 4 bellorum ... genera tria esse dicuntur: aut enim -a sunt aut civilia aut intestina. -a sunt, quae contra potestates ac mundi fortitudines gerimus, civilia *eqs.* ISID. diff. 1, 549 inter strenuum et -um: strenuum fortem, -um extraneum dicimus. GLOSS.L II Abav. EX 118 -i pridiani (*i.* hesterni; *cf. l. 21*) vel extranei (*cf.* V Aa E 1039 praeteritus seu extraneus). III Abstr. EX 38 extraneus alienus. V Aa E 1038 exter. 1052 extimus. GLOSS. ex[tra]torrem. GLOSS.L II Philox. EX 198 *ἀλλοεθνής, ἐξωτικός. al.* *de struct.: fere absolute; raro ad exemplum voc. 'alienus' (v. vol. I 1580, 65 sqq.) iungitur: c. casibus: gen.: p. 2023, 76. 78.* *dat.: p. 2022, 36. 62. 2023, 36. 2024, 8.* *abl.: p. 2024, 17. 18.* *c. praep.* ab: *p. 2024, 19. 20.* *pro subst. passim inde a* CIC. (*masc.: e. g. p. 2022, 11. 12. 27. 2023, 40. 41. 43. 49. 50. 51.* *neutr.: e. g. p. 2021, 13. 19. 20. 30. 42. 69. 2022, 43*). *legitur inde a* RHET. Her., CIC. (*deest* inv., *cf. Norden, Kunstprosa I p. 190*), LVCR., CAES. (*?, v. l. 55*), HIRT., SALL. *per totam latinitatem.*

[*vv. ll.*: aeternus ([et-]. *falso*): STAT. Theb. 9, 675 SOL. 32, 33. *al.* exter: LIV. 28, 44, 12 FLOR. epit. 4, 2, 4 VVLG. num. 1, 51. 3, 10. *al.* exterius (*falso pro* -is): SEN. nat. 5, 18, 11 EPIST. pontif. 601 Schwartz p. 82, 11. ex terris (*cf. l. 19*): LIV. 25, 13, 10. *cf. falso*: VAL. MAX. 6, 6, 1 exterrae. *al.* extraneus: CAES. civ. 2, 5, 5 SEN. nat. 3 pr. 5 HIL. in Matth. 10, 5 p. 968B CASSIOD. var. 11, 1, 10. extra (*falso*): SEN. benef. 6, 23, 1. extremus (*falso*): CIC. leg. agr. 1, 26 epist. 4, 7, 4 MANIL. 2, 830. *al. cf. l. 65. p. 2021, 14.* internus (*falso*): PLIN. nat. 1, 35, 8. *e coni.: falsa*: MART. 11, 8, 1 (*Itali*, hesterni *recte trad.*). *probab.*: CIC. Balb. 25 (*Angelius*, paterna *trad.*). LIV. 42, 12, 8 (*ed. princ.*). SEN. dial. 7, 8, 4 (*Reitzenstein*). ANTH. 417, 6 (*Heinsius*, aeternum *trad.*). FIRM. math. 5, 3, 43 (*Némethy, cf. Wikström, Stud. crit., diss. Ups. 1935, 55*; et ternas *trad.*). AMM. 15, 5, 18 (*Traube*). ISID. nat. 44, 1 ([= SVET. frg. p. 242, 6] *Roth*, extremum *trad.*). *suppl.*: SVLP. SEV. chron. 2, 17, 5 (*Sigonius*, ternos *trad.* [*cf. l. 63*]). ALC. AVIT. epist. 8 p. 40, 16. *del.*: ACC. trag. 128 hesterna (*Scriverius recte; item*: STAT. silv. 2, 4, 4 APVL. met. 2, 26. *et saepe. v. l. 21. 60*). 305 ex terris (*Voss*). VARRO ling. 9, 102. *v. et p. 2024, 9.* *dub.*: EPIST. Alex. l. 456 H. (= p. 220, 4 K.) incidimus in -as feras (aeternas *l. v., def. Heraeus in sched., collato 'libro monstrorum' [ed. Haupt, opusc. II] p. 240, 21, nomen proprium subesse putans; v. et Hilka in adn.*).]

I *sensu strictiore*: **A** *vigente notione locali*: **1** *proprie: i. q. sive in exteriore parte positus sive extrinsecus accidens, adventicius*: CIC. rep. 6, 28 (= Tusc. 1, 54) inanimum est ... quod pulsu agitatur -o (*opp.* animal ... motu cietur interiore et suo [*Plato Phaedr. p. 245E ᾧ ... ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι*]. nat. deor. 2, 31; *syn.* ab alio, *opp.* per se ipse ac sua sponte. div. 2, 126; *syn.* adventicius). fin. 5, 59 *in hominis corpore formando natura non* multum adiumentis -is et adventiciis uteretur. nat. deor. 1, 26 cingatur *mens* ... corpore -o (*syn. Aug. epist. 118, 25* corpus habeat extrinsecus). 1, 92 *membra* (*i. extremitates; opp.* interiora, *i. intestina*). 2, 26 *non* -us et adventicius habendus est tepor *maris*, sed ex intumis maris partibus ... excitatus. 2, 32 motus (*syn.* alieno, *opp.* suum). 2, 83 *terra alitur* a superis -isque naturis.

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 29 ad accipiendam vim -am (LVCR. 2, 289; *syn. 277* extera, *opp.* intestinum. *al.*). div. 2, 119. 2, 120 animos ... -a et adventicia visione pulsari. fat. 23 voluntatis ... non esse causas -as et antecedentes (24. 25. LIV. 30, 44, 8 praevalida corpora ab -is causis tuta videntur, sed suis ipsa viribus onerantur. SEN. nat. 6, 24, 4; *syn.* extrinsecus accidens. BOETH. cons. 3 carm. 9, 4; *opp.* insita). *al.* LVCR. 1, 1055 ictibus (*syn. 1042* extrinsecus. LACT. opif. 16, 17). 2, 1140 plagis. 4, 932 -a corpus de parte ... tundier (*opp. 937* interiorem). HIRT. Gall. 8, 27, 2 et -um sustinere hostem et ... timere oppidanos ([*sc. in circumvallatione, aliter p. 2022, 7*]. 8, 37, 1). LIV. 44, 46, 7 ut nec oppugnante -o aditum ... habeat *arx eqs.* CELS. 6, 6, 39B. 6, 7, 8A ne -um sonum accipiant *aures.* 7, 16, 2 *intestina* -o et insueto spiritu circumdata. SEN. nat. 2, 13, 4 *ignis in aethere* ab -o ... deprimi *non* potest. 3, 27, 1 *diluvium* utrum oceani viribus fiat et -um (extremum *l. v.*) in nos pelagus exsurgat (*cf.* FLOR. epit. 4, 2, 76 mare et intestinum et -um. HIL. in psalm. 64, 7 p. 239, 5 interni atque -i. ISID. nat. 44, 1 [= SVET. frg. p. 242, 6] oceanus est. *cf. p. 1988, 12*). epist. 49, 9 periculum mihi obsesso -um inmineret. *al.* COLVM. 6, 22, 2 -i frigoris tolerantior ... vacca. STAT. silv. 1, 3, 26 *aedibus* non -a ... fluviorum ob⟨s⟩tare (*v. Vollmer ad l.*). HEGES. 4, 27 p. 283, 10 *Alexandria* ab -o difficilis accessu (*gr. aliter*). BOETH. cons. 3, 12, 37 W. ea est ... divinae forma substantiae, ut neque in -a dilabatur nec in se -um aliquid ipsa suscipiat.

2 *translate*: **a** *spectantur ea, quae extra rem (personam) quandam posita sunt, quae ad ipsam non pertinent* (*opp.* ingenitus, ingenuus, proprius; *pron. propr.*): CIC. div. 2, 136 haec *somnia* -a ob eamque causam ignota nobis sunt (*opp.* nostris). LVCR. 1, 230 unde mare ingenui fontes -aque longe flumina suppeditant (*cf.* AMM. 15, 11, 16 aquis [22, 8, 26; *opp.* genuinis. 22, 15, 10]. ALC. AVIT. carm. 4, 70 undas; *opp.* augmento ... suo). AETNA 526 *lapidis* -am *naturam* ... color ... refellit (*syn. 512* aliam). OV. met. 8, 879 quid moror -is? (*i. quae alii, non mihi acciderunt*). MANIL. 2, 830 *horoscopus non* capit -um (*i. Latinum*), proprio (*i. Graeco*) quia nomine gaudet (*cf. p. 2023, 7.* ENNOD. carm. 2, 121, 1 -o ... vocitaris nomine [*i. quod tibi non debetur*]). 2, 964 *sidera* aliena capessunt regna et in -is subsidunt hospita castris (*v. Housman ad l.*). 5, 478 *si quis poeta fieri non valuerit*, -is tamen aptus erit (*sc. histrio aliena referens*). SEN. benef. 4, 6, 5 sonos alios spiritu nostro, alios -o cantus edituros. nat. 2, 2, 4 corporis nulla ope -a, sed unitate sua cohaerentis (*al.*). *al.* VAL. FL. 1, 63 *Medea draconi* dabat -o liventia mella veneno ('*i. non suo*' *Housman, Cl Rev. 14, 1900, 469*). 6, 407 fata (*opp.* in sua ... funera). STAT. Theb. 9, 675 -um haurire cruorem ac fudisse suum. silv. 1, 2, 100 vulnera. AMM. 31, 2, 12 -a praedandi aviditate. PRVD. ham. 265 nec ... contenta decore ingenito -am mentitur femina formam. EVGRAPH. Ter. Haut. 319 'mitte ista ...' scilicet -a et per similitudinem translata (*opp.* ad rem). SACR. Greg. 51, 2 ut qui propriis oramus absolvi delictis non gravemur -is. *al.*

b *respiciuntur ea, quae sunt extra mentem, animam quasi interiorem et principalem et solam dignam hominis partem*: *α usu vario*: STAT. Theb. 4, 584 -ae satis est mihi lucis. AVG. quaest. Simpl. 1, 2, 2 p. 111 *homo* vel interna vel -a admonitione motus ad fidem. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916C captare decus laudis -ae (*gr. p. 109A παρὰ τῶν ἔξωθεν*). BOETH. cons. 1 carm. 2, 3 mens ... propria luce relicta tendit in -as ire tenebras. *β technice*: Ⓘ *sensu philos.* (*Peripat.*: CIC. fin. 3, 43 [Critolai: CIC. Tusc. 5, 51. *cum Acad.*: CIC. Tusc. 5, 85. 5, 119]. *Stoic.*: GELL. 18, 1, 4 AVG. civ. 9, 4 p. 371, 25 D. *al.* [Antipatris: SEN. epist. 92, 5]. *gr. τὰ ἐκτός* [*e. g. Doxogr. gr. p. 570, 26*], *syn.* extraneus, extrarius. *in schemate tripartito iuxta ponuntur bona corporis atque animi*): RHET. Her. 3, 6, 10 laus ... potest esse rerum -arum, corporis, animi; rerum -arum sunt ea, quae casu aut fortuna secunda aut adversa accidere possunt: genus, educatio, divitiae *eqs.* (3, 7, 13 CIC. de orat. 3, 115 top. 73 leg. 1, 45 Tusc. 5, 25 off. 1, 66. 3, 21 APVL. Plat. 2, 17 AVG. civ. 19, 20 p. 389, 4 D. *al.* BOETH. cons. 2, 5, 24 W.; *syn.* sepositis, *opp.* proprium vobis atque insitum bonum). CIC. part. 74 tribus in generibus bona malave versantur, -is (-i *l. v.*) et corporis et animi *eqs.* (Tusc. 5, 76. *al.* Ov. Pont. 2, 3, 36 APVL. Plat. 2, 1 AVG. civ. 4, 21 p. 171, 25 D. *al.* BOETH. cons. 2, 5, 14 W. [*syn.* a te ... aliena]. *al.*). top. 89 vel commoda vel incommoda (off. 2, 88. 3, 28. *cf.* nat. deor. 3, 86 commoditates). ac. 2, 4 (*opp.* interiora). *al.* HOR. sat. 2, 7, 87 *Stoicus* in se ipso ... teres atque rotundus, -i nequid valeat per leve morari (*alludit ad sensum proprium* [*p. 2020, 74*]). SEN. dial. 1, 6, 1 -a contemnunt *sapientes.* 7, 8, 3 (*syn.* aliena, adventicia). epist. 72, 7 (*syn.* fortuita. 74, 6). *al.* APVL. Plat. 1, 18. *al.* Ⓘⓘ *in arte medica*: CAEL. AVR. acut. 1, 1, 28 in -is *passionibus* (*opp.* phreneticae passionis).

B *valente notione coniunctionis et nexus: i. qui (quod) extra certam societatem est*: **1** *c. respectu patriae, civitatis (aut populi aut regionis), fere i. q. peregrinus, alienigena, exoticus* (*saepe opp.* civilis *sim. Romanis -i sunt: Italici extra urbem Latiumque: e. g. p. 2022, 6. 9. 30. Graeci: e. g. p. 2022, 11. 31. 32. 33. 69. barbari extra imperii fines nati: e. g. p. 2022, 18. 35. nonnumquam c. contemptu moris sive inculti sive corrupti, pudendi: e. g. p. 2022, 19. 34. 2023, 1 sqq. saepe pertinet ad hostes [cf. p. 2022, 7], fere i. q. hostilis: p. 2022, 26. 63. al.*): **a** *de deis* (*metonym. pro domo sim. p. 2022, 2*): PROP. 4, 1, 17 -os quaerere divos (*opp.* patrio). LIV. 29, 18, 2 deos (*opp.* vestros. VVLG. exod. 23, 13). SIL. 2, 32 -os defendis, Roma, penates (STAT. Theb. 2, 405). RVT. NAM. 1, 496 colere -os ... lares.

b *de hominibus*: CIC. Verr. II 5, 144 in -orum hominum ... hostiumque custodias tu tantum numerum civium Romanorum *inclusisti* (leg. agr. 2, 81. off. 2, 64 [*syn.* hospitibus]. VELL. 2, 15, 2 homines eiusdem gentis et sanguinis [*sc. Italos*] ut -os alienosque fastidire posset *Roma*). leg. agr. 1, 19 -is hostibus victis (Catil. 2, 29 -o ... atque longinquo. ad Brut. 1, 10 [= 9, 18 Sj.], 1; *opp.* domesticis. *al.* BELL. Alex. 65, 1 LIV. 34, 60, 3. *saepe*). Brut. 170 istis -is quasi oratoribus (*opp.* urbanis; *antea*: apud socios et Latinos). div. 2, 82 nostri sinistrum nominaverunt -ique dextrum (*syn.* Graiis et barbaris). off. 2, 64 populos (*al.*). 3, 28 civium rationem dicunt habendam, -orum negant (*sic opp.*: LIV. 6, 17, 8. *al.* PLIN. nat. 33, 37. TAC. hist. 3, 33, 2 cives, socii, -i. *v. l. 4. 22. al.*). epist. 6, 6, 12 viros (VERG. Aen. 7, 68 OV. epist. 10, 98. 15, 310 VAL. FL. 7, 309. *al.*). CAES. civ. 2, 5, 5 auxiliis (*opp.* domesticis opibus. *v. p. 2020, 55.* LIV. 22, 37, 7 levium armorum [*opp.* milite atque equite ... Romano Latinique nominis. *sim.*: 27, 8, 16. 40, 32, 7]. *al.*). BELL. Alex. 34, 2 rege (*opp.* sociorum atque amicorum. LIV. 28, 44, 12. 35, 14, 9. SEN. dial. 10, 18, 5 furiosi et -i et ... superbi. *al.* CVRT. 5, 8, 11 -um et advenam. *al.* PLIN. nat. 36, 91; *opp.* Italis. TAC. Germ. 42, 2; *opp.* ex gente ipsorum. *al.*). SALL. (?) rep. 1, 3, 4 -is nationibus natura nobis hostibus (*opp.* civibus. GELL. 12, 1, 17 -ae et barbarae. *al.*). or. Lep. 5, 19 arma ab -is in nosmet vorsa. VERG. Aen. 7, 98 generi (*opp.* Latinis. *al.*). 7, 367 gente (OV. am. 3, 4, 34. MANIL. 1, 898; *opp.* civiles. 2, 818. TAC. hist. 4, 12, 1 -arum sociarumque [*cf.* ann. 3, 33, 2]. ann. 3, 53, 4 -as aut hostiles. *al.*). 7, 424 heres. 8, 503 duces (*opp.* Italo. 10, 156 LIV. 23, 42, 6. *al.*). LIV. 4, 3, 4 *conubium* finitumis -isque dari solet. 8, 26, 5 (*opp.* popularibus). 30, 12, 15 alienigenae et -i (CVRT. 5, 11, 6. *al.*). *al.* ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) I 11 Numa ... ex Sabinis veniens, vicinus quidem, sed tunc -us (*syn.* alieni). SEN. benef. 4, 35, 1 (*syn.* peregrinus. *al.*). PLIN. nat. 1, 2 ind. auctor. ex auctoribus ... -is (*saepe*). 3, 57 *Theophrastus* primus -orum aliqua de Romanis ... scripsit. 35, 6 signa -orum artificum. *al.* TAC. hist. 2, 21, 4 *militem Vitellii* peregrinum et -um increpabant *praetoriani.* ann. 3, 40, 3 nihil validum in exercitibus nisi quod -um (*opp.* Italia, urbana plebes). *al.* PROC. dig. 49, 15, 7 pr. non dubito quin foederati et liberi nobis -i sint, nec inter nos atque eos postliminium esse. IVST. 41, 4, 1 -o socio. *saepe.*

c *de rebus*: *α corp.*: locus, terra *sim.*: CIC. epist. 4, 7, 4 *mortem oppetere* domi atque in patria mallem quam in -is atque alienis locis (4, 9, 4). VERG. Aen. 7, 255 sede (*al.*). 7, 270 generos -is adfore ab oris (OV. met. 9, 19; *opp.* popularis. LVCAN. 1, 515; *opp.* Romanus. *al. iunctura frequens in vers. herois*). OV. met. 15, 443 arvum (*opp.* patrio). LIV. 35, 26, 4 mediterraneus homo, -orum etiam omnium ... ignarus (*sim. n. pl. pro subst.*: SEN. nat. 4, 2, 24 TAC. hist. 4, 83, 2. SYMM. epist. 1, 51; *opp.* patriae. *al.*). 40, 44, 12 non modo Italiae ac sociis Latini nominis, sed etiam provinciis -is. POMP. TROG. Iust. 38, 7, 10 regna (*opp.* paterna. *al.*). SEN. Med. 619 litore (*opp.* paternis. TAC. hist. 2, 12, 2). PLIN. nat. 22, 118 -i orbis ... medicinas (*al.*). SIL. 17, 437 terras (*opp.* Latio. CE 2154. *al.*). *al.* PRVD. c. Symm. 2, 156 agros (*opp.* natale, patrii). *al.* *variae*: TIB. 1, 3, 40 presserat -a navita merce ratem (PLIN. nat. 6, 66. *cf.* LIV. 34, 9, 9 ea quae -a navibus inveherentur). 2, 3, 43 lapis (*cf.* OV. ars 1, 70 marmore). PROP. 1, 2, 20 avecta -is Hippodamia rotis. LIV. 5, 54, 4 pericula classium -arum (LVCAN. 8, 567). VAL. MAX. 2, 8, 7 victoriae ... non -o, sed domestico partae cruore (*cf.* SIL. 9, 209 -o socius ... sanguine [*opp.* civis. TAC. ann. 14, 23, 3]). SEN. Med. 613 auri (*syn.* barbara). LVCAN. 5, 11 in -is ... tectis *senatus habitus est* (*syn.* peregrina). 7, 518. PLIN. nat. 1, 15, 14 quo ... tempore -a poma venerint in Italiam et unde. 1, 35, 8 quando primum -is picturis dignitas Romae (35, 24. *cf. ibid.* tabulis). 11, 103 pabula. 12, 14 *arbores* (*syn.* peregrinae, *opp.* incolarum. 14, 1; *syn.* alienas. *al.*). 13, 15 *unguenta.* 14, 39 *vites* quae non reperiuntur in Italia. 18, 63 *triticum* (*opp.* Italico. *cf.* 18, 93). 18, 144 Medica *herba* -a etiam Graeciae est, ut a Medis advecta. *al.* VAL. FL. 5, 360 murice. 7, 422 iacet -a ... cuspide Canthus. *al.* ARATOR act. 1, 97 caespes in -as componens busta favillas (*i. ager sepulturae peregrinorum destinatus*). *al.*

β incorp.: Ⓘ *certae*: religio, sacra *sim.*: CIC. Verr. II 4, 114 religio (*syn.* aliena. har. resp. 24; *syn.* ex ultimis terris arcessita, *opp.* Latino. LIV. 39, 15, 3 pravis et -is. *al.*). Balb. 55 ut deos ... scientia peregrina et -a, mente domestica et civili precaretur *sacerdos* (*syn.* Graecum). div. 2, 76 auguria (*opp.* nostris). LIV. 39, 16, 8 uti sacra -a fieri vetarent (*opp.* more Romano. PLIN. nat. 2, 21 TAC. ann. 14, 44, 3. *al.*). 39, 16, 9 non patrio, sed -o ritu (*al.*). TAC. ann. 13, 32, 2 superstitionis -ae rea (*al.*). *al.* *hostilia sim.*: CIC. leg. agr. 1, 26 periculum (*opp.* inclusum malum, intestinum ac domesticum. LIV. 1, 19, 4. *al.*). 2, 90 domesticis (Italicis *add.* *εκ*) -isque bellis (epist. 5, 12, 2 hostilibus -isque. *al.* FLOR. epit. 4, 2, 4; *opp.* civile, sociale. 4, 3, 8 civilibus -is servilibus, terrestribus ac navalibus. OROS. hist. 5, 24, 9 -a servilia socialia civilia fugitivorum. *saepe. v. p. 2020, 36. vol. II 1850, 32 sqq.*). Catil. 4, 22 victoriae (TAC. ann. 3, 18, 2. 3, 54, 3). *al.* OV. am. 1, 8, 41 armis (*opp.* in urbe. CYPR. Demetr. 10 p. 358, 5 de barbaris. *al.*). LIV. 1, 17, 4 ne civitatem ... vis aliqua -a adoriretur (*al.*). 2, 45, 5 -a et domestica odia certare in animis. 3, 10, 14 terrorem (*al.*). 3, 72, 7 quietum ab urbanis motibus et ab -is (*al.*). 28, 42, 10 metus (*al.*). *al.* TAC. hist. 5, 10, 2 pace per Italiam parta et -ae curae rediere. *al.*

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mores *sim.*: CIC. Lig. 11 hoc egit civis Romanus . . . nemo: -i ⟨sunt⟩ isti mores . . . aut levium Graecorum aut immanium barbarorum (Brut. 51. LIV. 29, 19, 4 -o et regio. SEN. epist. 83, 25; *syn.* vitia non Romana. *al.*). VAL. MAX. 2, 6, 1 deliciarum. CVRT. 8, 5, 20 inveterati moris -a mutatio. 9, 3, 10 cultum (*syn.* Persicam. *al.*). *al.* STAT. silv. 4, 5, 45 non sermo Poenus, non habitus tibi, -a non mens: Italus, Italus. *al.*

sermo, vox *sim.*: MANIL. 3, 40 -a referentur nomina lingua (*i. Graeca, opp.* propria). CVRT. 7, 5, 29 *Branchidae* a domestico -o sermone degeneres. PLIN. nat. praef. 13 vocabulis (*syn.* barbaris). 28, 20 verba (*opp.* Latina. QVINT. inst. 1, 5, 58; *syn.* Graecis, *opp.* nostra. 8, 1, 2 peregrina et -a; *opp.* Latina. *al.*). TAC. ann. 14, 32, 1 fremitus.

Ⓑ *variae*: CIC. leg. agr. 2, 9 pacem (LIV. 2, 54, 2. 6, 18, 2). Planc. 30 omnibus . . . rebus ornatum hominem tam -is quam domesticis (orat. 148. *al.* LIV. 4, 47, 8. *al.* SEN. epist. 24, 3; *opp.* civilium. *al.*). orat. 22 non quaerere -a, domesticis esse contentos (*sic de Graecis fere exemplis*: Tusc. 1, 33 off. 2, 26. 3, 99. *al.*). VERG. Aen. 6, 94 thalami (*cf.* STAT. Theb. 5, 455 taedas. *al.*). PROP. 2, 18^{c}, 24 -o tincta nitore caput. 2, 32, 31 *Helena* -o patriam mutavit amore (STAT. silv. 1, 2, 204. *aliter infra l. 63*). OV. met. 13, 406 auras (LVCAN. 10, 167). *al.* LIV. 28, 44, 1 exemplis (VAL. MAX. 3, 3, 2; *opp.* Romanis. *al.*). 29, 1, 24 imperio (*opp.* patrios. *al.*). 34, 49, 11 fide (*syn.* alienis. TAC. ann. 1, 41, 1). *al.* MANIL. 5, 407 emit -os . . . labores institor. PLIN. nat. 29, 24 invehi peregrinas merces conciliarique -a pretia. *al.* STAT. silv. 1, 1, 26 furores (*sc. Chattorum, Dacorum. al.*). *al.*

2 *spectatur vinculum sanguinis (de spurio l. 53, privigno l. 54. opp. e.g.*: filius *l. 39*, cognatus *l. 37. 59.* propinquus *l. 39), matrimonii (e.g. l. 32. 56), necnon amicitiae* (*opp.*: amicus *l. 50.* familiaris *l. 51. cf. et c. respectu coniunctionis minus artae: p. 2024, 10*): CIC. nat. deor. 2, 158 canum . . . amans dominorum adulatio tantumque odium in -os (*i. eos, qui ad familiam domini non pertinent*). VERG. Aen. 3, 43 non me tibi Troia -um tulit. LIV. 42, 5, 5 intestinis (*sc. fratris sim.*) -isque . . . caedibus. SEN. contr. 2, 7, 8 adversus -orum . . . opiniones . . . patrocinium erat: ego viro placeo. *al.* SEN. Ag. 915 -os times? domus timenda est. clem. 1, 26, 4 *tyrannorum* ne a necessariis quidem sibi rabies temperat, sed -a suaque in aequo habet. *al.* VAL. FL. 4, 463 proles non -a mihi. STAT. Theb. 3, 128 *feminae* prociduae super -osque suosque. 10, 709 -i . . . patres (*syn.* aliena). silv. 5, 2, 51 (*opp.* cognata). 5, 3, 70 -is etiam miserabile . . . funus (*cf.* SIDON. epist. 2, 8, 2; *opp.* propinquorum). TREB. Gall. 9, 2 querela de patre, quem inultum filius liquerat et quem -i utcumque vindicaverant. VOPISC. Tac. 12, 1 *non* ad suos tantum, sed etiam ad -os *scribere*. CONST. Sirmond. 10 ne clerici . . . feminis iungantur -is. AVR. VICT. Caes. 2, 1 *Tiberius* puniens . . . suos pariter -osque. AMM. 15, 3, 6 praesentibus . . . -is. Ps. RVFIN. in Am. 1, 9 p. 1062^{B} noluisti . . . cogitare illud foedus, quod inter germanos natura ipsa constituit . . ., sed quasi -issimos . . . in proelia commovisti. PRVD. ham. 49 *adoptivus filius* -i generis. CYPR. GALL. lev. 217 filia *sacerdotis* . . . tradita . . . -i sub iura viri (*ad LXX lev. 22, 11* ἀλλογενεῖ). NOVELL. Maior. 6, 8 heres (*aliter p. 2022, 26*). PROSP. carm. de ingrat. 646 *expositis* missam -orum curam. CAEL. AVR. acut. 1, 4, 44 -i, hoc est ab aegro alieni. SIDON. epist. 2, 12, 1 quae sunt amicis quaeque et -is indolescenda. 7, 13, 4 non patitur . . . aut verecundiam -us aut familiaris iniuriam. SEDVL. op. pasch. 2, 1 p. 197, 14 sanguinem (*opp.* sui generis). DRAC. laud. dei 2, 323 -os pariterque suos furit impia mater conceptus damnare (*cf.* 2, 328 minus . . . noverca audet in -os genitos. *v. l. 25*). ENNOD. carm. 2, 125, 1 visceribus propriis -os fundere partus cogitur *equa* (*sc. mulum*). CONSVLT. 8, 8 uxoria velut -a . . . negotia definire. *al.* *sim. de insitione arborum*: PALLAD. 7, 5, 4 -i seminis gemmam . . . in arboris alienae membra transisse. ins. 34 floris. 43. 46. 74 (*opp.* cognato). 101. 142. PRVD. apoth. 341 *truncus* -i vestitur cortice libri.

3 *respicitur in amore* (*aliter supra l. 18*) *fides laesa ab -o, i. rivali, adultero*: TIB. 1, 9, 57 semper sint -a tuo vestigia lecto. PROP. 1, 3, 44 querebar -o . . . in amore moras (OV. epist. 5, 102. 16, 96). 2, 19, 16 omnia ab -o sint . . . tuta viro. 4, 8, 83 quemcumque locum -ae tetigere puellae. OV. met. 14, 380 nec venere -a socialia foedera laedam. fast. 2, 804 -ā pectora tacta manu.

4 *c. respectu condicionis, muneris, officii*: COD. Theod. 10, 20, 14 (= Iust. 11, 8, 11, 2) si alienigenae detentatores oneribus condicionis -ae (*sc. murilegulorum*) maluerint subiacere. 12, 1, 139 si *decurio* . . . in officia -a transierit.

5 *respicitur communio religionis: i. q. ad ecclesiam non pertinens*: **a** *fide, i. q. sive gentilis sive haereticus*: LACT. inst. 4, 30, 10 Novatiani *sim.* . . . Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana et -a vocabula induerunt. HIL. in Matth. 10, 5 p. 968^{B} potestatis -ae ([*v. p. 2020, 56*]. *seq.*: quaecumque alia fuerit, non erit Christi). CASSIAN. inst. 2, 5, 2 his qui erant religionis -i. AVELL. p. 466, 14 contagia communionis -ae. EPIST. pontif. 601 Schwartz p. 82, 11 *Acacium* a communione . . ., qua se ipse eius -is sociando monstravit indignum, . . . discrevit. CONC.^{S} I 5 p. 168, 33 Theodorus . . . non -orum, sed suorum sociorumque fidei calumniis appetitur. SACR. Leon. p. 335 ut . . . hi, qui ab *apostolorum* . . . tramite deviassent, haberentur -i. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 17 p. 372^{B} nonnulli -orum (*i. philosophorum, gr. p. 177^{D}* τῶν ἔξωθέν τινες). **b** *iure, fere i. q. ad rem publicam pertinens*: AMM. 15, 7, 7 Athanasium episcopum . . . ultra professionem altius se efferentem scitarique conatum -a. COD. Theod. 11, 1, 33 (= Iust. 1, 2, 8. *al.*) ecclesia . . . sciat propriae tantummodo capitationis modum . . . sublevandum nec -orum gravamine tributorum rem publicam . . . laedendam.

II *sensu laxiore*: **A** *fere i. q. diversus, dissimilis*: MANIL. 4, 376 genus -um referunt aliena per astra (*syn. 373* varius. *v. Housman ad l.*). ZENO 2, 7, 2 p. 409^{A} *veritas*, dum secerni potest, tamen sibimet -a esse non potest (*opp.* una). COD. Theod. 14, 4, 10, 1 ut corpora -a (*sc. suariorum et pecuariorum*; alterna *Mommsen*) iungamus.

B *fere i. q. ignotus* (*cf. p. 2023, 28*): PLIN. nat. 33, 26 in domo turba -a ac iam servorum quoque causa nomenclator adhibendus (*vix intellegendum de natione -a* [*p. 2021, 76*]). AMM. 15, 5, 7 si qui *ad Silvanum* mitteretur -us. ENNOD. opusc. 3, 18 p. 335, 19 stupuere . . . -i (*opp.* qui noverant). 4, 16 p. 387, 4 ut de suis deprehendat -os (*i. ignotos aestimet e familiaribus, quibus concomitati veniunt*). *al.*

C *fere i. q. alienus (cf. p. 2020, 44), procul distans*: CASSIAN. inst. 2, 3, 1 priusquam . . . facultatibus suis reddatur -us *monachus*. 7, 21 miles Christi . . . cupiditatis impugnatione erit -us. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 13 -a . . . si fuerit haec a diffinitionibus consuetudo. FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1 p. 195^{C} *Arrianorum opinio* reperitur ab omni intellectu non solum divinarum scripturarum, sed etiam ipsius humanitatis -a. CASSIOD. var. 9, 21, 3 boni mores crimen detestantur -um (*sc. a se, syn.* absonum).

[*deriv.*: ex(s)ternare (*negat Walde-Hofmann³ s. v.* consternare).]

Hiltbrunner.

extero, -trīvī (-teruī), -trītum, -ere. *ab* ex *et* terere. *de formis: perf.*: -uerunt *p. 2025, 25.* -trisse (*e coni.*) *l. 58. p. p. p.*: *?* -eritus: PLAVT. Cist. 408 (exteritis *A*, *v. l. 38*). *e coni.* (*cf. Rönsch, Coll. phil. p. 230*): ITALA IV Esdr. 4, 11 (*v. l. 58 sqq. cf. ed. Bensly*). ITALA Ier. 15, 9 *v. l. 61.* *?* -tertus *v. l. 39.* NOT. Tir. 70, 62 -it. 70, 65 -tum. GLOSS. -ta humida (*?*). *de usu: in figura etymologica p. 2025, 16. legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, LVCR., OV.

[*confunditur c.*: exterrere: *l. 60. 62. p. 2025, 14. 23. 24 bis. 25. 27.* extortus: *l. 40. e coni.*: SVET. rhet. 29 *l. 56 sqq. cf. et l. 27 sq. p. 2025, 5.*

1 *i. q. valde terere, usu deterius reddere sim.*: **a** *not. propria (syn.*: atterere *l. 44*, conterere *l. 45*, vetustare *l. 47 sq.): corporis partes*: PLAVT. Cist. 408 *meretrices* diobolares . . . cum -tis (exteritis *A*, exītis *Fest. p. 330*; -tritis *Leo, Ernout*; -tertis *Lindsay* [*cum Festo v. l. 39*]; -tortis *Prisc. gramm. II 103, 21, Paul. Fest. p. 52. 353, cf. Fraenkel, Philol. 87, 1932, 118*) talis (*cf. l. 42 sq.*), cum todillis crusculis. APVL. met. 4, 4 *asinus* sarcinae pondere depressus . . . ungulis -tis iam claudus (8, 23). *vestes*: ITALA deut. 8, 4 (Lugd., Ps. Aug. spec. 4 p. 329, 2) vestimenta ([attrita *Ps. Aug. l. v.*]. κατετρίβη. *Vulg.* vetustate defecit. HIER. epist. 22, 32, 1). SCHOL. Iuv. 6, 225 *ad* 'flammea conterit': -it saepe nubendo. BOETH. herm. pr. 1, 9 p. 120, 14 *tunica* -itur (*Aristot. p. 19^{a}, 14* κατατριβήσεται. *syn.* utendo vetustabitur et ipso cotidiano solvetur adtritu. p. 120, 15 -i [*gr. l. 15* κατατριβῆναι]. *cf.* herm. sec. 3, 9 p. 233, 5. 7). *calceos*: ITALA Ios. 9, 5 (Lugd.) et calciamenta sua et solias suas habebant vetéres -to solo (*sc. calcei vel soleae*) in pedibus suis (*καὶ τὰ σανδάλια αὐτῶν παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα, Vulg. aliter*). *limina* (*fere i. q. excavare*): VVLG. Sirach 6, 36 gradus ostiorum illius (*i. sapientis*) -at pes tuus (*cf. p. 2025, 20*). PAVL. NOL. epist. 23, 36 p. 193, 10 omnis in Christo sapientis limina, ut iussum est, -entes *eqs.* **b** *translate*: **α** *fere i. q. aut infirmare, debilitare aut vitiare, corrumpere*: SVET. rhet. 29 Sex. Clodius . . . male oculatus . . . par oculorum in amicitia M. Antonii triumviri -isse (*Statius*, extricte *trad.*) se aiebat. ITALA IV Esdr. 4, 11 quomodo poterit . . . *homo* capere altissimi viam et iam -teritus (*v. l. 29*, -territus *ACM*, exterius *S*) corrupto saeculo intellegere incorruptionem? Ier. 15, 9 (Cypr. testim. 2, 23 p. 91, 6) -terita (*v. l. 30*, -terri- *trad.*) est quae parit (ἐκενώθη, *Vulg.* infirmata est. *cf. p. 2025, 40*). Ps. PHILO antiq. 52, 2 *verba Heli sacerdotis*: depositum accepi de Finees locum (*i. sacerdotium*), et si -amus (*A*, exsecramur *Adm.*) acceptum, quid dicimus, si iterum inquirat, qui deposuit eum? **β** *i. q. contribulare, vexare*: HERM. Pal. mand. 10, 1, 2 tristitia . . . sanctum spiritum -it (ἐκτρίβει, *vulg.* contribulat. 10, 1, 3).

2 *fere i. q. -endo excutere, eicere*: **a** *proprie*: **α** *generatim*: LVCR. 5, 1098 exprimitur validis -tus viribus ignis (*cf. quae seq.*: emicat . . . ardor, mutua dum inter se rami stirpesque teruntur). **β** *speciatim: t. t. agric.: i. q. grana e spicis excutere sim.*: VARRO rust. 1, 52, 2 *seges* -itur grege iumentorum . . ., quorum ungulis e spica -untur grana. COLVM. 2, 9, 11. 2, 10, 16 *lens* cum -ta sit *eqs.* 2, 20, 4 spicae . . . vel baculis excuti vel -i pecudibus. PLIN. nat. 18, 61 in area -untur triticum et siligo et hordeum. 18, 92 -itur . . . difficulter. 18, 298 messis . . . alibi equarum gressibus -itur. **b** *translate: t. t. gramm.: i. q. litteram, syllabam elidere, eximere*: VARRO ling. 5, 96 armenta . . . arimenta dicta, postea i tertia littera -ta (rust. 2, 1, 7 GELL. 12, 14, 6). 7, 27 e . . . Carmena . . . r -to Camena factum. 7, 97 omen . . . osmen e quo s -tum. 10, 81 ex ne et quicquam . . . media -ta syllaba coactum est nequam.

3 *fere i. q. -endo auferre, demere*: **a** *proprie*: PLIN. nat. 31, 66 rubiginem ferro marinae (*sc. aquae*) celerrime -unt. 37, 172 *gemma* politur ex maiore amplitudine in angustias, ut inutilia -antur.

[K.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in similitudine de sermone: QVINT. inst. 10, 4, 4 sit ergo *in scribendo* aliquando quod placeat aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, non -at. **b** *translate: fere i. q. imminuere, consumere*: PLIN. nat. 34, 108 tabes . . . mercium aut fraus Seplasiae sic -itur ([*VRdh*, cexatetur *B*[1]; excitetur *Mayhoff*]. *i. merces putidae et a Sepl. viae tabernariis corruptae sic consumuntur*).

4 *i. q. omnino terere*: **a** *proprie: fere i. q. conculcare, contundere: rem*: OV. am. 1, 9, 12 congestas -et ille nives. *homines*: SEN. dial. 10, 13, 6 *homines in circo* ingenti mole animalium -antur. epist. 57, 7 *Stoici* existimant animam hominis magno pondere -ti permanere non posse. STAT. Theb. 10, 478 gravis -it *iacentium* artus ungula *equorum*. **b** *translate: fere i. q. -endo exstinguere, delere:* SEN. dial. 5, 43, 1 quid illum . . . humilem quidem . . . -ere (*Muretus*; -terre- *trad.*) viribus tuis temptas? ITALA num. 15, 31 (Aug. quaest. hept. 4, 25 p. 334, 26) quamvis in graeco non dictum sit hoc loco 'contritione conteretur' sed: extritione -etur anima illa (*ἐκτρίψει ἐκτριβήσεται, Vulg.* delebitur [*cf.* AVG. *l. l.* p. 335, 2 quod ita accipi potest, quasi omni modo terendo exstinguatur ac non sit . . . deinde si, quod -itur omni modo efficeretur ut non sit, non diceret de sapiente: *seq.* VVLG. Sirach 6, 36 *v. p. 2024, 54*]. ITALA num. 19, 13 [Aug. c. adv. leg. 2, 6, 23 p. 651; quaest. hept. 4, 33 p. 347, 8] -etur anima illa ex Israel; *ἐκτριβήσεται, Vulg.* peribit). ITALA IV Esdr. 15, 18 civitates turbabuntur, domus -entur (*SA*; -rr- *CM*). 15, 40 -ant (*SA*[2], -rr- *A*[1], exterminant *CM*) omnem terram. 15, 43 -ent (*SA*[2], -rr- *A*[1]) *Babylonem* (15,45 -uerunt [*A*[2], -rr- *SA*[1]*C*; -ent *M*]). 15,60. 15,61 -ta eris (*sc. Asia*) in stramine (*A*, et demolita eris illis pro stipula *SC*, *sim. M*). 16, 35 viri earum (*mulierum*) in fame -entur (*SA*[2], -rr- *A*[1], fame interient *CM*).

deriv.: extritio. *K.*

1. exterrāneus, (-a, -um). *ab* ex *et* terra, *cf.* conterraneus, mediterraneus, subterraneus (*v. Ernout-Meillet s. v.* terra. *Eisinger, Wortbildungen mit d. Suffixe -aneo, diss. Freiburg 1910 p. 42, secundum* extraneus *formatam esse vocem putat. ficta esse videtur ad etym. vocis q. e.* extraneus *explicandam*). PAVL. FEST. p. 78 extraneus ex altera terra, quasi -us. p. 79 -us (extraneus *l. v., def. Lindsay, Gloss.*[L] *IV*) ex alia terra. *v. et l. 42.*

2. exterrāneus, -a (-um). *ab* exterrere (*v. Ernout-Meillet s. v.* terreo). PAVL. FEST. p. 79 -us (extraneus *Lindsay, Gloss.*[L] *IV, an recte? cf. l. 41. 44*) quoque dicitur et qui ante tempus natus vel potius eiectus est; dictus autem -us, quod eum mater exterrita (*aliter p. 2024, 62*) alvo eiecit (GLOSS.[L] I Ansil. EX 1319 -os [extraneos *trad.*] ex alia terra [*v. l. 35*] vel inmaturi, quos exterrita mater alvo [avulsos *trad.*] eiecit, quod genus hostiarum sacris non adhibetur). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. E 31 -am (extraneam *trad.*) abortivam, quia plurimum exterritae (exercitae *sim. trad.*) abiciunt extra.

exterrēnus, (-a, -um). *ab* ex *et* terra, *cf.* subterrenus, superterrenus; terrenus. GLOSS.[L] II Abav. EX 112 -us (-inus *trad., cf. l. 50*) peregrinus (GLOSS. II 236, 26 *ἀπόδημος* peregrinus exterrimus [*del. ut script. dupl.; vix superlat.*] -us). GLOSS. II 579, 6 -us.

exterrīmus (*vix* -i-) *v. l. 48 sq.*, **exterrīnus** *v. l. 47.* *Hiltbrunner.*

***exterreo** (-terro *v. l. 52*), -uī, -itum, -ēre. *ab* ex *et* terrere. *de formis: coniug. III*[ae]: LVCR. 4, 1022 -untur (*OQ*; -entur *Aldina*). *ex doctrina gramm.*: ARVS. gramm. VII 470, 21 -tus animo Verg. Aen. VIII (*370*). 470, 23 -tus illius rei Sall. hist. IIII (*at v. p. 2026, 25*). *de notione*: NON. p. 295, 24 -tum pavefactum significat. Vergilius lib. V (*215; sed v. l. 71*). p. 295, 30 -tum, accensum, inflammatum. Vergilius georgicorum lib. III (*434*) *v. p. 2026, 64.* SERV. Aen. 4, 450 -ta . . . praecipitata, turbata. GLOSS. V 499, 60 ext⟨er⟩reo (*Heraeus in schedis*) depello. *legitur inde ab* ENNIO, VARRONE, CIC. [*lusit.* estarrecer. *Rohlfs.*]

[*confunditur c.*: terreo: SALL. hist. frg. 4, 56 *v. p. 2026, 23. cf.* PHAEDR. 3, 3, 5 (-tus *Pithoeus*; (per)territus *trad.*). *lect. var.*: STAT. Theb. 11, 57 (exercita). *del.*: ITALA Ier. 15, 9 (Cypr. testim. 2, 23 p. 91, 6). *v. et s.* extero *p. 2024, 33 sq.*]

I *vigente vi praepositionis* ex *localem motum (q. e. 'foras, ab, de') indicante* (*cf. et p. 2026, 54*): **A** *i. q. terrore iniecto animantia (rem l. 74. 82) loco movere, excitare (v. infra l. 70), abigere sim.* (*de via deflectere v. l. 73 sq.*): VERG. georg. 3, 149 *oestrum*, quo tota -ta silvis diffugiunt armenta. 3,417 vipera delituit caelumque -ta fugit. 4, 353 o gemitu non frustra -ta . . . Cyrene (*sc. ex thalamo subaquaneo*). Aen. 5, 215 *columba* -ta . . . tecto (*cf. p. 2026, 12*). OV. met. 13, 710 viros . . . receptos portubus infidis -uit ales Aëllo. TAC. ann. 12, 63, 2 vis piscium . . . obliquis subter undas saxis -ta (*cf.* PRISC. periheg. 481 *Sicilia* -ens . . . rates . . . cautibus). 14, 8, 2 *portae* pauci adstabant, ceteris terrore inrumpentium -tis (*cf. p. 2026, 43*). 15, 4, 2 *Parthus* raris sagittis *in obsidionibus* . . . clausos *non* -et (*sic in sermone milit.*: 15, 11, 1 Vologaeses . . . vi ac minis alares -uit, legionarios obtrivit. VEG. mil. 4, 6 p. 131, 17 de propugnaculis -tis defensoribus). VVLG. lev. 26, 6 dabo pacem in finibus vestris. dormietis et non erit, qui -at (Is. 17, 2. Ier. 46, 27 qui -at eum. *al.*). ISID. orig. 10, 87 extorris . . . extra terminos suos quia -etur. *abusive*: MEROB. poet. 169 abies (*i. aries*) . . . vincere ⟨muros⟩ iussa renitentes -et culmin⟨e pinnas⟩.

B *laxius: -ere ex statu tranquillo, somno fere i. q. expergefacere*: ENN. ann. 36 *Ilia* lacrimans, -ta somno ([*Friedrich, Philol. 97, 1948, 288 cft. c. Aesch. Choeph. 535 ἐξ ὕπνου . . . ἐπτοημένη. v. et MusHelv. 9, 1952, 51 sqq.*]. CIC. div. 2, 129 -ti somno. *aliter p. 2027, 52 sq. cf. etiam l. 15. 84 bis*).

II *c. vi praep. perfectiva*: **A** *mediopassive: de animantibus, i. q. terrore perturbatum esse, agitari, concitari*: VARRO rust. 2, 7, 12 *eculeos*, cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne, cum sint deiuncti, -antur (*cf.* SALL. hist. frg. 1, 139 equi sine rectoribus -ti aut saucii [*inde* TAC. Agr. 36, 3]. GRAN. LIC. p. 6, 2 -tis subito iumentis). LVCR. 4, 1022 multi . . . qui praecipitent ad terram *in somnio* . . . -untur (*v. p. 2025, 52*) et . . . vix ad se redeunt. VERG. Aen. 4, 672 *Anna* trepido . . . -ta cursu . . . per medios ruit. 5, 505 timuit . . . -ta pinnis *columba* (*Serv. ad l.* [timorem . . . pinnis significans] *et ad vs.* 215. *cf.* CLAVD. DON. Aen. *ad l.* p. 481, 20). CELS. 3, 18, 5 antiqui *insanientes* . . . in tenebris habebant, eo quod is (eis *J*) contrarium esset -eri. SVET. Iul. 45, 1 per somnum -eri solebat. Dom. 16, 1 circa mediam noctem ita est -tus, ut e strato prosiliret.

B *active (pass.): i. q. efficere, ut aliquis terrorem concipiat, perturbare alcis. animum (v. l. 71. 83. p. 2027. 18) admota re sive per se terribili (e. g. l. 30. 67. 76. 78. 80. p. 2027, 19) sive quae indicet, portendat futura mala (e. g. l. 66. 73. 82 sq. p. 2027, 16. 46. -entur bestiae: l. 64. 68 sq. 76. p. 2027, 1. fere i. q. deterrere v. infra l. 42 sq.*):
1 *i. q. consulto alqm. perterritum reddere, per terrorem cogere*: SALL. hist. frg. 4, 56 tetrarchas regesque (*sc. Tigrani subiectos*) -tos (*ex lemmate Dietsch*, territos *trad.*) animi firmavit *legatus Romanus* ([*vix recte genetiv.* ARVS. *v. p. 2025, 53 trahit ad* -tos; *cf. Maurenbrecher, ind. p. 273 s. v.* firmavit]. *sim. de redactis in obsequium*: SEN. Med. 214 quidquid *terrae* -et *Amazonum* cohors. STAT. Theb. 1, 211 siluit . . . -tus orbis. TAC. ann. 1, 42, 3 Augustus vultu et aspectu . . . legiones *seditiosas* -uit). OV. met. 5, 418 exorata . . . nec . . . -ta nupsi. ASCON. Mil. p. 36, 15 tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis -tus est, ut vim ultimam timens *eqs.* FRONTIN. strat. 2, 4, 8 hostem magni exercitus specie -uit. TAC. hist. 2, 16, 2 contra dicere ausos . . . interfici iubet: quorum morte -ti *oboediunt ceteri.* 4, 27, 2 donec exitium minitantibus (*abl. abs.*) -tus *Gallus* proditionem et ipse Hordeonio obiecit. ann. 1, 56, 5 *Cheruscos* -uit Caecina huc illuc ferens arma. 6, 24, 1 ut quis . . . Drusum pulsaverat, -uerat. 15, 36, 2 numine -ente *Neronem.* 16, 24, 2. FLOR. epit. 3, 14, 5 *Ti. Gracchus C. Octavium* adeo . . . praesenti metu (*cf. l. 50*) mortis -uit, ut *eqs.* VVLG. I reg. 7, 10 *tonitruo deus* -uit eos (*cf.* II par. 14, 12 -uit . . . Aethiopes).

2 *i. q. quomodocumque affectum terroris movere (id quod terret, fere pro subi. habetur, homo qui patitur terrorem, pro obi.)*: **a** *sensu stricto: -ere animantia (fere i. q. deterrere l. 75 sq. p. 2027, 17. 20. 41. 43 sq.)*: **α** *ipsi verbo accedit ad affectum animi exprimendum vox, quae similem quandam vim habet atque verbum (addita hic illic insuper ipsa re terrente: l. 46. 48. 50. cf. supra l. 37. p. 2025, 75)*: VARRO Men. 117 populum furiis instinctum tribus adversum ferri -tum formidine (SIL. 3, 532 plana -ent, *sc. vastitate*). CAES. Gall. 7, 43, 3 *Haedui* timore poenae -ti (7, 77, 11. VVLG. Marc. 9, 5 [*ἔκφοβοι*]. RVFIN. hist. mon. 9 p. 424[B] timore magno -ti sunt *ob miraculum. cf. etiam p. 2027, 44. 49*). LIV. 4, 23, 4 -tis metu similis excidii (SEN. contr. 1, 5, 1 populus velut publico metu -tus. TAC. ann. 13, 56, 2 pari. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5. AVG. civ. 14, 9 p. 24, 8 D. *ἀπάθεια* illa . . ., ubi nec metus ullus -et. *v. et l. 37*).

β *cetera exempla selecta (inest quaedam notio localis [cf. p. 2025, 65] p. 2027, 10. 19. 25. de furibundis l. 65. 73 sq.)*: Ⓘ *de animantibus (de re pro persona p. 2027, 21)*: CIC. div. 1, 79 quo aspectu -ta *nutrix* clamorem sustulit. off. 2, 37 dolorum cum admoventur faces, praeter modum plerique -entur (*cf. in doctrina philos.*: SEN. dial. 2, 3, 4 nec admota vis hostilis -et *sapientem. v. et l. 52. p. 2027, 34*). CAES. civ. 1, 75, 3 repentino periculo -ti (LIV. 40, 12, 5. SEN. epist. 104, 10 -bunt te non tantum pericula sed suspiciones. PLIN. epist. 6, 16, 8 imminenti. TAC. ann. 14, 6, 1 matris. IVST. 27, 1, 6 sororis). 2, 4, 4 ut invisitatis . . . rebus magis confidamus vehementiusque -amur. VERG. georg. 3, 434 *anguis* saevit agris asperque siti atque -tus aestu (*sim. de furore agitatis*: PROB. Verg. ecl. 6, 48 *Proetidas* insania -tas, quae crederent se boves factas). Aen. 4, 450 infelix fatis *suis* -ta Dido (SIL. 8, 152 STAT. Theb. 2, 576). 4, 571 Aeneas subitis -tus umbris (*v. et p. 2027, 53. cf.* VAL. FL. 1, 778 visa . . . -tus umbra *taurus* [SIL. 7, 698 sonipes]. STAT. Theb. 10, 872 *Capaneus* ingenti Thebas -uit umbra). 6, 559 strepitu . . . -tus haesit *Aeneas* (LAMPR. Heliog. 14, 6. *cf. p. 2027, 26*). 8, 370 Venus haud animo nequiquam -ta mater (LIV. 5, 28, 13). 12, 660 *Amata* dextra occidit . . . sua lucemque -ta fugit (*cf. p. 2025, 69*). CIRIS 48 prodigiis . . . -ta . . . Scylla. OV. am. 1, 3, 21 -ta cornibus Io (*cf.* met. 1, 638 propria -ta voce). ars 1, 13 qui totiens socios, totiens -uit hostes *Achilles* (GRATT. 45 candor . . . *retis* ostendit longe fraudem atque -uit hostes, *i. bestias*). met. 4, 488 monstris -ta coniunx, territus est Athamas (STAT. Ach. 1, 662. *v. et p. 2027, 33*). LIV. 1, 56, 5 -tus visu *Tarquinius.* 2, 50, 7 clamor circumlatus -uit (STAT. Theb. 11, 634 inceptae . . . pugnae. FRONTIN. strat. 2, 3, 17 telisque). 3, 5, 14 portenta . . . vanas -tis ostentavere species. 5, 35, 4 Clusini novo bello -ti (SIL. 3, 229. 4, 34). 37, 24, 3 maxime -uit hepteris regia . . . uno ictu demersa. VAL. MAX. 1, 6, 5 bos *loquens* . . . novitate monstri audientium animos -uit (SEN. Tro. 436 meum -et animum noctis horrendae sopor). 1, 7, 2 somni . . . atrocitate vehementer -tam

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Calpurniam. SEN. clem. 1, 16, 4 equum non crebris verberibus -et domandi peritus magister. epist. 85, 11 maior erit timor, si plus, quo -atur, aut propius *quis* aspexerit. *al.* SIL. 2, 418 subito ... -ta nimbo occultant *venantes* ... corpora silvis. STAT. Theb. 11, 57 geminae ... -ta (*v. p. 2025, 63*) gentis sanguine Tisiphone. TAC. hist. 1, 50, 1 novus ... nuntius -uit ([2, 99, 1 PANEG. 7, 19, 2]. *cf.* ann. 5, 10, 1 Asia atque Achaia -tae sunt acri ... rumore [SVET. Claud. 10, 1 caedis]. 6, 35, 2 fama ... falso credita [13, 37, 1]). ann. 6, 40, 1 sed -uit, quod Vibulenus ... in ipsa curia ... venenum hausit. 12, 57, 2 vis aquarum prorumpens proxima trahebat convulsis ulterioribus aut fragore et sonitu -tis. *al.* PLIN. epist. 1, 5, 8 conscientia *peccati contra Plinium* -tus *amicos eius* rogat *eqs.* 6, 4, 4 infirmitatis tuae ratio incertā et variā sollicitudine -et. FLOR. epit. 2, 2, 5 adeo non est -tus *Romanus atrocitate maris*, ut *eqs.* TERT. apol. 17, 4 p. 45, 18 quibus -emur (*opp.* oblectamur). ITALA act. 24, 25 (cod. e) -tus factus (*ἔμφοβος γενόμενος, Vulg.* tremefactus). IVVENC. 4, 776 tumulo *vacuo* custodum -ta corda (*cf. Matth. 28, 4*). AVSON. 400, 1 p. 230 P. consilio quo suadet, -et. RVFIN. hist. 3, 23, 19 efferos et -tos eius animos mitigabat (*gr. aliter*). AVG. civ. 3, 18 p. 127, 25 D. *incendii* impetu -tae virgines *Vestales*. CASSIOD. inst. 1, 28, 1 p. 69, 16 profunditas lectionis *simpliciores* -uit. *nota* (*v. p. 2026, 56*): CLAVD. 15, 193 -et cunabula *Sidonia* discolor (*sc. Aethiops*) infans (*sc. inhonesta nigritia*). Ⓑ *de regionibus sim., quae tamquam homines contremiscunt*: VERG. Aen. 3, 673 *Cyclopis* clamorem ... quo ... contremuere undae penitusque -ta tellus Italiae. 8, 240 *saxi* impulsu ... dissultant ripae refluitque -tus amnis. 10, 210 Triton ... conchā -ens freta. OV. trist. 2, 35 Iuppiter ... strepitu ... orbem (*cf. p. 2026, 70*). SIL. 16, 7 *taurus* nemora. NEMES. cyn. 274 Boreas ... undas. ARNOB. nat. 1, 53 p. 36, 23 novitate rerum -ta ... mundi ... elementa *mortuo Christo. huc trahas*: VVLG. Ier. 50, 34 deus ut -at terram et commoveat habitatores Babylonis.

b *sensu debilitato i. q. stupefacere*: LVCR. 2, 1040 desine ... novitate -tus ipsa expuere ... rationem *meam*. VERG. Aen. 3, 307 magnis -ta monstris *Andromache* (*inexspectatum videns Aeneam*). HOR. epist. 1, 6, 11 improvisa ... species -et *et gaudentem et dolentem* (*v. Kiessling-Heinze ad l.*). LIV. 7, 39, 15 imperator ... appellatus *a seditiosis militibus* insigniaque honoris -to subitae rei miraculo deferunt (AVG. in euang. Ioh. 39, 5 p. 1684in.).

structurae notabiles: pendet: infinitivus: AVELL. p. 162, 14 nec -tus es ... tradita ... callidis ... commentis astruere (*οὐκ ἐφρικίασας*). *enunt. per* ne: PASS. Perp. 4, 4 sub ... scala draco cubans ..., qui ... -bat, ne ascenderent (*gr. ἐκθαμβῶν, ὅπως μὴ κτλ. cf. p. 2026, 21*). *acced. praepp.*: ab: ARNOB. nat. 7, 32 p. 265, 25 ut parvuli ... ab ineptis vagitibus crepitaculis -entur auditis. AVG. civ. 14, 9 p. 24, 23 D. *non* timor -ens a malo ... sed tenens in bono (*cf. p. 2026, 48*). ad: TAC. ann. 3, 49, 2 ut delator exstitit, ceteris ad dicendum -tis, sola Vitellia *negat.* 16, 8, 1 Silanus ... exitio patrui ad praecavendum -tus erat. de: VEG. mil. 4, 6 p. 131, 17 *v. p. 2025, 78*. extra: *v. p. 2025, 80*. per (*v. l. 54*): FRONTIN. strat. 1, 12, 12 per tale prodigium. prae: VVLG. Matth. 28, 4 prae timore ... eius -ti sunt (*ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου ... ἐσείσθησαν*). *v. p. 2026, 48*. propter: MAR. MERC. Nest. epist. Cael. 1 propter libellos contra eum ... oblatos -tum. *c. acc. respectus*: SIL. 2, 704 *Hannibal* Saguntinis somnos -tus umbris (*v. p. 2026, 76. cf. p. 2025, 84*). TAC. ann. 4, 28, 3 adseverabat *testis* ... innocentem Cornutum et falsa (per falsa *Acidalius* [*cf. l. 48*]; falso *Ursinus*) -tum (*sc. ob falsum delatoris testimonium*).

deriv.: 2. exterraneus, [exterritatio]. *Kornhardt.*

exterris, -e. *ab* ex *et* terra; *cf.* extorris. SCHOL. Stat. Theb. 9, 578 'extorrem consulem'. extorris ... dicitur consul quasi -is, id est extra terram (ISID. orig. 10, 85 extorris quia extra terram suam est, quasi -is. *cf. ibid.* -is [*Lindsay*, -torr- *trad.*] ex terra sua pulsus). *cf.* GLOSS.L V Aa E 1061 extorres expulsi patriae, id est ex terris.

[**exterritātio,** -ōnis *f. v. s.* extritio.]

extersio, -ōnis *f.* *ab* extergere. *i. q. actio abstergendi, detergendi (transl. l. 66), cf.* 2. extersus: Ps. HIER. expos. in Ioh. 13, 5 p. 585A per lavationem pedum baptismum apostolorum intellegitur, per -em lintei ostendit per passionem Christi -em peccatorum. GREG. M. moral. 3, 9 p. 603B testā ... *Iob* radebat saniem, ut ... etiam de -e vulneris sumeret curam mentis.

1. extersus, -a, -um *v.* extergeo.

2. extersus, -ūs *m.* *ab* extergere. *i. q. actus abstergendi* (*cf.* extersio): PLAVT. Curc. 578 volsellae, pecten, speculum ... bene me amassint meaque axitia linteumque -ui (*Palmerius*, -um *trad.*; *i. linteum adhibendum ad abstergendum*), ut *eqs.*

[**extertere** *verbum non trad. (corrigas, velim, p. 1858, 66), sed ab Angelo Mai effictum.*]

exterus *v.* exter.

extestīnus, -a, -um. *vox formata esse videtur quasi contrarium vocabuli q. e.* intestinus, *cf. Heraeus, Kl. Schr. p. 132[1].* GLOSS.L V Abba EX 134 -um extraneum. I Ansil. EX 1236 alienum (-ne *codd.*) genere. GLOSS. I 82, 37 (-tert- *cod.*). *K.*

extexo, -ere. *ab* ex *et* texere. *i. q. (telam) sua textura aut lana nudare* (*iocose de sene, quem servus auro depeculari vult*): PLAVT. Bacch. 239 -am ego illum pulchre.

exthronus nihil regni partem habet aut extremus GLOSS. V 292, 8. *ab* ex *et* thronus. *scriptura etymologica* -th- *c. interpretamento primo nimis callide ficta esse videtur, ut explicaretur* GLOSS. IV 514, 23 extronus (*corrupt. pro* extraneus *?*) extremus (*cf.* V 598, 18 extromis).

extillēsco, extillo *v.* exst-.

1. extimātio, -ōnis *f.* *scribitur saepius in cod. pro* aestimatio (*vix pro* existimatio, *cf. p. 2030, 31 sqq.*), *e. g.*: TRACT. de trin. fid. p. 195, 1. AMBR. hex. 1, 7, 26 p. 25, 4 (*l. v.*). CAEL. AVR. chron. 3, 4, 56 GLOSS. *v. et p. 1512, 73. vol. I 1092, 27 sq.; aliter p. 1512, 82.*

2. extimātio, ōnis *f.* *ab* 2. extimare. *fere i. q. extremitas, finis*: TERT. cult. fem. 2, 9 l. 44 nos sumus, in quos decurrerunt fines saeculorum, nos destinati a deo ante mundum in -e (-em, aestimationem *vv. ll.*) temporali.

[**extimātor** GLOSS., *v.* aestimator.] *Hiltbrunner.*

extimeo, -ēre. *ab* ex *et* timere. GLOSS. II 293, 42 -o *ἐκφοβοῦμαι.* [*? i. q. valde timere*: CAEL. AVR. acut. 2, 24, 135 Heraclides Tarentinus sanguinis -ens (*fort.* extimans = existi- *adn. Drabkin. potius pro* aestimans) abundantiam *eqs.*]

***extimēsco,** -uī, -ere. *ab* ex *et* timere. *scribitur*: -isc- *p. 2029, 83. de formis: pass. (semel inf. praes., e coni.): p. 2029, 47.* NOT. Tir. 43, 8 -uit. 43, 9 -it. *de notione*: SYNON. Cic. p. 447, 21 B. veretur. timet. metuit. formidat. horret. pavet. -it. GLOSS. *καταδειλιῶ. de usu: adhibetur sensu: ingressivo q. d.: l. 41. incohativo: l. 49. p. 2029, 53. 55 (at nota vim debilitatam verbo q. e.* incipio *accedente p. 2029, 10). iterativo: l. 51. 56. p. 2029, 65. 72. legitur inde a* PLAVTO, TER., CIC. (*saepissime, praecipue in doctrina philosophica, inde ab anno 57* [*v. Parzinger, Beiträge z. Kenntnis des Cic. Stils, Landshut 1912, 39; cf. RhM. 68, 1913, 425 adn. 2*]).

[*lect. var. v. l. 44. p. 2029, 60. e coni.*: TAC. ann. 11, 16, 3 *p. 2029, 47.* IVLIAN. dig. 41, 3, 33, 2 -uerit (*Cuiacius*, existimaverit *trad., gr. νομίσας*). *falso trad.*: PLIN. nat. 2, 190 -entibus *pro* extimis gentibus.]

fere i. q. valde timere, timore occupari (*spectat ad hominis affectum; de equis l. 53 [per iocum], l. 67; de natura quasi persona l. 63 sq.; de affectu pro homine p. 2030, 12; de arbore per comparat. p. 2030, 8*):

b *ipsa vi legis cogitur alqs., ut praestet, quod debet* (*poenam pendat p. 2045, 11 sq.*): CIC. Q. Rosc. 56 *socius* cum exegit suam partem *debiti* et tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso more, quod huius est, ⟨si tuum⟩ (*Schuetz*; ⟨si⟩ *Kayser*) ab illo (*b*2; alio *rell.*) -ere (*sc. per iudicium*) non potes, huic eripere potes. Ps. QVINT. decl. 7, 4 p. 136, 31 *non* adeo pro nobis, *quibus privilegia praestat*, sollicita lex est, ut, quod praestat (*i. privilegia*), -at (*sc. ut accipiantur*). PAPIN. dig. 40, 1, 19 si quis ab alio nummos acceperit, ut servum suum manumittat, etiam ab invito libertas *illius servi*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-eri potest (PAVL. dig. 28, 5, 85 pr. qui *servus* ... invito defuncto [*i. domino suo*] poterat libertatem -ere, ... non ... videtur beneficium a defuncto consequi. 28, 5, 85, 2 ab ipso testatore). VLP. dig. 4, 2, 14, 11 *pro servo*, qui in fuga esse dicitur, cautio ab ... *domino* -enda est *eqs.* TERT. uxor. 1, 4 l. 34 *per ironiam: uxores possunt iure matrimonii* dominari in aliena familia, ... cultum de alieno (*i. aliena pecunia*) -ere (torquere *l. v.*). AMM. 17, 3, 5 incrementa (*vectigalium sim.*), quae nulla supplicia egenis possent hominibus -ere. COD. Theod. 6, 2, 26. 16, 5, 65, 1 *multa* de communi clericorum ... corpore vel etiam donariis ipsis -ta nostro inferatur aerario. VAL. CEM. hom. 10, 1 p. 723A poena (*sc. gravissima*), quam irascentis inimici non -et iniuria (GREG. M. moral. 6, 14 p. 737B *creatura*, quae peccando *poenam dei* ... -sit). COD. Iust. 4, 24, 10, 2 (*a. 293*) -etur ei (*i. creditori*) necessitas probandi debiti.

c *ipsi sibi (animo l. 17. 26. 28) necessitate impo sita (cf. Salonius, Vitae patr. p. 381. nota alqm. -ere, i. fere cogere l. 28)*: PANEG. 4, 9, 3 p. 164, 5 -es animo tuo ... concordiae voluntatem (*cf.* AVG. civ. 14, 25 p. 52, 23 D. sibi -sit sibique imperavit non velle *eqs.*). RVFIN. Clement. 3, 31 deprecor vos, fratres ..., ut si quis forte vestrum non potest vigilare, non sibi -at (*suppl.* vigilare) erubescens praesentiam meam (*sic c. inf.* [*v. Salonius l. l.*]: VITAE patr. 5, 7, 39 -amus nobis hic stare [*gr. Nau 1908 p. 279 n. 207 βιασώμεθα ἑαυτούς*]. 5, 16, 19 -bat sibi plus solito manibus operari; *gr. aliter. v. et l. 18*). AVG. serm. 279, 7 p. 1279med. -si mihi, ut hoc dicerem (DRAC. Romul. 9, 162 *Andromache* suadente dolore ipsa sibi demens -et, ut ... credat *eqs.* VITAE patr. 5, 10, 15 p. 915A -o animo, ut ... bene faciam ei qui me odit [*cf. 3, 117* pugno cum cogitatione mea. *gr. Cot. p. 396A πολεμῶ τῷ λογισμῷ*]. *cf.* VITAE patr. 5, 4, 55 -si animum meum, ne *eqs.* [*gr. aliter*]. 5, 17, 20 p. 976C -e ... animo tuo ... et credamus *eqs. [v. Schmalz-Hofmann5 p. 660]. gr. Nau 1912 p. 299 n. 350 βίασαι ... τὸν λογισμόν σου*). VITAE patr. 4, 4, 59 p. 872A -ens sibi *monachus* manducavit ([*gr. Nau 1908 p. 50 n. 151 βιασάμενος*]. *sim.* 5, 7, 43 p. 903C; *gr. Nau 1908 p. 281 n. 211 βιασάμενος ἑαυτόν*). 5, 7, 43 p. 904A -at sibi ipse homo in omni re propter deum (*gr. Nau 1908 p. 282 n. 211 βιάζεσθαι ἑαυτόν*). 5, 11, 15 -bant sibi laborem, unde ... lucrarentur (*gr. Cot. p. 476B βιάζεσθαι*). 5, 15, 43 p. 961C qui sibi ultra quam potest -et (*gr. Cot. p. 642A βιαζομένου ἑαυτόν*).

d *orando, arte magica sim.*: TERT. ieiun. 12 p. 290, 11 delicta ..., quae ieiuniis elimentur, ... revelationum scientia, ... quae xerophagiis -antur. orat. 29 p. 199, 19 mirum si *oratio* aquas caelestes -ere novit, quae potuit et ignes impetrare? CAPITOL. Aur. 24, 4 fulmen de caelo precibus suis contra hostium machinamentum -sit suis (*i. militibus*) pluvia impetrata, cum siti laborarent (*cf.* FVLG. aet. mund. p. 159, 18). RVFIN. Orig. in num. 13, 7 p. 117, 26 *si* mago exigente et adiuramentis ... -ente daemones ... desaeviant. AVG. civ. 10, 11 p. 420, 11 D. cuicumque caelestium homo ... intendit minas eosque territat falso, ut eis -at veritatem (*i. arcana cf. p. 2043, 72*).

e *necessitate ipsa iubente, exciente*: FLOR. epit. 4, 2, 32 deditionem fames -sit Antonio. TERT. idol. 20 p. 54, 5 nomina (*i. deorum nationum*) ... pronuntiemus, quae nobis ut dicamus conversatio -et. HIL. trin. 2, 5 p. 54B in sermone ... infirmitatem ... confitebor. et certe mihi -etur hoc (*sc. loqui*) velle *gravitate rei*. VEG. mulom. 1, 17, 4 cuius morbi causas ... auctores ... *asserunt generari* ex nimia lassitudine cursus vel saltus (*v. app. cr.*) violenter -ti ([-torqui *l. v.*]. *seq.* ex his ... necessitatibus. *cf. l. 68.* VIRG. gramm. epit. 7 p. 57, 13 'curso' *significat* ... paulo citius aliqua necessitate -ente festinare cogor). HEGES. 3, 25, 2 p. 232, 14 pacem praeferebant, sed populus superveniens invitis bellandi studia -serat ([*gr. Ios. bell. Iud. 3, 493 ἐβιάζετο*]. VITA Caes. Arel. 1, 61 p. 482, 28 provocando etiam invitis studium retinendi -bat). COD. Theod. 6, 27, 3 pr. *agentium in rebus* eximius labor, ut vim hanc legis excedamus, -serit. NOVELL. Valent. 33 l. 9 tantum ... *esurientium* macies et ... pereuntium pallor -sit, ut ... *naturalis* amoris *parentes* obliti *venderent suos*. ENNOD. carm. 1, 9, 8 doctior *ars* ... -sit certis metuenda poemata linguis (*cf.* epist. 7, 18, 1 p. 186, 21 sublimis vir ... haec a me ... -sit alloquia. VEN. FORT. carm. 2, 5, 1 -et hoc ... veniabile signum [*i. crux*] rusticulas laudes ... reddere). PALLAD. hist. mon. I 24, 3 p. 306B nihil ... eo ieiunio peius, quod -etur invito (*seq.* ex ... necessitate; *gr. p. 110, 22 B. ἀκούσιος πεῖνα*). *al.*

B *praevalente notione separandi, demovendi* *(cf. infra p. 2046, 80), fere i. q. per vim (v. e. g. l. 80. p. 2046, 61. 2047, 17. 26. 28. 32) efficere, ut is qui tenet, habet alqd. amittat (acced. praepp.*: ab *saepe.* ad *p. 2046, 80.* ex (manibus) *l. 82. p. 2046, 52. 54. iuxta ponitur*: auferre *p. 2046, 15.* demere *p. 2046, 62.* eripere *l. 82. p. 2046, 1. 10. 28* [*opp. p. 2046, 32*]. extrudere *p. 2047, 20.* exuere *p. 2047, 22.* rapere *p. 2046, 15.* trudere *p. 2047, 29*): *fere i. q. privare alqm. alqa. re, demere alci.*: a *iniquis modis rem, quam iure, merito alqs. possidet, quae competit alci.*: CIC. div. in Caec. 21 (*Verres defensorem se Siciliensibus obtulit*) cur eorum spem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis et in iudicii severitate positam, vi -ere conaris? leg. agr. 2, 19 *Rullus* quod populi semper proprium fuit, quod nemo imminuit ... (*i. ius suffragii*), id totum eripere vobis atque e manibus -ere conatus est (LIV. 25, 4, 4 Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano -isse). CAES. civ. 1, 9, 2 doluisse se, quod populi Romani beneficium sibi

per contumeliam ab inimicis -retur ereptoque ... imperio *eqs.* (LIV. 39, 39, 9 -eri sibi a consule et senatu). SALL. Catil. 39, 4 *Catilinariis* defessis ... qui plus posset (*i. Pompeius*), imperium atque libertatem -ret ([eriperet *l. v.*]. AVG. civ. 3, 21 p. 133, 24 D.). LIV. 2, 1, 3 *Brutus* pessimo publico ... facturus fuerit, si ... priorum (*sc. bonorum*) regum alicui regnum -isset (*cf. per compar.*: PS. SEN. extr. voc. 197 qui sibi persuasit aequo animo pati quicquid evenerit, fortunae regnum [*Wölfflin*; fortunam regum *cod.*] -sit). 5, 5, 4 (*ironice*) *militibus* boni tribuni plebis ... stipendium -ere voluerunt. 5, 11, 3 eripi *plebi* sacratas leges, -eri tribuniciam potestatem (*sc. fraude patriciorum*). VELL. 2, 69, 3 M. Brutus C. Antonio ... Vatinioque ... legiones -serat. VAL. MAX. 8, 9, 3 *divus Iulius dixit* in accusatione Cn. Dolabellae ... -eri sibi causam optimam L. Cottae patrocinio. PLIN. paneg. 57, 2 fuit *imperator* ... qui ... consulatum, quem dederat ipse, magna ex parte iam gestum -ret et raperet (*seq.* auferant. *aliter p. 2042, 64*). PANEG. 5, 14, 2 p. 199, 24 quanto est durius -eri quod proprium fuerit quam non acquirere quod fuerit alienum, tanto *eqs.* AMM. 16, 12, 14 militis ... -tam sibi victoriam (*i. occasionem vincendi*), ut putabit (-vit *cod.*) ... graviter toleraturi (*v. app. cr.*). HEGES. 3, 18, 1 p. 220, 10 sors victi dignitatem *ducis* -serat ([*gr. aliter*]. *cf.* SIDON. epist. 1, 7, 4 praefecturae nuper -tae dignitatem). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 7 p. 369 vel paludes salis ... eis concedo: ut nihil -atur ab his (*i. Israelitis*) a modo in posterum (*gr. 13, 128 οὐδὲν παραβιασθήσεται τούτων*). *al.*

b *iuste et aeque (hic illic per ipsam vim legis, e. g. l. 33. 35. 41 sqq.) demere alci., quod possidere ei non licet (de armis v. p. 2040, 34 sqq.)*: CIC. Cluent. 78 ut ... *suppressa* pecunia Staieno (*P*, ab *add. cett.*) -ta atque erepta sit. prov. 13 *Pisoni et Gabinio* iis ipsis praemiis -tis, quae erant pro scelere atque eversione patriae consecuti (*i. imperia provinciarum*). Phil. 13, 30 *Macedoniam provinciam* fratri tuo (*i. C. Antonio*) ... -simus (*qui ea potitus erat*). LIV. 33, 47, 3 ii quos paverat per aliquot annos publicus peculatus, velut bonis ereptis (*ab Hannibale*) non furtorum manubiis (*Madvig*, manibus *trad.*) -tis ... irati *eqs.* QVINT. decl. 245 p. 5, 20 *debitor* eo tempore negavit *penes se adesse debitum*, quo illi -eri non posset vel confitenti *depositum adesse*. SVET. Tib. 3, 2 *Drusum* retulisse aurum Senonibus olim ... datum, nec, ut fama est, -tum a Camillo (*sim. de rapto reddendo*: TERT. anim. 34, 5 p. 360, 1 Menelaus ... *Helenam* repetit ereptam, decenni proelio -et. DICT. 2, 21 p. 31, 11). VLP. dig. 3, 6, 5 pr. turpia lucra heredibus quoque -eri (42, 8, 6, 11. 42, 8, 10, 24 lucrum *ex fraude. al.*). 48, 10, 4 si quis, cum falso sibi legatum adscribi curasset, decesserit, id heredi quoque -endum est. ANTHIAN. dig. 2, 14, 62 semel adquisitam fideiussori pacti exceptionem ... ei invito -eri non posse. PAVL. dig. 42, 1, 19, 1 nec totum quod habet (*sc. debitor*) -endum ei puto, sed et ipsius ratio habenda est, ne egeat (50, 17, 173 pr.).

2 *fere i. q. extrudere, expellere, evellere*: a *ex animo hominis*: α *id quod alqs. intellexit, persuasum habet (argumenta, cogitationes sim.) menti eripere, praecipue argumentando (quasi de armis adversario excutiendis infra l. 52. 54)*: CIC. Cluent. 6 si eam (*i. iudicum opinionem*) ratio convellet, si oratio labefactabit, si denique veritas -bit, ... eam ... remittatis. 52 ut quidquid (*cf. adn. cr.*) ego apprehenderam *argumentorum*, statim accusator -bat e manibus. Phil. 6, 16. de orat. 2, 109 definitio ... reprehenso verbo uno aut addito ... saepe -etur e manibus (*sc. oratori causam dicenti*). orat. 160 loquebar sic, ut pulcros ... triumpos ... dicerem, ... sero convicio aurium cum -ta mihi esset veritas (*i. recta pronuntiatio*), usum loquendi populo concessi. Tusc. 3, 35 qui ⟨quod⟩ a (*add. Freyder*; quia *trad.*) natura datum est, auxilium -as inveterati doloris (*i. argumentando eripis*). LEP. Cic. epist. 10, 35, 1 nisi mihi fortuna proprium consilium (*i. propositum*) -isset (*cf.* SEN. epist. 67, 10 constantia quae deici loco non potest et propositum nulla vi -ente dimittit). HOR. epist. 2, 2, 139 sic -ta voluptas (*sc. orta ex rebus per insaniam visis*) et demptus per vim mentis gratissimus error. QVINT. inst. 10, 1, 17 in lectione certius iudicium, quod audienti frequenter ... ille laudantium clamor -et. decl. 273 p. 117, 24 hoc (*i. argumentum*) quo pertinet? non ut -am vobis, iudices, religionem, sed ut *eqs.* (*ad rem v. vol. VI 1, 679, 43*). PLIN. epist. 3, 9, 16 *patronus cum* -ta defensioni suae cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. TERT. resurr. 39 p. 82, 21 nationes praeconium resurrectionis *corporalis* ... concussit et ... incredulitas rei tantae quaestionibus fidem -ere (*P*; torquere *MF*, *Gelenius*) coepit ([*seq.* fidem huius spei corroborare]. PRVD. perist. 5, 60 servi *Christi* ... et testes sumus, -e *carnifex*, si potes, fidem. COD. Theod. 16, 6, 4, 2 fidem ... -ere ab invitis; *opp.* tueri). AVG. c. acad. 3, 5, 11 p. 53, 24 hoc (*i. argumentum, dogma sim.*) ... nunc ista conclusione sibi -tum. in euang. Ioh. 18, 2 p. 1537in. regulam ... nullis ... argumentis ... cordi vestro. *al.*

nota: acced. not. locali: fere i. q. amovere a proposito: FLOR. epit. 2, 6, 57 *Scipio* Carthaginis portas obsidione quatiebat. sic factum ut inhaerentem atque incubantem Italiae -ret Hannibalem (*sc. in Africam*). TERT. orat. 25 p. 197, 25 *quasi lex* (*opp.* sine ullius observationis praecepto) ad tale munus (*i. orationem*) -at a negotiis interdum.

β *quod inest (proprium est) animo (affectus, virtutes, indoles sim.)*: CIC. Lig. 16 qua *voce* qui apud te, C. Caesar, utetur (*i. scelus denuntiaturus*), suam citius abiciet humanitatem quam -bit tuam. MAT. Cic. epist. 11, 28, 3 servis semper libera fuerunt, ⟨ut⟩ (*add. Baiter*)

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

timerent, gauderent, dolerent suo ... arbitrio; quae nunc ... *interfectores Caesaris*, 'libertatis auctores', metu nobis -ere conantur. PVBLIL. A 18 amor -eri non pote (potest *codd.*), elabi potest (Ps. QVINT. decl. 15, 8 pr. 284, 4 haustus brevis [*i. odii potio*] ...-et [*sc. amorem. aliter p. 2043, 48*]). HOR. epist. 2, 2, 57 *anni* eripuere iocos, venerem, convivia ..., tendunt -ere poemata (*i. studium scribendi*). SEN. clem. 1, 1, 3 contumacia ... tranquillissimis ... pectoribus patientiam -sit. PORPH. Hor. carm. 3, 21, 13 p. 122, 28 ebrietas ... -et plerumque animi gravitatem (AMBR. Abr. 1, 6, 57 p. 539, 23 sensum -et). HEGES. 3, 18, 1 p. 220, 9 *Iosephus* illius inflectebat iram; ... unicuique inrationabilem -bat furorem ([*gr. aliter*]. *cf.* ENNOD. epist. 7, 31, 2 p. 197, 21 iram). HIER. c. Ioh. 2 p. 357[A] superfluum sit ... -ere silentium (*i. ne taceat in convicio haereseos Christicnus. aliter p. 2044, 66*).

b *homini vitam, spiritum (cf. p. 2041, 32), vires sim. (per imag. de lapide vivo infra l. 22)*: animam: TERT. apol. 30, 7 praesides, -ete animam deo supplicantem. anim. 57, 3 p. 392, 1 eas ... animas ... quas per vim et iniuriam saevus et immaturus finis -sit. MACR. somn. 1, 13, 9 *anima* etsi ante fuit his sordibus (*i. affectibus*) pura, hoc ipso ..., quo⟨d⟩ (*Eyssenhardt*) erit -ta, sordescit (*antea*: de corpore violenter extrudit). 1, 13, 10 -tae animae diu circa corpus ... pervagantur. animos (*cf. l. 14 sq.*): AETNA 405 *lapidem molarem* multis circum inice flammis et patere--ere animos (*i. vires*) atque exue robur (*seq.* cogitur. *cf. Hermes 80, 1952, 379*). LACT. inst. 5, 1, 7 *peccatores* innocentium cruore maculantur et dicatas deo mentes evisceratis corporibus -ent. spiritum: CE 1604, 20 (*cf. Watson, Style and lang. of Cypr. p. 286 adn. 2*) *Ennia* carminibus defixa iacuit ..., ut eius spiritus vi -retur quam naturae redderetur. CLAVD. DON. Aen. 4, 695 p. 421, 9 difficilis mors est, cum non consensu naturae spiritus redditur, sed -etur violenter et truditur. AVELL. p. 18, 16 *Florentius episcopus* ita palpitans torquebatur, ut cum ... magnis cruciatibus eidem spiritus -retur. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 63 naturalis dolor -et const⟨an⟩tiae vires. vitam: LVCR. 6, 1224 -bat ... vitam vis morbida membris. AMBR. hex. 6, 8, 48 p. 239, 3 qui interficiunt opus dei (*i. hominem*), ... qui vitam ... -ent. AVG. epist. 134, 4 p. 88, 5 ministro ecclesiae occiso -serunt spatium vivendi. MACR. somn. 1, 13, 13 cum -etur vita corpori adhuc idoneo ad continuationem ferendi. OROS. hist. 1, 20, 6 *tyrannorum* innocentum vitas poenis -entium. 2, 17, 16 veneno sibi (*cf.* GREG. TVR. Franc. 8, 29 p. 391, 16). POMER. 3, 9, 2 p. 487[C] germano suo ... per scelus. *al.*

C ***praevalente notione detorquendi,*** *fere i. q. depravare (cf. l. 55. p. 2040, 69 sqq. acced.* in *l. 42)*: ARNOB. nat. 2, 65 p. 100, 12 quid est ... tam iniustum quam repugnantibus, quam invitis -ere in contrarium voluntates, inculcare quod nolint *eqs.* CONC.[S] I 5 p. 149, 15 audiens *haereticus* naturalem factam esse adunationem ... -ere conatur vim sententiarum, ut parum recte positae credantur (*gr. I 1, 6 p. 119, 20 περιτρέπειν ... τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν. cf. syn. Conc.[S] I 5 p. 260, 38* destruere ... virtutem dictorum).

intransitive: **extorquet** (extorcet *trad.*): *i. q. a recto deflectit, declinat* (*cf.* detorquere *vol. V 1, 819, 81*): GROM. p. 359, 18 maritimus limes frequentius solet recte studiri (*?*, statui *Rigaltius; sc. in modum lineae rectae*), quod interpretatur non -et. p. 359, 20 Gallicus *limes* ... frequentius corrumpet (*i. rumpitur*), -et et saltum (*i. flexum*) dat (*i. secundum locorum naturam curvatur*).

p. p. p. pro adi. **extortus,** -a, -um. *pro subst. l. 68.* **1** *fere i. q. pravus, distortus* (*cf. p. 2040, 69 sqq.*): **a** *de membris hominis*: PLAVT. Cist. 408 *puellae* cum -is talis, cum todillis crusculis (*v. app. cr. p. 2024, 34*). IVV. 8, 33 vocamus ... pravam (parv- *l. v.*) -amque puellam 'Europen'. PALLAD. hist. mon. II 18 p. 376[C] ut quando spuere voluisset puer, super dorsum suum spueret; ita erat -us (*gr. p. 132, 5 B. ἐκστραφείς. cf. I 31, 4 p. 317[B]* eum distorserat daemon). **b** *translate de sententiis sim. tam pravis, ut stare non possint* (*cf. l. 68 sq. vis adiectivi per adverbium accedens augetur l. 63. 67*): IREN. 2, 24, 2 p. 368 manifesta est *gnosticorum* de reliquis impudenter -a supputatio. 5, 13, 5 malignas et -as cogentur *haeretici* omnium dictorum facere expositiones ad transvertendam ... sententiam dictorum (RVFIN. Orig. in num. 27, 13 p. 279, 20 B. ne ... expositio ... ignorantibus linguae proprietatem affectata videatur et violenter -a). *n. pro subst.*: IREN. 2, 24, 1 apertissime ... instabilitatem scientiae eorum (*i. gnosticorum*) et -um demonstrat.

2 *fere i. q. reluctans, non spontaneus, coactus* (*v. p. 2041, 52. 2044, 45*): Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 6 p. 662[B] si nos viderit *dominus noster* ... debitum sibi officium invito atque -o animo, etiam cum quodam exhibere fastidio, *irascetur*.

deriv.: extortio, extortor. *Kornhardt.*

extorreo, -uī, -ēre. *ab* ex *et* torrere. NOT. Tir. 92, 28 ex *post* torret, *ante* con, de. GLOSS. *ἀποξηραίνω. ἀποφρύγω.* [*e coni.*: COLVM. 10, 154 *v. p. 1439, 24.*] *i. q. valde torrere, siccare* (*intrans. et trans.*): CELS. 3, 7, 2[A] si ... ardens febris -et *eqs.* OROS. hist. 4, 4, 4 flamma ... hiatu terrae eructata ... quinque agri iugera ... in cinerem -uit. 5, 10, 11 mare in tantum efferbuit, ut ... tabulata navium liquefactis ceris -uerit (*i. torrendo solverit*). *K.*

***extorris,** -e. *ab* ex *et* terra. *de etymologia: cf. l. 84 sq. p. 2048, 19 sqq. nota falsas explicationes infra p. 2048, 23. 30. 31. de scriptura*: CASSIOD. gramm. VII 204, 3 (*ex Caesellio*) -em ... sine s: ex terra enim eiectum significat. *scribitur*: excorr-: EDICT. imp. Diocl. I 18 (*Aeg.*). exorr-: CYPR. epist. 13, 4 p. 507, 2 (*R[1]*). extor-: FLOR. epit. 3, 13, 2 (*R*, exteris *W*). CANON. Turner II 2 p. 183 l. 94 rec. IV (*Y*). GLOSS.[L] V Aa E 1064. *al.* extors-: CYPR. epist. 38, 1 p. 580, 10 (*C*). COD. Theod. 16, 2, 27 pr. (*W*). exturr-: OROS. hist. 2, 14, 6 (o *ex* u *corr. L*).

de formis: **extorrēns** (*forma vulgaris, quae occurrit pro var. lect. [praeter l. 11. 12]. cf. Hartel, praef. Cypr. p. XLVIII sqq.*): -ens: CYPR. epist. 13, 4 p. 507, 2. 38, 1 p. 580, 6 CALDON. Cypr. epist. 24 p. 537, 9. CANON. Turner II 2 p. 183 l. 93 rec. III (-turrens *F*, -turres *R*). l. 94 rec. IV (-es *pars codd., cf. l. 3*). SYNON. Cic. p. 423, 32 B. GLOSS. IV 69, 5 (*v. et* GLOSS.[L] V Aa E 1059 [*adn. cr.*]). -ent⟨em⟩ (*?*): CYPR. epist. 52, 1 p. 616, 16 -em (-en, -ent *vv. ll.*). -entes: CELERIN. Cypr. epist. 21, 2 p. 531, 5 CALDON. Cypr. epist. 24 p. 536, 13. 537, 4. *cf. et pro nom. pl.*: CYPR. epist. 55, 13 p. 633, 11 (-ens, et torres *vv. ll.*). COD. Theod. 16, 2, 27 pr. (-ens *l. v.*). 16, 5, 31 (-ens *l. v.*). -entibus: CALDON. Cypr. epist. 42 p. 590, 5. 7. *v. et p. 2049, 36. non leguntur dat. sg., gen. pl., nom. et acc. n. pl.*

de notione: NON. p. 14, 20 -is dicitur extra terram vel extra terminos. SERV. Aen. 4, 616 'finibus -is' extra suas terras remotus. SCHOL. Stat. Theb. 9, 578 *v. p. 2027, 57.* SYNON. Cic. p. 423, 32 B. exul. -ens. exterminatus. relegatus. deportatus. ISID. orig. 10, 85 *v. p. 2027, 59.* 10, 86 extorris, extra terram, aut extra terminos suos quia exterretur (*v. p. 2047, 83*). DIFF. ed. Beck p. 78, 37 exul pro delicto patria expellitur; -is est, qui poena magna extra terras agitur. *v. et p. 2047, 84.* GLOSS.[L] II Abav. EX 125 -em extra terras proprias expulsum. V Aa E 1059 -em exul⟨em⟩, id est extraneum. 1060 -is exiliatus, id est exul. 1061 -es expulsi patriae, id est ex terris. 1062 *v. p. 2050, 20.* 1063 -is exul emissus, seu peregrinus. Abba EX 89 -is exterminatus. GLOSS. -is alienus extraneus a re qualibet; nam torris est immunis (*v. p. 2047, 83*) et exors, quasi proiectus. -es exules de patria. -is extra proprium torum (*v. p. 2047, 83*). *al.* GLOSS.[L] II Philox. EX 205 -i⟨s⟩ *ἐξόριστος*. GLOSS. *ἐξώλης. cf. et gr. l. 61. p. 2049, 13. 16. 62. 80. 83. 2050, 2. 7. 28.*

de usu: c. abl. (v. p. 2051, 1) iungendum esse statuit ARVS. gramm. VII 472, 6 -is his. *m. pro subst.: e. g. l. 67. 76. p. 2049, 44. adnominatio bimembris: l. 60. legitur inde a* TITINIO, TVRPILIO, ACCIO, CIC. (*semel, p. 2049, 21*) *per totam latinitatem; adamatur a* LIV., CYPR.

[*vv. ll.*: STAT. Theb. 9, 578 (exsortem *N*). TERT. apol. 16, 2 (exterminatos *F*). praescr. 42 l. 23 (exteriores *LS*). Ps. TERT. adv. Iud. 13 l. 187 *v. p. 2049, 29.* CALDON. Cypr. epist. 42 p. 590, 5 (exhorrentibus *T φ*). CANON. Turner II 2 p. 183 l. 94 rec. IV (exter *C. cf. supra l. 3*). Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 9 p. 660[C] (exsortem *pars codd.*). *e coni. (in loco mutilo)*: GRAN. LIC. p. 35, 1 (*Maurenbrecher, Sall. hist. prol. 16*). *falso trad.*: LEX Visig. 5, 1, 4 (-es *E[2] al., recte* exteri *R 1, 3*). *v. et p. 1282, 75.*]

I ***de animantibus*** (*fere hominibus; de anima: p. 2050, 34. 35. Christo: p. 2050, 60 sqq. deis: p. 2049, 43. Enthymesi: p. 2050, 2. nomine: p. 2049, 46. sensu: p. 2050, 57. spiritu sancto: p. 2050, 61 sqq.*): **A** *qui expulsus, exclusus, privatus est, cf.* exul: **1** *spectat ad patriam, sedem, domum sim.*: **a** *de iis, qui in exilium missi sunt*: *α auctoritate publica*: ACC. trag. 333 per terras vagus, -is, regno exturbatus. LVCR. 3, 48 -es ... patria longeque fugati conspectu ex hominum, foedati crimine turpi, omnibus aerumnis adfecti (LIV. 39, 36, 15 [*antea*: exsules]. *v. et l. 83. p. 2049, 4. 38 sqq. 54. 2050, 8. aliter l. 57*). LIV. 2, 6, 2 -em, egentem ... perire. 2, 6, 7 nos -es expulit patria (*cf. l. 54*). 5, 30, 6 ne exulem, -em populum Romanum ab solo patrio ac diis penatibus ... agerent (*sic copulative iuncto* exul: GELL. 2, 12, 1 is domo, patria fortunis ... careto, exul -isque esto [*Aristot. rep. Ath. 8 ἄτιμον εἶναι καὶ τῆς πόλεως μὴ μετέχειν*]. FIRM. math. 1, 7, 11 -em atque exulem ... decreta fecerunt. DRAC. Romul. 5, 218 *Camillus* exul et -is meruit de clade triumphum. *v. et p. 2049, 26. 64. 2050, 52. cf. l. 64. p. 2049, 13. 76*). SIL. 7, 558 cum pulsus lare et -is Capitolia ... intrares (*sc. Camillus*) exul. STAT. Theb. 12, 262 *Polynicen* -em regni (*l. v.* regnis. *v. p. 2049, 42. 49. 2050, 4*) belloque fugatum. TAC. ann. 1, 53, 2 Iuliam -em (*postea*: exilii). 4, 13, 3 inter -is (*v. l. 36*). 16, 29, 2 Montanum ... -em agi. APVL. met. 7, 6 hunc ... proiecit -em saeviens invidia. COD. Theod. 16, 5, 31 *auctores Eunomianorum* e civitatibus pellantur -es ([*v. l. 16*]. 16, 5, 32 de civitatibus pellantur -es et humanis coetibus segregentur). *specialiter de christianis (non semper liquet, utrum eiusmodi exilio affecti sint an sua sponte se subtraxerint)*: CYPR. epist. 10, 1 p. 490, 7 poena ... quae confessores Christi fecit -es. 13, 4 p. 507, 2 patriam unde -is factus est. 19, 2 p. 526, 10 -es facti et patria pulsi ac bonis suis omnibus spoliati (25 p. 538, 11). 20, 2 p. 527, 18 epistulae ..., in quibus ... nec -bus ... obiurgatio ... defuit (*sic pro subst.* [*v. l. 36*]: CALDON. Cypr. epist. 42 p. 590, 5. 7 [*v. l. 17*]). 38, 1 p. 580, 10 (*postea*: exilium). 55, 13 p. 633, 11 -es et profugi recedebant. CELERIN. Cypr. epist. 21, 2 p. 531, 5 facti -entes (*v. l. 13.*) *al.* LVCIF. non parc. 22 p. 256, 17 quos ... patrimonio privas, facis -es, torques, interficis. AMBROSIAST. in II Thess. 1, 6-9 p. 455[B] qui ... bonos ... -es faciunt persecutionibus. RVFIN. hist. 9, 8, 14 quosque ... -es patria (*v. supra l. 54*) et domo (*v. p. 2049, 37*) egerant. VINCENT. LER. 4, 6 acti in exilium sacerdotes, oppleta sanctis ergastula ..., quo-

[van Nes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum pars maxima, interdictis urbibus protrusi atque -es *eqs.* Leo M. epist. 160, 1 p. 1141C propriis sedibus ... -em aut patriis expulsum finibus (*v. l. 47*). 164, 5 p. 1152B quos ... malignitas habitationibus propriis fecit -es (*v. l. 61*). Pomer. 3, 15, 3 p. 497C patriae (*v. p. 2048, 54*) suae -es fieri.

β auctoritate patris, sacerdotis (cf. p. 2050, 32), dei: Liv. 7, 4, 4 crimini ... *patri* tribunus ... dabat, quod filium ... -em urbe, domo (*v. infra l. 37*), penatibus, foro, luce, congressu aequalium prohibitum, in opus servile ... dederit. 27, 37, 6 *infantem quadrimo parem* -em agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum (*sc. haruspices responderunt*). Fvlg. aet. mund. p. 160, 19 *deus* -es suo regno propulsat Hebreos. Rvfin. Greg. Naz. orat. 2, 12, 5 a ligno vitae et a paradisi cultu et a deo ... exsul agitur et -is effectus *eqs.* (*gr. p. 324C ἐξόριστος*). Consvlt. Zacch. 3, 5 p. 105, 21 donec a paradiso inoboedientia faceret -es, quos intra paradisum oboedientia tenuisset (Dionys. Exig. Conc.S IV 2 p. 200, 3 -is paradisi ... factus est [*gr. p. 189, 21 ἐξόριστον ἐποίησε ... τοῦ παραδείσου*]).

b *de iis qui qualibet alia necessitudine coacti solum patrium reliquerunt* (*subauditur exheredatio l. 25. 53, cf. etiam p. 2050, 20*): *α absolute*: Tvrpil. com. 96 neque durare possum: ita huius inscientia ac dementia -em facit. Cic. Verr. II 3, 120 patres familias -es profugerunt. Liv. 31, 29, 11 elato et -i eiecto ... *Campano* populo. 37, 53, 21 *Massinissa* -is, expulsus (*opp.*: in patrium ... regnum restituistis). 38, 17, 16 -es inopia agrorum profecti domo. Val. Fl. 4, 427 *Phineum* -em. Ps. Qvint. decl. 1, 13 p. 14, 27 ut ... -em et inopem *filium* summoveret pater. Tac. hist. 5, 24, 2 exulem *Civilem* ... et -em (*v. p. 2048, 58*). Tert. anim. 30, 2 p. 349, 21 Aborigines vel vagi vel -es vel gloriosi. adv. Marc. 3, 23 p. 418, 22 (= Ps. Tert. adv. Iud. 13 l. 187) dispersio gentis *Iudaeorum*, quae iam -is (exstitit res *Ps. Tert.* [*pars codd.*]). Ivst. 14, 4, 14 ut inopes -esque ... in hoc castrensi exilio agatis. 32, 3, 6 pars *Gallorum* in Thraciam -es fugerant. Avien. orb. terr. 651 per celeres *Diomedem* -em traxit *Dione* Hiberos. Amm. 31, 4, 4 plebem -em. Serv. auct. Aen. 1, 2 eum qui genus a periuris duceret, fato -em et profugum esse debere. Oros. hist. 2, 14, 6. 4, 5, 5 -es dominos procul abigunt, qui miseri, exules egentesque Romam deferuntur.

β c. additam.: Titin. com. 76 quam ego ... -em (-am *L*1) ... domo faciam (Paneg. 4, 33, 7 Amm. 31, 8, 8. *v. etiam l. 8. 38. 71. p. 2048, 83*). Sall. Iug. 14, 11 *me* -em patria domo (*v. l. 37*), inopem et coopertum miseriis effecit (Liv. 9, 34, 3 vi atque iniuriis compulsi, -es patria sacrum montem cepistis. 35, 19, 4 hoc me ... patria mea expulit; hoc patria -em in tuam regiam adduxit. Stat. Theb. 11, 167 -em patria regnoque [*v. p. 2048, 65. de Adrasto extra patriam bella suscipere coacto*]. Prvd. c. Symm. 2, 537 divum degener ordo et patria -is. Novell. Valent. 12 pr. spoliatis egentibus et -bus patria [patriae *l. v.*; *v. p. 2048, 36*]. *al.*). Verg. Aen. 4, 616 finibus -is *Aeneas* (*v. p. 2048, 20 ad l.*). Liv. 26, 41, 19 -e hinc (*sc. Hispania*) omne Punicum nomen maria terrasque foeda fuga impleturum. 32, 13, 14 sedibus suis -e agmen (Tac. ann. 6, 36, 3 sedibus. Optat. 2, 17 p. 51, 11 de sedibus suis multos fecistis -es. *v. etiam l. 2*). 42, 50, 8 *Perseus* nudatus ... opibus -isque regno (44, 19, 12 Ptolemeum et Cleopatram. 45, 4, 3; *seq.* in parvam insulam compulsus. *v. et p. 2048, 66*). Stat. Theb. 9, 578 -em nemorum (*l. v.* nemoris) Dryadumque a plebe fugatam *Atalantam* (*v. p. 2048, 21*). Ps. Qvint. decl. 9, 12 p. 178, 12 paternis laribus -em et ... victus inopem (Apvl. met. 5, 9 -es et lare et ipsa patria [*v. p. 2048, 54*] ... longe parentum velut exulantes. Amm. 14, 1, 4 acti ... laribus suis -es. 31, 12, 8). Svet. Aug. 12 *Nursinos* -es oppido egit. Flor. epit. 3, 13, 2 ne populus ... -is aris ac focis ageret (*syn. 3, 14, 3* laribus ac focis suis exularet). Tert. apol. 16, 2 Iudaeos ... Aegypto ... -es (*v. p. 2048, 40*). 21, 5 dispersi, palabundi, et soli et caeli sui -es vagantur *Iudaei*. Amm. 29, 6, 4 regionum suarum ... -es. 31, 6, 8 aedium ducebantur -es. Heges. 1, 25, 1 p. 39, 6 -em se factum habitationis paternae (*v. supra l. 3; gr. 1, 196 ὡς ... αὐτὸν ... πάσης ἀπελαύνοιεν τῆς πατρίου γῆς*). Rvfin. Orig. in Rom. 7, 13 p. 1139A *Iudaei* vagantur ab ea (*sc. terra repromissionis*) exsules et -es (*v. p. 2048, 58*). Basil. hom. RevBén. 57, 1947 p. 70, 14 fratribus et propinquis -is effectus es (*aliter gr.*; *ad Vulg. psalm. 68, 9* extraneus ... fratribus meis et peregrinus filiis matris meae). *hyperbolice*: Sall. hist. frg. 2, 14 orbe terrarum -es (*proscriptos populares, quibus iure civis Romani interdictum sit, sic appellari putat Kritz*). Paneg. 2, 31, 1 *Maximum usurpatorem* orbis -em patriaeque fugitivum. *in imag.* (*cf. p. 2050, 43*): Optat. 1, 12 p. 14, 15 haereticos a domo (*v. l. 37*) veritatis ... -es (*antea*: veritatis exules).

2 *spectat ad societatem*: **a** *e qua quis expulsus est* (*apud Christianos: fere i. q. excommunicatus; aliter l. 77. p. 2050, 2*): Cypr. epist. 52, 1 p. 616, 16 *Euaristum de episcopo* cathedrae (*v. p. 2050, 24*) et plebis -em et de ecclesia ... exulem. Paneg. 3, 19, 4 spadones ..., quos quasi a consortio humani generis -es ab utroque sexu aut naturae origo aut cladis corporis separavit. Canon. Turner II 2 p. 183 l. 93 rec. III erit non solum incommunicatus, verum etiam ab ecclesia habeatur -ens (l. 94 rec. IV [*v. p. 2048, 43*]; *gr. Mansi 2 p. 1099 κεχωρισμένον τῆς ἐκκλησίας*. Avell. p. 327, 11 [= Cod. Iust. 1, 1, 8, 34]). Rvstic. Conc.S I 4 p. 243, 12 omni ecclesiastica communione ... factus -is (*gr. I 1, 3 p. 27, 27 ἐκβεβλημένος*). Vran. epist. 2 p. 861A a communione sacri mysterii -es esse praeceperat. *ap. Gnosticos de expulsione Enthymeseos, sc. extra Pleroma relegatae*: Tert. adv. Val. 11 p. 189, 14 post Enthymesin -em (*gr. Iren. 1, 2, 5 μετὰ ... τὸ ἀφορισθῆναι ταύτην, syn. 10 p. 189, 8* relegatam ... et extra eum factam). **b** *ad quam quis non admissus est*: Tract. Pelag. p. 84med. caelesti regni ... -es (*v. p. 2048, 66*). Rvstic. Conc.S I 4 p. 128, 24 quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis -is sit (*gr. I 1, 7 p. 158, 13 ἑορτῆς ἔξω*). Petr. Chrys. serm. 13 p. 227A *se* coelesti contubernio reddidit et fecit -em. Pomer. 3, 12, 3 p. 492B patriae caelestis -em (*v. p. 2048, 54*).

3 *spectat ad possessionem, participationem*: **a** *qua quis spoliatus est*: Potam. tract. 1 p. 1414B diabolus *eos* ... de omnibus (*sc. bonis paradisi*) ... fecit -es. Salv. gub. 5, 44 p. 116, 11 -es non facultatis tantum, sed etiam condicionis suae atque exsulantes non a rebus tantum suis *eqs.* **b** *qua quis exclusus, prohibitus est*: *α generatim*: Bachiar. repar. laps. 12 p. 1048B misericordiae (medicinae *l. v.*) coelestis -is. Cod. Theod. 16, 2, 27 pr. -es sint ab omnibus quibus inhiaverant bonis (Cassian. conl. 21, 9, 1 p. 582, 2 boni. Salv. eccl. 2, 72 p. 267, 14 bonorum *caelestium* [*seq.* in exilium ... agi]). Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 9 p. 660C -em ... reconciliationis (*v. p. 2048, 44*). *β speciatim: fere i. q. exheredatus* (Gloss.L V Aa E 1062 -em exheredatum alienum. *cf. p. 2049, 19*): Ambr. virg. 1, 11, 63 legitimae factam successionis -em. Cassian. inst. 5, 38, 1 p. 110, 13 facultatibus paternis ... -is.

4 *spectat ad officium, a quo quis remotus est* (*v. et p. 2049, 75*): Cod. Theod. 9, 3, 6 (= Iust. 9, 4, 5, 1) iudicem ... -em ... fortuna. Leo M. epist. 103 p. 992A episcopali eum dignitate nudavit et ab omni sacerdotali opere fecit -em. Rvstic. Conc.S I 4 p. 37, 15 ab omni ecclesiastico ministerio -es (*gr. I 1, 5 p. 122, 28 λειτουργίας ἀλλότριοι. syn.* depositos, ab episcopatu alienos).

B *praevalet not. status extra morandi: spectat ad*: **1** *terram, locum sim.*: Albinov. carm. frg. 2 notis -es finibus orbis. Gratt. 447 (*vox sacerdotis adire sacra prohibentis*) procul hinc -bus ire edico *scelestis*. Stat. Theb. 9, 216 -em ne ... laeseris umbram (*sc. Tydeos patria sepultura carentis*). Tert. anim. 25, 2 p. 340, 26 animam extraneam ... et -em uteri. 56, 8 p. 391, 2 *animae* -es inferum (*seq.*: inferis exulant).

2 *societatem*: Avg. in psalm. 58 serm. 1, 14 p. 702in. animam tam inversam, tam -em a societate generis humani et a participatione communis sanguinis ex Adam.

3 *fidem, gratiam, veritatem sim.* (*nota*: a Christo *l. 55*. a deo patre *l. 63*): *fere i. q. remotus, alienus ab alqa. re*: Tert. praescr. 42 l. 23 nec ecclesias habent, sine matre, sine sede, orbi fide, -es quasi veritate (*Kroymann, v. app. cr.*) vagantur (Theod. Mops. in Gal. 4, 16 a veritate -es. *cf. p. 2049, 71*). Gavdent. serm. 6, 9 G. increduli adversantes deo et a luce divinitatis eius -es (*syn. 6, 7* a deo, qui lux est, alieni). Hier. epist. 21, 28, 3 longe a gratia spiritus sancti, a consilio patris -is (Avg. serm. 160, 2 p. 873med. ab euangelica gratia -es facti sunt *Iudaei*. 160, 7 p. 877in. Iudaei ab hac gratia -es, alieni. fugitivi. Petr. Chrys. serm. 10 p. 218B quatenus ... nullus a dei gratia, nullus a regeneratione divina relinquatur -is). Rvfin. Orig. in num. 17, 6 quid ... evenire aliud possit eis qui maledicunt sapientiae, ... veritati, ... vitae, nisi ut ab iis omnibus bonis -es et exules iaceant (*v. p. 2048, 58*). Epist. pontif. 364 Migne 20, 777B christianae religionis -is. Leo M. epist. 124, 8 p. 1067B haeresibus, quae ... a corpore sunt catholicae unitatis abscissae, quaeque ideo -es a Christo esse meruerunt. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 23, 20 pravum ... et a fide catholica alienum ac satis -em sensum (p. 28, 36 alienus et -is ab ecclesiastica fide [*opp.* fidei rectae coniungitur]). Petr. Chrys. serm. 162 p. 627A paradisi exsul ... hereditatis exsors ... -is a vita. Vigil. Thaps. c. Eutych. 3, 2 p. 111D filium ... paternae divinitatis -em esse naturae. Ps. Vigil. Thaps. trin. 11 p. 300B filium vel spiritum sanctum ab arcanis patris -em. 11 p. 300C inseparabilem confiteor trinitatem, nec -em filium, aut spiritum sanctum ... a deo patre dico (*opp.* semper in eo [*sc. deo*] fuit. p. 300D).

4 *virtutem sim.* (*paulo aliter*: consolationis *l. 75*): *fere i. q. expers* (*in struct. c. praep. a accedit ad notionem separationis, alienationis [cf. l. 40]. vis imag. viget l. 69*): Edict. imp. Diocl. I 18 a sensu humanitatis -is (*v. p. 2048, 1*). Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 2, 2 eos intelligibilis Babylonius ... domesticae virtutis -es de statu paternae devotionis eliminans longinquae adfecit peregrinationis exsilio ([*v. l. 67*]. Avg. bon. coniug. 23, 30 p. 225, 18 contra praecepta dei faciunt et ob hoc -es sunt a virtute oboedientiae). Petr. Chrys. serm. 29 p. 282C aurum patriarcharum stirpem ... totius reddidit pietatis -em. 63 p. 377B *Christus* videbat *discipulos* ... fieri satis dubios, satis tristes, satis consolationis -es. Op. imperf. in Matth. 42 p. 868in. mutuae caritatis -em.

5 *culpam: fere i. q. exceptus, liber*: Epist. pontif. 651 Thiel p. 387 ut ex hac culpa nullus paene episcoporum videatur -is.

II ***audacius de rebus***: **A** *de terra: fere i. q. anathematizatus*: Cypr. Gall. iud. 45 *Iudas* domitam tristi conpellat nomine terram (*sc. Sefetam*), esset ut -is et semper facta seorsa. **B** *de exilio: fere i. q. peregrinus, barbarus*: Petr. Chrys. serm. 150 p. 600B Aegypti triste loco, -e habitu, lingua ignotum, moribus barbarum procuratur exsilium (*v. adn. cr.*).

[van Nes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

structurae: pendent: casus: abl.: p. 2048, 54 et passim. gen. (inde a STAT.): *p. 2048, 66. 2049, 51 et passim. praep.*: ab: *p. 2049, 77 et passim.* de: *p. 2049, 48. 2050, 11.* ex: *p. 2050, 78. adv.*: hinc: *p. 2049, 46.* unde: *p. 2048, 74.*

iunct. verb. notabiliores: agere (abigere: *p. 2049, 34*): *p. 2048, 59. 68. 83. 2049, 55. 56.* ducere: *p. 2049, 60.* eicere: *p. 2049, 22.* facere (efficere: *p. 2049, 13. 39. 65*): *p. 2048, 62. 74. 75. 79. 80. 82. 2049, 4. 5. 14. 16. 21. 37. 48. 61. 82. 2050, 8. 12. 22. 27. 48.* fugere (profugere: *p. 2049, 21*): *p. 2049, 31.* pellere (expellere: *p. 2048, 57*): *p. 2048, 70.* proicere: *p. 2048, 68.* propulsare: *p. 2049, 11.* recedere: *p. 2048, 79.* reddere: *p. 2050, 8. 73.* vagari *p. 2049, 59. 63. 2050, 43.* *van Nes.*

extortio, -ōnis *f.* *ab* extorquere. *fere i. q. vis cogendi, iubendi (cf. p. 2044, 45. 2047, 72)*: HIER. in Matth. 8, 30 p. 54[A] *a daemonibus obsessi Christum dominum confitentur*: non voluntatis ista confessio est . . ., sed necessitatis (*gen. subi.*) -o, quae coëgit invitos (*cf. p. 2041, 49 sqq.*) velut si servi fugitivi . . . dominum suum videant.

extortor, -ōris *m.* *ab* extorquere. SCHOL. Ter. p. 63, 12 -r a verbo torqueo torsi; tortores et torsores utrumque dicitur, quod Priscianus declarat in secundo libro (*cf. Prisc. gramm. II 487, 12*). [*falso trad.*: APVL. Plat. 1, 5, *v. p. 2039, 38.*]

1 *fere is qui eripit alci. alqd. contra leges (v. p. 2041, 62. syn.*: ablator *l. 26.* tortor *l. 30, opp. l. 34. pendet enunt. in* ut *l. 29*): TER. Phorm. 374 (*vituperantur machinationes fraudulenti hominis*) bonorum -r (*affert Prisc. [v. l. 20] contra metrum*: bonorum contortor, legum distortor), legum contortor (SCHOL. Ter. p. 132, 25 bonorum -r ablator, legum contortor conturbator vel depravator). AVG. c. Gaud. 2, 8, 8 p. 264, 22 codicum . . . sanctorum (*i. scripturae sacrae*) non timidus traditor, ⟨sed⟩ (*ed. Froben, an potius* immo*?*; n̄ *cod. in rasura, falso*) ut traderentur, crudelis tortor et violentus -r et iussu vel manu extremus incensor.

2 *fere is qui sponte vitam sibi expellit (cf. p. 2047, 14)*: AVG. c. Gaud. 1, 27, 31 p. 229, 19 *Donatistae* isti suarum animarum -es et alienarum tortores (*sc. morte voluntaria martyrum coronas usurpare volunt*).

extortus, -a, -um *v.* extorqueo. *Kornhardt.*

***extrā (extrād)** *adv., praepos.* [*cf.* exter *et osc.* ehtrad, *hibern.* echtar, *cambr.* eithyr. *W.*] *cf. Stolz-Leumann[5] p. 220; Walde-Hofmann[3] p. 433; Lindsay-Nohl p. 672.* PRISC. gramm. III 28, 10 a praepositione 'abs' derivatum est adverbium 'absque', quomodo ab 'ex' '-a' (III 42, 7. *al. cf. Jeep, Redeteile p. 273*). PRISC. gramm. III 30, 3 quaedam . . . syncopam passa sunt, ut . . . 'infra' pro 'infera' et '-a' pro 'extera'; nam antiqui trisyllabe ea proferebant (*cf. Stolz-Leumann[5] p. 93 et 220*).

de mensura: MART. CAP. 3, 287 praepositiones, quae in a exeunt, solae productione laetantur, ut 'contra' '-a'. *corripitur* -a *in versu hexam.*: COMM. apol. 959 populus qui nunc est -a repos[i]tus. PAVL. NOL. carm. app. 3, 76 *deus* caelum terrasque . . . -a vel intra regis.

scribitur: estra: HIL. myst. 1, 41, 2 p. 29, 9. MEROB. pros. frg. II[A] 20 (x *suprascr.*). exstra: *v. l. 51. 52. litt. gr.*: PAP. Lips. 33 II (*s. IV*) *τὴν ἔξτρα ⟨ὁρδι⟩νε⟨μ⟩ κ⟨οϊ⟩νιτιόνεμ.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A *ἐξστρά· ἔξω. forma prisca*: S. C. de Bacch. (CIL I[2] 2, 581) 16 exstrad ([*cf. l. 49*]. 28. *v. Stolz-Leumann[5] p. 177*). NOT. Tir. 42, 81 -a naturam (42, 82 -a rerum naturam). 51, 57 -a.

de notione: CHAR. gramm. p. 243, 21 B. loci adverbia . . ., quae et in locum et in loco et e loco significant . . . velut . . . '-a'. PRISC. gramm. III 43, 19 *adverbio 'intra'* contrarium est *τὸ ἐκτός*, id est '-a'. GLOSS.[L] II Philox. EX 209 *ἐκτός* (GLOSS. exterius, extrinsecus, citra. -a ordinem *ἐκτὸς τῆς τάξεως*). GLOSS. *ἔξω* -a, foris, foras (*ἔξω τοῦ πράγματος* ab re, -a re). *χωρίς* separatim, -a, absque, sine, seorsum, citra. *v. et l. 51.*

in doctrina grammaticorum: CHAR. gramm. p. 245, 12 B. ex praepositionibus, quae mutato accentu in adverbia recidunt, haec: . . . -a, -a stat. PRISC. gramm. III 30, 26 quamvis secundum Graecorum rationem pleraeque inter adverbia poni debent, . . . infra, -a . . . tamen, quia et casualibus plerumque praeponuntur . . ., ab artium scriptoribus Latinarum inter praepositiones quoque sunt receptae (*al. cf.* 42, 16 nihil . . . mirum loco praepositionis '-a' accipi, cum 'ex' quoque in quibusdam dictionibus loco '-a' fungitur, ut 'exlex: qui -a leges est', 'exul: -a solum', 'exterminatus: -a terminos', 'expes: -a spem', 'exeo: -a eo'). 43, 22 '-a' casibus praeponitur, 'foris' . . . minime. PRISC. gramm. III 44, 1 derivatur ab '-a': 'extrinsecus' et . . . 'externus' et 'extraneus' (*al.*).

de usu: de compar. (exterius *v. p. 1993, 21.* extreme *v. p. 2008, 73.* extremo *v. p. 2008, 79.* extremum *v. p. 2009, 6*): *v. p. 1990, 22 sqq. 1996, 57. legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, S. C. de Bacch. *per totam latinitatem. ponitur in fine versus hexam.: octies*: LVCR. (*aliis versus pedibus septies*); *ter*: AETNA; *bis*: OV., PERS.; *semel*: CIRIS, HOR. (*aliis versus pedibus bis*), PETRON., STAT., IVV.; *numquam*: VERG. (*aliis versus pedibus ter*); *deest* MANIL., LVCAN. (*at v. p. 2052, 3*). *quotienscumque opponuntur* intra, intus, in *sim.*, -a *fere secundo loco ponitur, rarius ordine inverso.* [*francog. vet.* estre, *prov.* estra, *hisp. vet.* gestra, *It. mer.* avestra (*i.* ab extra, *cf. p. 2060, 37*). *Rohlfs.*]

[*var. lect.*: CIC. Att. 7, 14, 1 contra (CYPR. epist. 66, 2 p. 728, 2. 73, 14 p. 789, 4. *al.* HIER. epist. 15, 2, 1. 36, 15, 1. *al.*). CAES. Gall. 5, 44, 4 ex castris ([*α*, -a munitiones *β*]. BELL. Afr. 37, 2 VVLG. num. 5, 4). 7, 27, 2 intra ([*β*, -a *rell., falso*]. IVST. 3, 7, 2). SEN. contr. 10 praef. 9 ultra. SEN. Ag. 967 exiit. LVCAN. 6, 211 citra (QVINT. inst. 3, 8, 20. *v. et p. 2055, 49*). *e coni.*: LEX agr. (CIL I[2] 2, 585) 80 expra (*lapis*). ASCON. Mil. p. 44, 22 ex ordine (-a ordinem *Manutius*; *cf.* CIC. inv. 2, 58). PLIN. nat. 6, 33 dextra (*corr. Mayhoff*). *v. et p. 2055, 34. suppl.*: LEX repetund. (CIL I[2] 2, 583) 31. LEX agr. (CIL I[2] 2, 585) 1. 3. 6. *al.* LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 25. S. C. Frontin. aq. 108 SVLP. SEV. chron. 2, 47, 3. *del.*: VARRO ling. 6, 91 (*C. O. Müller*). LIV. 41, 27, 9 (intra *Perizonius*). BVC. Eins. 2, 20 (exta *Hagen*). TAC. hist. 4, 56, 3 (*Nipperdey*). *al. loci mutili*: FRONTO p. 204, 23 N. INSCR. NSc. 1918, 143. *v. et p. 2059, 53.*]

I ***adv.*:** **A** *generalia*: **1** *proprie: c. respectu loci certis finibus circumscripti*: **a** *quaeritur 'ubi?': i. q. foris (opp.*: in *c. abl.*: *e. g. l. 26.* interius: *infra l. 78.* intra: *e. g. l. 23. 54. p. 2053, 4.* intrinsecus: *p. 2053, 10.* intus: *e. g. l. 45. 58. 70. 73*): *α universe*: Ⓘ *de iis quae ultra terminum alio et separato loco constituta sunt*: CIC. Tim. 18 *in creatione mundi* nihil -a, quod cerni posset, relictum erat (*gr. p. 33[c] ἔξωθεν*). LVCR. 5, 361 nulla loci fit copia circum, quo quasi res possint discedere . . . neque -a qui locus est, quo dissiliant. AETNA 206 omnia . . . -a congeries operit saxorum. 303 existere causas sub terra similis harum, quas cernimus -a. OV. fast. 6, 191. trist. 5, 10, 17 nil -a tutum est. LIV. 36, 32, 8 quae intra Peloponnesi sunt terminos . . . tueri facile, . . . nuda . . . omnia, quae -a sint (*sic opp.*: CELS. 7, 15, 2. GELL. 12, 13, 20 citra quod est, id -a est; qui autem potest intra esse dici, quod -a est? APVL. apol. 15. *al.*). VITR. 5, 11, 3 in palaestra peristylia . . . *sunt* distributa; -a autem disponantur porticus tres. PAVL. FEST. p. 82 exesto: -a esto. PERS. 1, 113 sacer est locus, -a meite. PLIN. nat. 2, 211 in Crustumino natum faenum ibi noxium, -a salubre est (*sic opp.*: AVG. civ. 21, 2 p. 488, 15 D.). STAT. Theb. 4, 434 *post descriptionem silvae*: -a . . . patens tellus. silv. 1, 5, 51. TAC. ann. 4, 48, 3 auxilia . . . cum pars munitionibus adiacerent, plures -a palarentur. COMM. apol. 959 *v. p. 2051, 46.* HIER. epist. 53, 1, 3 ut *terrarum* orbem totum ingressus alium -a orbem quaereret. AVG. civ. 20, 22 p. 462, 18 D. id, quod -a est, cognituri (*seq.* quid agatur foris [*syn.*] in illis tenebris exterioribus). *al.* BOETH. cons. 4, 6, 15 W. orbium . . . intimus . . . ceterorum . . . -a locatorum veluti cardo . . . exsistit. *al.* DIFF. Suet. p. 312, 25 eligitur, quod -a ponitur legendo, seligitur, quod lectum seorsum ponitur. *al. in imag.*: CIC. rep. 6, 29 *animus* inclusus in corpore eminebit foras . . . ea, quae -a erunt, contemplans (nat. deor. 2, 147). SEN. contr. 2, 4, 9 non quaeram -a exemplar sani hominis . . .: ipsum sibi comparabo ([*sic opp.*: BOETH. cons. 4, 4, 29 W. *cf. et p. 2053, 48*]. PERS. 1, 7 nec te quaesieris -a). SEN. epist. 75, 9 etiam quod prope est, -a (*ς*, ex ora *rell.*) est. 82, 4 multa -a sunt, quae circumeunt nos . . ., multa intus, quae *eqs.* 91, 7. AVG. conf. 7, 13, 19 -a (te *add. pars codd.*) non est aliquid, quod inrumpat et corrumpat ordinem. in psalm. 39, 17 p. 445[fin.] *Christus* via nostra . . . vocavit ad se -a ambulantes. *al.*

Ⓘ *de ipsa facie et confinio corporis, loci sim. vel de iis quae extremae margini adiacent (cf.* extra clusus *p. 2061, 13*): Ⓐ *vario usu*: LVCR. 1, 1001 omne . . . nil est quod finiat -a. 2, 785 nihil . . . obstant . . . figurae dissimiles, quo quadratum minus omne sit -a. 5, 512 ex utraque polum parti premere aëra . . . -aque tenere et claudere utrimque. AETNA 458 ⟨in⟩ facie quae cernimus -a. HOR. epist. 2, 1, 31 nil intra est olea, nil -a est in nuce duri. LIV. 37, 37, 10 -a duplex vallum fossae circumdedit, interiore labro murum . . . obiecit (PLIN. nat. 16, 52 undique igni -a circumdato. 32, 142. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 17, 4 *hostes Caesarem* -a circumvenerant). PLIN. nat. 8, 99 *anguis cutem exuit* replicans, ut -a fiat membranae quod fuerit intus (*sic opp.*: 9, 183. 11, 243 manus . . . intus tantum carnosae, -a nervis et cute constant. 12, 37. 15, 111 *olivarum* intus lignum et -a caro [15, 113]. 24, 11. 26, 72. 34, 103 onychitis -a . . . caerulea, intus onychis maculis similis. PRVD. apoth. 573 *sancta virgo* gravis intus [*i. in utero*] et -a incolumis. *al.*). 19, 186 *salsus sapor* -a insidit pulveris modo. 35, 31 glaebis suus colos, -a maculosus. *al.* QVEROL. p. 4, 2 ornam . . . quasi busta patris . . . titulo . . . -a addito. BOETH. cons. 3, 11, 22 W. *in arboribus* mollissimum quidque . . . interiore . . . sede reconditur, -a vero quadam ligni firmitate, ultimus autem cortex . . . defensor opponitur. *al. in imag.*: SEN. benef. 5, 12, 7 -a speciosa . . . pestifera sunt (*sic de externa specie sinceram naturam celante: v. p. 2054, 60*). dial. 4, 35, 4 qualem intus putas esse animum, cuius -a imago tam foeda est?

Ⓑ *technice in re medica: de vitiis externis aut remediis in externo corpore adhibendis*: CELS. 6, 18, 7[B] si, quidquid laesum est, -a est neque intus reconditum (*sic opp.*: 6, 18, 9[B]. 7, 7, 3 si intus plaga est . . ., si -a). 7, 21, 1[C] vulnus . . . -a emortuum est. COLVM. 6, 16, 3 -a vulnera . . . medicamento circumlinienda (*cf.* PLIN. nat. 21, 155 -a inlita [31, 101]). SCRIB. LARG. 84 -a . . . spongeam . . . inponere ([*syn. Marcell. med. 17, 23* aforis]. 120 in ventrem. 130 [= MARCELL. med. 23, 4 -a cutem]. 208 interius iniectum . . . et postea -a positum. *al.* PLIN. nat. 25, 61 corpori. *al.* MARCELL. med. 20, 26 p. 152, 11 -a, id est forinsecus). MARCELL. med. 10, 17 fomentum . . . adhibere -a. *al.*

β in iunctura q. e. intus et -a *sim., qua alqd. totum et universum designatur (sive strictius de rebus duo latera habentibus, i. q. utrimque, sive laxius de loco in omnes partes porrecto, i. q. ubique)*: VARRO rust. 3, 16, 16 vitiles *alvos* fimo . . . oblinunt intus et -a (CAES. civ.

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 69, 4 cum -a et intus hostem haberent. HIL. in psalm. 144, 13 p. 834, 17 intus -aque flammae sunt. PRVD. perist. 10, 315 *deus* excedit ... modum ... -aque et intus inplet ac superfluit). AETNA 319 his agitur causis -a penitusque. SEN. dial. 3, 3, 7 tota *animalium* ... ut -a ita intra forma humanae dissimilis est (nat. 1 praef. 13 *deus* opus suum et intra et -a tenet. MELA 1, 2 litora, ut intra -aque sunt. 1, 24. PLIN. nat. 2, 2 *mundus* -a intra cuncta complexus in se [*sic asyndet.*: 2, 166 *aqua terram permeat* totam intra -a, supra ⟨infra⟩. 6, 205]. ITALA exod. 25, 11 [Conc.S I 5 p. 190, 21] -a et intra inaurabis *arcam* [ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν, *Vulg.* intus et foris]. *al.*). COLVM. 12, 44, 5 *vasa* intrinsecus et -a ... picari (*v. p. 1993, 30 sq.*). *al.*

***extrārius,** -a, -um. *ab* extra, *cf.* adversarius, contrarius. *v. Stolz-Leumann*5 *p. 212. etym. falsa: v. l. 71.* -ári-: CIL X 3165. *forma dissimilata q. d.*: -alio: APVL. apol. 15 (*φ m. 1*). *de declin.*: GELL. 14, 5, 4 *grammaticus quidam de casu vocativo*: rectius per i litteram, non per e ... pronuntiandum. NOT. Tir. 51, 83. *de notione*: PAVL. FEST. p. 78 -um ab extraneo sic distinguitur: -us est, qui extra focum sacramentum iusque sit *eqs.* CHAR. gramm. p. 392, 25 B. -us qui extra eandem aream est. NON. p. 103, 8 quasi alienum (*ad p. 2078, 61*). SCHOL. Ter. p. 134, 32 pro extraneo (*ad p. 2078, 41*). GLOSS.L III Abstr. EX 42 -vium (*trad.*, -um *Lindsay*) extraneum. V Aa E 1074 alienus. GLOSS. alienigena. *in interpr. nom. hebr.*: ORIG. in I reg. 7 p. 12, 4 Heli interpretatur Arabs sive -us. *de usu: fere absolute; c. dat. p. 2078, 19; c. praep.* ab *p. 2078, 71. pro subst.: masc. inde a* TER. *passim. neutr. p. 2078, 22. legitur apud* TER., AFRAN., RHET. Her., CIC. inv., LVCR., ALF.; *denuo inde a* QVINT., SVET.; *paulo frequentius apud Afros.*

[*variat c.* extraneus: CIC. inv. 1, 32. 2, 168. 2, 177 (*bis*). 2, 178 CYPR. epist. 55, 24 p. 642, 11. 73, 2 p. 780, 1 LACT. opif. 4, 5. *al.* contrarius *falso pro* -us: RHET. Her. 1, 14, 24 (ex contraria *l. v.* [*sic* CIC. inv. 2, 177]). CIC. inv. 2, 168 APVL. Socr. 3 p. 123. *v. et p. 2078, 14.*]

fere i. q. extraneus: **A** *sensu locali*: **1** *proprie: i. q. aut extra positus aut extrinsecus veniens* (*c. respectu hominis [cf. l. 14. 16. 23 sqq.] praeter ex. primum*): LVCR. 4, 277 -a lux ... et illa foris quae vere transspiciuntur (*opp.* citra postes. AVG. gen. ad litt. 1, 16 p. 23, 17 ea lux, quae in sensu videntis est, ... *adiuvatur* -a luce. *cf.* APVL. apol. 15 radii nostri ... oculis proliquati et lumini -o mixti [CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 45, 20]. *cf. p. 1988, 21*). LACT. opif. 4, 5 hominem contra morbos et ictus -os solidum.

2 *translate*: **a** *de eis quae non e re (persona) ipsa (opp. l. 12. 14) petita, exorta sunt*: RHET. Her. 1, 14, 24 cum per se defensio infirma est, adsumpta -a re conprobatur (*antea*: ut aliud nihil foris adsumatur). 2, 13, 19 cum ipsam rem ... iure factam dicemus sine ulla adsumptione -ae defensionis. QVINT. inst. 7, 2, 9 aut in -am (extra vitam, -am vitam *vv. ll.*) aut in ipsius *personae* ... voluntatem. APVL. Socr. 3 p. 123 naturas ... nullius -i boni participatione, sed ex sese bonas (*cf. l. 29*). ZENO 1, 5, 2 p. 302B *nupta* -is ornamentis ornatur, ... *virgo* aliunde ... nescit ornari (SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 2, 83 sine fucis: sine -is ornamentis). SYAGR. reg. 10 p. 158, 15 non ... -a divinae naturae sunt aut accidentia, quae sua sunt (*v. p. 2077, 76*). **b** *in mysterio, fere i. q. apertus, facilior intellectu* (*opp.* interna *i. arcana*): ZENO 2, 7, 2 p. 409A *dementia* est invisibilis incomprehensibilisque velle opinari secretum eiusque interna discutere, cuius -a nequeat suspicari. **c** *respiciuntur ea, quae sunt extra mentem, animam* (*cf.* externus *p. 2021, 47.* extraneus *p. 2073, 54*): CIC. inv. 2, 168 utilitas ... aut in corpore posita est aut in -is rebus (*sic iuxta pos.*: 2, 177 *orator laudes et vituperationes* partiatur in animum et corpus et -as res *eqs.* 2, 178. *v. p. 2077, 80*). APVL. apol. 20 si nihil in animo deest, de rebus -is quantum desit non laboro. Plat. 2, 12 *corporis* bona -a (*cf. l. 15*). AMBR. in Luc. 7, 145 p. 347, 16 anima declinat consortium culpae nec -ae illi et foris sumptae locus remanet voluptati. AVG. in euang. Ioh. 76, 4 p. 1832med. *sanctae trinitatis* non -a visio, sed interna. serm. coll. Morin p. 624, 17 vincite non rebellantem contra vos -am naturam, sed concupiscentiam quae regnat in mentibus vestris. EPIST. ed. Morin RevBén. 40, 1928 p. 299, 11 propter -as sollicitudines. CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 47, 18 corpus (2, 3 p. 107, 9 corpus -um quasi vas aliquod animam veluti minus quoddam corpus includit).

B *c. respectu societatis cuiusdam*: **1** *qui extra familiam sim. est* (*opp.* domesticus *l. 43. 48. 52. al. respicitur nexus inter cognatos, adfines, servum* [canem *l. 51*] *et dominum, libertum et patronum; vicinos l. 44*): TER. Phorm. 579 *Demipho ad fratrem*: hanc condicionem si cui tulero -o (*syn. 582* alienus. *v. p. 2077, 72*). AFRAN. com. 324 *v. l. 60.* ALF. dig. 19, 2, 30, 4 -am vim ... excipere (*opp.* si aliquis domesticus ... *villam* incendisset). 39, 2, 43, 1 -o ... repromittere (*opp.* vicino). RVT. LVP. 1, 12 hunc tu frater eiusdem sanguinis particeps (*opp.*) ... deserere potuisti, cuius aerumnae quemvis etiam -ium hominem, modo hominem, commovere possent? (APVL. apol. 77 rem matris ipse potius habeat quam homini -o sciens transmittat). QVINT. inst. 7, 4, 9 sub -o accusatore (*opp.* in domesticis disceptationibus). decl. 325 p. 280, 19 *scribere* aliquem -um heredem (IAVOL. dig. 38, 2, 36 PAPIN. dig. 27, 1, 28, 1. 31, 78, 3). p. 281, 6 (*syn.* tertium). 328 p. 288, 18 (*syn.* alienos). SVET. Vesp. 5, 4 canis -us e trivio. AVR. Fronto p. 60, 7 N. in tantis domesticis studiis tantisque -is negotiis occupatus. PAPIN. dig. 36, 1, 57 pr. si patroni filius -o restituerit ... hereditatem. 40, 4, 50, 1 libertos aut -os. 48, 5, 40, 1 (*opp.* vir. *sic in quaestione adulterii*: 48, 18, 17 pr. -o ... accusante). resp. frg. 5, 9 -is legata praestabit *filius*. APVL. apol. 40 quivis vel -us arbiter (*opp. antea*: servus). 68 si -o nupsisset *Pudentilla.* met. 8, 22 servus ... liberae cuiusdam -aeque mulieris flagrabat cupidine. TER. MAVR. 285 (*opp.* pater ... socerque). CLAVD. DON. Aen. 7, 335 p. 54, 9 -os et incognitos ... dissociare (*opp.* fratres). *al.* CIL X 3165. *loc. dub.*: AFRAN. com. 324 ut me esse in hac re ducat abs te -um (*incertum, cognatus aliquis an amator pro alieno [v. p. 2077, 71 sq.] se gerere velit*).

2 *qui extra communionem dei, ecclesiae est* (*syn.* haereticus: *l. 68. 69. significantius i. q. diabolus: l. 70*): CYPR. epist. 55, 24 p. 642, 11 *Novatianus* adulter atque -us episcopus fieri a desertoribus ... nititur. 73, 2 p. 780, 1 si in ecclesia baptizatos rebaptizandos foris extra ecclesiam Novatianus existimat, a se incipere debuerat, ut prior -o et haeretico baptismo rebaptizaretur. 74, 4 p. 802, 18 *sanctus spiritus* esse apud profanos et -os non potest (*syn.* apud haereticos). PRISCILL. tract. 7, 114 p. 84, 3 arma serpentis, calliditas inimici, adulatio -i. ORIG. in I reg. 7 p. 12, 4 -us ... a deo est, qui non tenet disciplinam (*v. p. 2077, 76*).

3 *qui extra nationem est, i. q. peregrinus*: APVL. flor. 18 p. 86in. qui penes -os saepenumero promptissime disceptavi, idem nunc penes meos haesito. p. 86fin. apud ⟨s⟩uos cuique modestia obnoxia est, apud -os autem veritas libera.

[*hedera* (*i.* κισσός) non retento ordine, sed tortuosa gyrat arbores, unde mulier⟨e⟩s [s]cissam pati dicuntur, quae non consuetis aut cottidianis cibis, sed **extrāversīs** venientibus delecte⟨n⟩tur Ps. SORAN. epit. 38 (*adi. per deriv. retrogr. q. d. formatum ab* ex tra(ns)verso *? [quod quasi in unum verbum coaluit, cf. l. 84] an emendandum* ex traverso *? i. q. extra solitum* [*syn. antea 37* cibi extra consuetudine], *sc. in similitudine hederae non recte euntis* [*cf. l. 77*]).]

extrāversus *adv.* *ab* ex tra(ns)verso *voc. fictum.* GLOSS.

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Plaut. gramm. III 59, 4 in Pseudulo: ... -s (*e vs. 955*; ut transversus *Varro*, ex transverso *sim. Pal., deest A. cf. Ritschl, Opusc. 2, 258*).

[**extrēmālia**, -ae *f. v. l. 11.*]

extrēmālis, -e. *ab* extremus. GLOSS. -es ἐξωστιρις (*inter glossas ad libros pertinentes. 'margines' potuisse dici* -es [*sc. paginas*] *proposuit Heraeus in sched.; an ἔξω στίξεις [i. notae, puncta extra lineam in margine]? v. et Thes. gloss. ad l.*). *n. pl. pro subst.: fere i. q. extremae partes* (*sc. corporis*): ITALA exod. 29, 20 (Lugd.) *sanguinem* inpones super cartilaginem auriculae Aron ... et -ia manus vestrae et ad -ia pedis vestri et super cartilagines auricularum filiorum eius ... et ad -ias (*sic lapsu scribae; v. supra l. 3*) manum eorum dextrarum et ad -ia pedum eorum (*gr. τὸ ἄκρον et τὰ ἄκρα, Vulg.* pollices).

extrēmē *v. p. 2008, 73.* **extrēmior** *v. p. 2009, 26.*

extremīsco, -uī, (-ere). *ab* ex *et* tremere, *cf.* contremisco. *non nisi perf.* [*hisp.* estremecer, *prov.* estremeisse. *Rohlfs.*] [*ll. vv.*: OV. met. 15, 34 -uit (extimuit, pertimuit [*recte, ut vid.*]). *v. et l. 19. 21sq.*]

fere i. q. cum tremore extimescere: intransitive (*v. et l. 16*): SEDVL. carm. pasch. 4, 286 -uit letale chaos (et tremuit, extimuit *ll. vv. [v. Lucan. 5, 634]; at cf. op. pasch. 4, 21 p. 271, 12* contremuit). *transitive*: GREG. M. dial. 2, 7 p. 90, 14 M. *Maurus* miratus -uit factum (expavit, extimuit *ll. vv.*).

extrēmissimus *v. p. 2009, 52.*

***extrēmitās**, -ātis *f. ab* extremus. *scribitur*: est-: SERV. Aen. 6, 309 (*FG*). st- (*per aphaeresin*): VEG. mil. 3, 19 p. 105, 3 (α′). HYD. chron. II p. 18, 49 (*F*). *formae gen. plur. in*: -um: PLIN. nat. 23, 48 HYG. grom. p. 78, 2 Th. BOETH. arithm. 2, 47 p. 153, 12. 2, 50 p. 161, 11 (-uum *a*). *v. et l. 29.* -ium: PLIN. nat. 29, 32 FRONTIN. grom. p. 16, 1. BALB. grom. p. 98, 1 L. (-um *V* [*sic var. lect.* p. 98, 5 *V*, *Ps. Boeth. grom. p. 408, 10 L.*]). p. 98, 3. -uum: *v. l. 28.* GLOSS.^{L} II Philox. EX 210 -es ἐσχατιαί. GLOSS. cardinem rerum, -em rerum. *verbum novatum esse videtur a* CIC. phil.; *legitur deinde apud* PETRON., PLIN. nat., QVINT. *et apud alios sermonis pedestris scriptores.* [*e coni.*: PLIN. nat. 25, 65 temitalis (-es *Gronov*).]

fere i. q. ***finis, terminus:*** **I** *proprie*: **A** *sensu locali*: **1** *usu generali*: **a** *in eis, quae aut linea marginali (ora [syn. e. g. l. 41], circumferentia sim.) concluduntur aut tegumine quodam et superficie corporis (fere i. q. longinquitas l. 69. v. etiam p. 2080, 12. 43)*: CIC. fin. 2, 102 infinitas ... regiones, quarum nulla esset ora, nulla -s. Tusc. 5, 114 *Democritus animo in* infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in -e consisteret. nat. deor. 2, 117 *aëra* complexa summa pars caeli, quae aetheria dicitur, ... cum aëris -e coniungitur (EVSTATH. Bas. hex. 2, 5 p. 886^{B} -s aëris solita est coniungi corporum speciebus [*gr. p. 41^{B} τὰ ἔσχατα*]). Tim. 26 animus a medio (*opp.*) profectus -em caeli a suprema regione rotundo ambitu circumiecit (*gr. p. 36^{E} τὸν ἔσχατον οὐρανόν*). PLIN. nat. 2, 73 *Mercurio et Veneri est* illa semper utrique -s summa (*sic in circuitu stellarum*: 2, 74 -s circuli [*opp.* propinquitas centri]). 6, 187 *monstra* circa -es *Aethiopiae* ... gigni (*cf. de finibus certae regionis*: AMM. 23, 6, 74 Persidis. MART. CAP. 6, 611. NOT. urb. Const. 8, 3 regio septima ... circa lateris sui -em ... in mare declivior. HYD. chron. II p. 18, 49 sita in -e oceani maris occidua). 24, 108 foliis aculeatis per -es (25, 65). 31, 73 *in salinis lacuum* -es ... inarescunt (PLIN. epist. 8, 20, 5). 37, 22 *in vasis myrrhinis* laudent -es (*cf.* 37, 168). APVL. met. 11, 4 per intextam -em *pallae* (*syn.* ad ultimas oras ... fimbriarum. *cf.* SERV. Aen. 4, 137 limbus est ... fascia, quae ambit -em vestium. HIER. epist. 148, 13, 2 p. 340, 10 ut ... per -es vestimentorum fimbrias habeant). Ps. CYPR. pudic. 12 p. 23, 16 oculorum -es (*i. cilia*) suffucantur. CHALC. comm. 99 p. 169, 21 animam mundi ... orsam ex medietate (*opp.*) usque ad -em mundani corporis et inde usque ad aliam -em circumfusam omni globo corporis operuisse universum eius ambitum (*syn.* per extimas partes). NON. p. 109, 21 fimbriae sunt omnis -s (*cf. l. 56 sqq.*). PALLAD. 7, 7, 8 favorum ... -es. 12, 15, 1 in fronte atque -e tectorum. AMM. 22, 15, 31 *sub cancro solstitii tempore* circa lineamentorum ipsas -es ... umbras absumi. SERV. ecl. 5, 7 labrusca ..., quia in terrae marginibus (*syn.*) nascitur, ... dicta est a labris et -bus terrae (*cf.* VVLG. Ier. 10, 13). FVLG. aet. mund. p. 174,9 *Aethiopia*, ubi praedicatio pro -e orbis pervolare difficilius poterat. VVLG. Iudith 15, 6 persecuti sunt *hostes usque* ... ad -em finium suorum. AVG. civ. 5, 3 p. 194, 6 D. in rotae *figuli* ... -e. BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 22 *essentia* disiuncta a se ..., ut grex ... acervus et quicquid, quorum partes propriis -bus terminantur et ab alterius fine discretae sunt (*opp. essentia* continua ... nec ullis finibus distributa). *al.*

b *in eis, quae quoquam porriguntur* (*syn.* cornua: *l. 78. p. 2080, 3*): PLIN. nat. 16, 21 *glandium* amaritudo in -bus, mediae dulces. 36, 68 *naves subeunt* obeliscum pendentem -bus suis in ripis utrimque. TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406,25 in antemna ... -es cornua vocantur (*syn.* crucis extima. SERV. Aen. 5, 832). AMM. 22, 8, 13 -es ... arcus utrimque ... duo exprimunt Bospori ..., Thracius et Cimmericus. SERV. Aen. 2, 683 *in apicis* -e ... lana est. 5, 269 vittarum -es. auct. Aen. 3, 687 Sicilia ... tres -es, quas Graeci ἄκρας vocant, in mare videtur extendere (*cf.* IORD. Get. 7 *promunturia* -em Galiciae terrae continent). SCHOL. Stat. Theb. 6. 724 (699 Kohlm.) praecisa summitate (*syn.*) unguium -s, quae nocere poterat, fuerat ... mollita. VEG. mil. 3, 19 p. 105, 3 in angulo ipsius -is fortissimi conlocentur (*cf. de acie*: ISID. orig. 9, 3, 63 cornua vocantur -s exercitus). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 83, 12 olivas ... super -em plantatas montis excelsi. BOETH. arithm. 2, 24 p. 110, 6 *pyramis* curta vocabitur ... si usque ad -em punctumque non venerit. *al.*

2 *usu speciali*: **a** *in geometria sim.*: **α** *fere i. q. superficies, ἐπιφάνεια*: CIC. ac. 2, 116 *mathematicis conceditur esse* -em et quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit *eqs.* Tim. 17 *sphaerae* omnis -s paribus a medio radiis adtingitur (*gr. p. 33^{B} τὰς τελευτάς*).

β *fere i. q. linea ea, quae aream, figuram sim. claudit* (*syn.* circuitus *l. 17.* fines *e. g. l. 30.* terminus *e. g. l. 18. v. et defin. l. 25. 32*): QVINT. inst. 1, 10, 43 iugeri mensuram CCXL longitudinis pedes esse dimidioque in latitudinem patere ...; at centeni et octogeni in quamque partem pedes idem spatium -is, sed multo amplius clusae quattuor lineis areae faciunt (*syn. 42* circuitus). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 11 p. 31, 20 terminos me dixisse -es earum, quae in geometria sunt, figurarum. *t. t. gromaticorum*: FRONTIN. grom. p. 1, 4 agrorum qualitates sunt tres: ... altera mensura per -em (-es *l. v.*) conprehensi. p. 3, 4 quidquid inter normalem lineam et -em interest, subsicivum appellamus (*cf.* p. 8, 9 HYG. grom. p. 78, 2. *al.*). p. 15, 9 agrorum (BALB. grom. p. 99, 8 L. -s finitur. SIC. FLACC. grom. p. 114, 8. 115, 21 Ps. AGENN. grom. p. 52, 21). *al.* HYG. grom. p. 77, 8. BALB. grom. p. 98, 3 L. -s est, quousque uni cuique possidendi ius concessum est aut quousque quisque suum servat; -ium genera sunt duo, unum quod per rigorem observatur, alterum quod per flexus. *al.* HYG. lim. grom. p. 144, 6 pars ... terminata in -e more arcifinio (p. 160, 3 silvarum). p. 145, 20 -s mensuraliter obligata est (p. 161, 15. 161, 20). p. 164, 9 (*syn.* fines). *al.* NIPS. grom. p. 290, 3 L. prehensis perlimitibus in -bus formarum. AGENN. grom. p. 49, 1 si per -em finis vadat *aqua*. Ps. AGENN. grom. p. 56, 22 quae sit -s, videamus: -s finitima linea est, quae intervenit aut per iter publicum ... aut per limites sive terminos aliaque signa, quibus territoria finiuntur. p. 57, 24. LIB. col. I grom. p. 243, 15 L. *signa finalia* in -e sunt posita. *al.*

γ *de puncto in sphaera: fere i. q. polus*: MACR. somn. 2, 5, 11 et septemtrionalis et australis -s ... obriguerunt pruina. PRISC. LYD. solut. 4 p. 64, 28 *poli* utrimque -es sphaerae obtinent. 4 p. 66, 11 sphaerae ... duas -es, quae dicuntur poli. 4 p. 67, 18. *fere i. q. centrum*: MART. CAP. 6, 600 in sphaera efficitur imum omne, quod medium est, ... imum vero ... necesse est sui -e consistere, quia inferius, quo decidat, non est.

b *in pictura: i. q. extrema lineamenta*: PETRON. 83, 2 tanta ... subtilitate -es imaginum erant ad similitudinem praecisae, ut crederes etiam animorum esse picturam. PLIN. nat. 35, 68 ambire ... se ipsa debet -s et sic desinere, ut promittat alia post se (*syn. 67* liniis extremis, extrema corporum).

c *in corpore animantium: i. q. partes extremae*: PLIN. nat. 23, 48 *aegroti*, quorum accessiones cum frigore -um fient. 23, 159 ulcera ... in -bus corporis (25, 151 algere ab -bus corporis. 28, 61). 29, 32 sistit ... sanguinem *lana* ... articulos -ium praeligans. PELAGON. 144 (= VEG. mulom. 2, 79, 18) opopanacem, quantum digiti minoris -s est, ... dabis (*gr. Hippiatr. I p. 173, 11 τὸ τελευταῖον*). PHYSIOGN. 108 p. 132, 1 *hominis animosi* -es pedum et manuum grandes (*Ps. Aristot. physiogn. p. 808^{a}, 21 ἀκρωτήρια*). *in allegoria (cf. et p. 2081, 41) ad p. 2081, 25 spectante*: GREG. M. moral. 32, 22 p. 649^{A} quid ... cauda Behemoth ... nisi illa antiqui hostis -s dicitur ? (*cf. p. 649^{C} satanas* in mundi fine ... solvendus).

d *apud gramm.: i. q. terminatio, exitus vocabuli*: SCAVR. gramm. VII 13, 6 vocales ... inter se mutuis vicibus ... funguntur ..., quod ... in -bus nominum apparet, cum iustus, iusti, iusto iuste dicimus (CHAR. gramm. p. 61, 14 B. [*tit.*]. *al.* DIOM. gramm. I 492, 15 [*tit.*]. 492, 28. *al.* PRISC. gramm. II 3, 23 tam in vocales quam in consonantes desinentium. AVDAX gramm. VII 327, 8 *tredecim* litteris -es Latinorum nominum finiuntur). GELL. 11, 15, 8 laetabundus ... *dicitur*, qui abunde laetus *est* ..., ut productio haec et -s largam ... copiam declararet. CHAR. gramm. p. 17, 8 B. nomina ... *ov* habent syllabam in -e (*cf.* ISID. orig. 1, 28, 1). p. 22, 19 quae ... per γρος ... efferuntur, ... amissa Graeca -e et per 'er' elata ut secundae declinationis declinantur, velut ἀγρός ager. p. 25, 8 nullum nomen Latinum in hac finitur -e (PHOC. gramm. V 420, 7 eadem -e finita. 434, 2. *v. et l. 65*). p. 25, 19. 63, 25. 71, 24 soni (GRAMM. suppl. 91, 34). *al.* DIOM. gramm. I 330, 26. *al.* PHOC. gramm. V 414, 29. 417, 11. 421, 22. 433, 7 *verba* pauca ... in eandem -em mittunt praeteritum. PRISC. gramm. II 3, 16 de comparativis et superlativis et eorum diversis -bus. 29, 15 in -e dictionum (*opp.* in principio, in mediis). 150, 6. 326, 23 nominativi.

e *in arithmetica*: **α** *de primis et ultimis numerorum certo proportionis ordine dispositorum* (*syn.* terminus *passim; opp.* medietas): BOETH. arithm. 1, 9 p. 18, 24 *in dispositione I · II · IIII · VIII · XVI · XXXII · LXIIII · CXXVIII* fit ..., ut duae mediae partes sibi respondeant, post vero, quae super ipsas sunt, sibi invicem convertantur, atque hoc idem fiat, donec uterque terminus -is incurrat. 1, 9 p. 19, 10 donec -es limitem faciant. 1, 9 p. 20, 21 maior -s (1, 10 p. 24, 1; *opp.* minor terminus). 1, 10 p. 24, 3 ab -bus incipienti et usque ad media

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

progredienti. 1, 11 p. 25, 6 gemina. 1, 11 p. 27, 25 sunt ... duabus ... medietatibus aequales duae -es vel una medietate duplices -es (*al.*). 1, 11 p. 28, 6 quod sub utrisque -bus continetur (2, 43 p. 142, 24). 1, 12 p. 29, 12 quod fit ex multiplicatis -bus (*al.*). *saepe.* **β** *i. q. ultimus locus in numero scripto*: BOETH. arithm. 2, 30 p. 121, 17 quinquies quinque, qui fit XXV, ab V progressus in eosdem desinit V ...; et si hos rursus quinquies ducas, in quinarium numerum -s terminabitur (*syn.* terminus).

B *sensu temporali*: **1** *de variis temporibus*: GELL. 6, 21, 3 tempora ... duo cum *cohaerent* ..., non refert, utrum per -em prioris an per initium (*opp.*) sequentis locus ipse confinis demonstretur (*syn.* finis). TERT. nat. 1, 1, 7 p. 60, 1 pro -bus temporum (castit. 6 l. 15. adv. Marc. 5, 4 p. 579, 18; *syn.* in novissimis diebus. monog. 7 p. 771 Oe. paenit. 2, 4. IREN. 4, 10, 1 [*spectat ad Vulg. deut. 16, 6* vespere]. *al.*). uxor. 1, 2 l. 16 in -bus saeculi (ITALA Hebr. 9, 26 [Aug. pecc. mer. 1, 27, 50 p. 49, 10] *Christus* in -e saeculorum ... manifestatus est [συντελείᾳ, *Vulg.* consummatione]). IREN. 2, 1, 1 *Valentiniani demiurgum deum* blasphemantes -is fructum dicunt (*gr.* ὑστερήματος, *syn. 2 praef. 1fin.* postremitatis). ARNOB. nat. 2, 75 p. 109, 8 tempus ... a finibus et -bus noscitur, quae habere non potest perpetua series ... saeculorum. 3, 12 p. 120, 12 *perpetuum non est*, quod extremis coercitum finibus necessaria circumcludit -s. SERV. Aen. 6, 309 'autumni frigore primo' -em vult ostendere, ... nam prima pars eius fervet. AVG. serm. coll. Morin p. 460. 11 *noctis* -s ... diluculum fuit. GREG. M. moral. 2, 48 p. 578B gentilis populus *deo* ... in mundi -e collectus est (*cf. et p. 2080, 56*).

2 *peculiariter*: **a** *de fine vitae, fere i. q. mors* (*paulo laxius l. 31. 36*): AVG. civ. 13, 9 p. 566, 17 D. *moriens* cum in tanta est -e vitae, in quanta sunt quos agere animam dicimus, ... adhuc vivit (SALV. gub. 7, 22 ab ... impuritate ... nec vitae -e revocantur. ENNOD. epist. 7, 13, 2 p. 181, 21 circa -em vitae [*opp.* in limine]. GREG. M. moral. 12, 36 p. 1003A in euang. 39, 4 p. 1296C PASS. Thom. p. 141, 9). SALV. eccl. 2, 69 in ipsa ... aegra -e (*syn.* in supremo ... exitu, in ultimis). 3, 11 in ipsa -e iam pendens (*syn.* finem, exitum). CASSIOD. Ios. antiq. 15, 9 p. 443in. (*gr. 15, 236* ἐν τοῖς ἐσχάτοις). VEN. FORT. vita Radeg. 31, 73 p. 46, 30 *piscator*, cum navis ... submergeret, in -e clamat: *eqs.* **b** *de fine alcis. actionis* (*comoediae: l. 42. in interpr. allegorica notionis loc. [v. p. 2080, 48]: l. 41*): MACR. Sat. 1, 22, 6 *Pan universae materiae dominus* in caprae pedes desinit, ... quia materia ... divinis de se corporibus effectis in terrae finitur elementum; ad huius igitur -is signum pedes huius animalis electi sunt (*v. l. 38*). EVGRAPH. Ter. Phorm. 16 *in comoediae arte* non principia neque -es considerari oportere, sed illa, quae sunt media, quae comoediam tenent. ENNOD. epist. 8, 3, 2 p. 202, 12 promisi sequentibus *scriptis* potiorem successum aestimatione principii, sed vos inchoationem ... cum -e iunxistis.

II *translate*: **A** *de variis rebus, in quibus certus ordo graduum observatur: spectatur terminus*: **1** *uterque*: QVINT. inst. 11, 3, 15 *vox* grandis aut exigua est, sed inter has -es mediae sunt species et ab ima ad summam ... sunt multi gradus. Ps. SORAN. quaest. med. 11 aegritudines aut amplius aut minus sunt ... -e (*sc. adiectionis aut detractionis*) nunc faciles nunc difficiles, medietates (*opp.*) vero iuxta naturae temperationes sunt.

2 *unus*: **a** *i. q. extremus gradus, ultra quem alqd. fieri non potest* (*cf. et l. 59*): MACR. somn. 1, 3, 20 *eboris* corpus ita densatum est, ut ad quamvis -em tenuitatis erasum *non perluceat.* **b** *i. q. ultimus locus adfinitatis, sc. ultra quem parentela non esse statuitur*: LEX Visig. 4, 1, 6tit. p. 171, 9 de sexti gradus -e.

B *in malam partem (spectatur unus terminus; cf. l. 54): fere i. q. infimum, maxime exiguum (i. q. miseria l. 62)*: **1** *universe*: AVG. nat. bon. 9 p. 859, 5 natura ... in quacumque -e adhuc aliquod bonum est. vera relig. 38, 70 p. 153 quamquam in hac rerum -e miseri iaceant, ut *eqs.* (*v. l. 60*). 41, 78 p. 157 bene *est* ... cum ipsa veritate, male sumus cum quolibet vestigio veritatis: multo ergo deterius cum -e vestigii. ENNOD. dict. 22, 11 p. 496, 16 hac -e qui indignus est (*antea*: qui trahi ad servitia non merentur). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 29 p. 397C quod processus animae nitentis ad mala ... devolvatur ad infima ..., ad quam -em initium dogmatis ... animam ... adducit (*gr. aliter*). *al.*

2 *metonymice*: **a** *i. q. res vilissimae*: BENED. reg. 7, 112 omni vilitate vel -e contentus sit monachus. **b** *in formula modestiae, qua de se loquendo utuntur episcopi* (*cf. Du Cange s. v.*): SIDON. epist. 9, 2, 1 opus, quod ab -e mea ... difficile completur. *sim. c. metonymia vocis q. c.* '*humilitas*' (*v. vol. VI 3, 3119, 29*): PAP. Marini 55 (*a. 638*) Francorum rex ... religiosa petitione humilitatis nostrae -em poposcit, ut *eqs.*

extrēmius *v. p. 2009, 49.* **extrēmō** *v. p. 2008, 79.*
extrēmum *v. p. 2009, 6.* **extrēmus** *v. p. 1996, 52.*
[**extreus,** -a, -um *v. p. 1987, 48.*]
[*?* **extriare** GARG. MART. pom. 1, 3 p. 396in.]
[**extribūnō** *v.* ex *et* tribunus.]
extrīcābilis, -e. *ab* inextricabilis *per derivationem retrogradam q. v.* PRISC. gramm. III 219, 15 *adiectiva* verbalia in 'lis' ... desinentia ... dativum asciscunt, ut ... -is.

extrīcātio, -ōnis *f. ab* extricare. [*falso trad.*: ITALA IV Esdr. 15, 39 (Ambian.); *v. p. 2088, 52.*]

c. respectu difficultatis expediendae: **1** *i. q. solutio*: CHALC. praef. p. 3, 8 inpossibilium paene rerum -o (*cf. antea: virtus* quae res inpossibiles redigeret ad possibilem facilitatem). **2** *fere i. q. explicatio, demonstratio* (*syn.*): CHALC. comm. 120 p. 185, 19 *Plato non* contentus ... animalium demonstratione porrigit diligentiam usque ad angelicae naturae ... -em.

extrĭco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* tricae. *cf.* intricare *et* tricari. *scribitur* exst-: POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 280 sqq.) l. 10 (*cod. M*). CHAR. gramm. p. 472, 15 B. *inter* verba activa coniugationis primae (*deponens apud* PLAVT. [*v. l. 44*] *non esse evincit Langen, Beitr. p. 67 sq.*). NOT. Tir. 92, 65 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 23 B. expedire, efficere, -are, explicare, perficere, perducere ad finem. p. 422, 28 exponit..., demonstrat..., ostendit, palam facit, patefacit ..., enodat, expedit, explicat, -at, exsequitur, ad purum redigit *eqs. v. et l. 32. 45.* GLOSS.L II Abav. PR 180 prostravit, profligavit, -vit (*al.; ad hunc sensum cf. l. 55. v. et Du Cange*). Philox. EX 208 p⟨e⟩tendo colligit et parat (*ad* HOR. *l. 63*). 211 *ἐκποδίσαι. legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC. (*?, v. l. 14. 22*), VATIN., HOR. *per totam latinitatem.*

[*ll. vv.: v. l. 37. e coni.*: CIC. Att. 15, 20, 4 (*Boze*, excitata, explicata [*recte*] *trad.*). COLVM. 2, 19, 1 (*Lundström*, et rigetur, extringetur *trad.*). HYG. fab. 186, 4 (*Bursian*, explicarent *recte trad.* [*v. p. 1733, 4*]).]

I *proprie* (*cf. l. 40*): **A** *i. q. a radicibus purgare*: COLVM. 3, 11, 3 *silvestris ager* facile -atur, quod, suapte natura quaecumque gignuntur, non penitus nec ⟨in⟩ profundum radices agunt ..., quibus ferro recisis et exstirpatis *eqs.* (*cf. antea*: radicibus ... impeditum ac velut inretitum).

B *i. q. retibus sim. liberare*: HOR. carm. 3, 5, 31 -ta densis cerva plagis (*cf.* SERV. Aen. 6, 27 *ad l.*: '-ta' est soluta). LACT. inst. 6, 24, 7 animalia, cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam -verint, fiunt postmodum cautiora (*v. et l. 40*).

C *fere i. q. exuere* (*sc. ea, quibus alqs. vestitus, quasi involutus est*): PASS. Thom. p. 142, 18 sufficere mihi hoc pallium atque hoc colobium meum ... noveris ..., quae omnia non -buntur (extringabantur, extruncabuntur *ll. vv., cf. adn. cr.*) penitus, quousque de isto corpore exeam (*nisi forte notio abiit in sensum exterendi*).

II *translate* (*pellucet notio propria ea, quae ad rete spectat [v. l. 31], sed confunditur locutionis ratio imagine foveae adposita l. 50*): **A** *fere i. q. liberare (syn. l. 45), exsolvere (syn. l. 44), purgare* (*a culpa sim. mediopass. l. 44; refl. l. 50*): PLAVT. Epid. 152 aliqua res reperibitur, aliqua ope exsolvar (*A*, exsolvam *P*, *Nonius*), -bor aliqua (*cf.* NON. p. 8, 16 *ad l.*: id est ex impedimentis liberabor. *v. et supra l. 12*). POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 280 sqq.) l. 10 de fetore (*i. ex haeresi*) cadavera mortuorum (*sc. qui vitam spiritalem amiserant*) quae magis manus potuisset igneis virtutibus -are? LACT. inst. 2, 8, 54 *Epicureus* deficientibus argumentis in hanc foveam ... decidit, unde se -are non posset (7, 3, 20).

B *fere i. q. dissolvere*: **1** *fere i. q. enodare, patefacere, exponere* (*sc. quaestionem difficilem*): VARRO Men. 198 putas eos non citius tricas Tellanas quam id -turos. FIRM. math. 6, 22, 1 -tis ... mixturis ... et ... radiatione ... explicata (*syn.* monstrata). **2** *fere i. q. dissipando fugare*: VVLG. Tob. 6, 8 *cordis combusti* fumus ... -at omne daemonium sive a viro sive a muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. **3** *fere i. q. prodigere, dilapidare*: VITAE patr. 5, 7, 24 p. 899C ut non a meretricibus et male viventibus -etur, quod pauperibus dimissum est.

C *fere i. q. difficultate enodata efficere, parare*: VATIN. Cic. epist. 5, 10A, 1 de Dionysio tuo (*sc. servo fugitivo*) adhuc nihil -o ..., sed tamen non desistam, quin illum ... eruam (PHAEDR. 4, 23, 4 magna cum minaris, -as nihil). HOR. sat. 1, 3, 88 *debitor* nisi, cum ... venere Kalendae, mercedem aut nummos unde unde -at. COMM. instr. 1, 17, 2 deludunt vos ... vates inanes -are suam dum quaerunt vitam (*i. victum*). CHALC. transl. p. 41C *creator ad deos*: instituite atque -ate mortalia (*τρέπεσθε ... ἐπὶ τὴν τῶν ζῴων δημιουργίαν, cf. Cic. Tim. 41* ut illa gignatis).

D *fere i. q. eradicando (syn.; cf. notionem propriam l. 26) delere, abolere*: Ps. CYPR. epist. 2 p. 272, 14 eradica et -a ... sermonibus ... dignis per posteriorem epistolam priora scripta.

p. p. p. **extrīcātus,** -a, (-um) *pro adi. (v. et Onom.). fere i. q. solutus*: VLP. dig. 9, 2, 27, 30 cum maritus uxori margaritas -as dedisset ... eaque ... perforasset, ut pertusis in linea uteretur.

deriv.: extricatio. *compos.*: inextricabilis (*unde* extricabilis), inextricatus.

[**extricte** *v. p. 2024, 58.*] **extrictio** *v. s.* exstrictio.
[**extriērarchō** *v.* ex *et* trierarchus.]
[hominem conspicimus pavidum et **extrilidum** (*i. decolorem metu?*; exterritum *Gronov, alii alia. v. p. 1540, 23 sq., 1604, 14. cf. adn. cr.*) GELL. 19, 1, 6.]
extringo *v. s.* exstringo.

1. *extrīnsecus *adv. (et praepos. v. p. 2088, 23). ab* *extrim *et* secus (*cf. Walde-Hofmann*[3] *s. v.* exterus; *Sommer, Handb.*[2.3] *[Hiltbrunner]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 267). *v.* intrinsecus. *de originatione*: PRISC. gramm. III 36, 13 adverbia ... ex his *praepositionibus* quaedam localia nascuntur: ex, extra, -s (*v. et p. 1987, 46*). SERV. auct. Aen. 2, 382 dicebant veteres 'secus' ..., unde et '-s'. *v. et l. 8 sq.* *de scriptura*: SCAVR. gramm. VII 24, 3 quaesitum est, '-s' et 'intrinsecus' utrum ⟨cum n⟩ littera an sine ea scribendum esset. et quidam sine illa putaverunt, quoniam 'extra' diceretur et 'a' in compositione in 'i' interdum mutaretur; ut 'facere', 'efficere', ita, quod est compositum ex adverbiis 'extra' et 'secus': ⟨'extrisecus'⟩. quidam cum ⟨n⟩, quoniam extraneus diceretur, 'intrisecus' vero sine ⟨n⟩, ne bis posita eadem littera duriorem sonum faceret (*sic in tit.*: CONST. veteran. [CIL XVI] 4 extr. 22 [*a. 60*]. *in cod.*: LIV. 30, 2, 12 [*P*]. *cf.* PROB. inst. gramm. IV 137, 13 extresecus [*B*]). ettr-: CELS. 8, 1, 1 (*F*). exst-: VLP. dig. 28, 4, 1 pr. (*F; item*: 46, 7, 5, 3 PAVL. dig. 36, 2, 6, 1). extrens-: SACERD. gramm. VI 463, 12 (*B*). COD. Theod. 6, 26, 12 (*R*^{a}). *cf. l. 12 sq.* -xecus: LVCR. 6, 483 (*Q*). -sicus: *in tit.*: EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes^{7} p. 271) I 15. 18. *in cod.*: CASSIAN. conl. 4, 14 (*V; item* 10, 6, 4). CASSIOD. gramm. VII 202, 23 (*C*). ORIBAS. eup. 4, 60 Aa p. 577$^{extr.}$ syn. 3, 161 p. 881, 1. *al.* Ps. ASPER gramm. suppl. 54, 11 exeunt ... adverbia ... in s, ut ... -s *eqs.* NOT. Tir. 51, 84. GLOSS.^{L} II Abav. EX 130 separatim (V Aa E 1076 a foris vel separatum). IV Plac. A 61 -s dicimus ab eo quod est exterius. dub. Plac. E 23 foras. V Abba EX 60 exterius, a foris. II Philox. EX 212 ἔξωθεν. GLOSS. ἐκτός, παρεκτός. *al.* *iungitur c. praep.* ab: *p. 2088, 20.* *legitur inde a* CATONE, VARRONE, CIC. *per totam latinitatem fere apud solutae orationis scriptores; deest e. g.* CAES., SALL.; *poetarum unus ante s. II*$^{ex.}$ *habet* LVCR. *gr., nisi aliud notamus, respondet* ἔξωθεν.

[*ll. vv.*: exterius: BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 101, 21. externis: MAR. VICTORIN. rhet. 2, 56 p. 304, 11. intrinsecus (*falso*): LVCR. 6, 1099 HIER. epist. 22, 24, 2. 22, 25, 4 CASSIAN. inst. 7, 2. 7, 3, 2. *al.* *e coni.*: CELS. 6, 10, 3 (*Linden*, intrinsecus *trad.*). TAC. ann. 13, 41, 3 (*Brakman, Mnem. 53, 1925, 184; alii alia*). FIRM. math. 4, 1, 3 (*Némethy*). *del.*: TERT. anim. 6, 3 p. 306, 3 (intrinsecus *Kroymann*).]

I ***adv.*** (*haud raro in vicem adi. attribuitur substantivis, ex quo usu orta est forma adi.* [*v. p. 2088, 27 sqq.*]): **A** *proprie (v. et p. 2084, 75. 2087, 27), sensu locali: respondet quaerenti*: **1** *'unde ?', i. q.* ἔξωθεν: **a** *usu adverbiali*: CATO agr. 21 3 supra imbrices -s cupam pertundito, qua clavus eat. VARRO ling. 7, 1 ut ... operam ... ex ebore oculi videant, -s admovent nigras setas (ALF. dig. 39, 2, 43 pr. *in aedificio* non videri ... ruere, quod ... vi -s admota caderet, sed quod ipsum per se concideret. *al. cf.* TERT. anim. 6, 1 p. 305, 13 *corpus* si ... inanimale est, -s movebitur, si vero animale, intrinsecus *eqs.* 6, 3 p. 305, 28; *syn.* ab alio. *al.*). 7, 34 *in cumero* quid sit, in ministerio plerique -s (*sc. inspicientes*) nesciunt. rust. 1, 41, 2 ne -s imbres noceant aut ... calor, argilla oblinendum. 1, 59, 3 *oblinere ollam*, ne -s spiritus adflet. 3, 7, 8 -s per fistulas supplent. 3, 9, 15 *rete*, quod prohibeat eas (*i. aves*) extra saepta evolare et in eas involare -s accipitrem. CIC. nat. deor. 2, 136 cum ... pulmones ... et cor -s spiritum ducant. div. 1, 70 animos hominum quadam ex parte -s esse tractos et haustos (2, 119. *al.*). 2, 103 *Epicuri placitum*: quod ... habet extremum, id cernitur ex alio -s (*ibid.*). fat. 42 *adsensio* non fit nulla vi -s excitata. 43 *adsensio* -s pulsa (*al. cf.* 47 inpulsam atomum loco moveri). *al.* LVCR. 1, 528 *atoma corpora* plagis -s icta (*al.*). 2, 1107 addita corpora sunt -s (*al.*). 2, 1142 tuditantia rem ... -s ... corpora. 3, 689 *animas* corporibus nostris -s insinuatas ([*cf. Heinze ad 3, 671*]. 3, 698. 3, 722. 6, 955). 5, 522 aliunde fluens alicunde -s aer. 6, 483 ut hunc veniant in caelum -s illa corpora (6, 1099. SEN. epist. 21, 2 [*in imag.*] haec *vita* fulgore -s veninete percussa est, ... illa suo lumine inlustris est. *saepe*). *al.* CELS. 6, 6, 39^{A} -s ... ictus oculum laedit ([*opp.* in ipsis corporibus]. *al. cf. et p. 2087, 28*). *al.* SEN. nat. 2, 9, 4 sonum -s missum *accipere*. 6, 10, 1 nec -s incurrere, quod *terram* ... inpellat, sed intra ipsam et ex ipsa. *al.* COLVM. 1, 5, 1 sit ... vel intra villam vel -s inductus fons. CHAR. gramm. p. 362, 22 B. diacope est diductio compositae dictionis interposito -s verbo, ut 'septem subiecta trioni' (DIOM. gramm. I 460, 28. *al.*). *saepe.*

b *vice attributi adi.* (*pendet a nominibus verbalibus l. 73. 75*): LVCR. 1, 1042 nec plagae possunt -s undique summam conservare omnem. LIV. 2, 33, 6 exercitum ... in oppidanos, quos intus clausos habebat, intentum sine ullo metu -s (imminentis *add. M Pmarg.*) belli. TERT. adv. Prax. 19 p. 261, 6 creatorem ... ab alia qua -s vi ⟨in⟩ opera mundi ... subornatum (*v. adn. cr. Kroymann, ed. 1907*). adv. Val. 18 p. 197, 14 ab ... Achamoth ... velut sigillario -s ductu ... movebatur Demiurgus. CHALC. comm. 24 nulla *corpora extra mundum relicta* ... frigoris calorisve -s accessione moveant aegritudinem mundo.

2 *'ubi ?', fere i. q. extra* (*i. q. ultra: v. p. 2084, 11*): **a** *usu adverbiali*: **α** *universe*: CATO agr. 38, 3 luto *fornacem* ... -s oblinito (VARRO rust. 3, 7, 3; *opp.* intrinsecus. *cf.* COLVM. 9, 14, 14 *rimas* luto et fimo ... illinemus -s. *al.*). 98, 1 unguito fundum arcae et -s et pedes et angulos (VARRO rust. 1, 55, 4; *opp.* intus. *al.*). CIC. div. 1, 48 utrum ea *columna* solida esset an -s inaurata (HIER. epist. 22, 24, 2). Tim. 20 *deus mundum* vestivit -s (*gr. p. 34*^{B}). *al.* LVCR. 4, 646 animantes ... sunt dissimiles -s. LIV. 1, 44, 4 ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur ... et -s puri aliquid ab humano cultu pateret soli. *al.* VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 forem cubiculi -s a custodibus opertam interiore claustro ipse *observavit*. SEN. dial. 1, 6, 4 *homines* -s culti (*opp.* intus). 1, 6, 5 non fulgetis -s, bona vestra introrsus obversa sunt. epist. 79, 18 paucis inponit leviter -s inducta facies. *al.* CONST. veteran. (CIL XVI) 4 extr. 22 (*a. 60*) tabula ... fixa ... ad latus sinistr(um) aedis thensar(um) -s (*v. p. 2083, 11*). COLVM. 2, 9, 13 *granum* -s albidum, intus etiam candidum (*cf.* PLIN. nat. 24, 127). 12, 44, 7 vasa ... -s et intra diligenter picata. *al.* TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 18 i⟨n⟩scribantur ... in aedificio -s nomina. ITALA iud. 7, 24 (Lugd.) praeoccupate ... aquam usque Bethel et Iordanen ad aquas fontium, quae -s (*i. ultra Iordanen, v. p. 2083, 76*) sunt (*deest gr. et Vulg.*). HIL. in Matth. 24, 7 p. 1050^{C} calices ... -s eluentes eorum interiora non mundent (*syn.* exterius, forinsecus). HIER. epist. 22, 25, 4 sponsa intrante cum sponso remanemus -s. VVLG. III reg. 8, 8 cum ... apparerent summitates *vectium* ... foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra -s (*cf.* II par. 5, 9 si ... quis paululum fuisset -s, eos videre non poterat). *al.* PALLAD. 8, 8, 1 scillae ... proiectis ... -s positis (*i. putaminibus*). *saepe.* *in imag.*: SEN. dial. 9, 10, 5 omnia ... -s diversas facies habentia, introrsus pariter vana. epist. 72, 5 -s aliqua sunt incommoda. *al.*

β technice: Ⓘ *ap. gramm.: spectat ad initium vocabuli*: PRISC. gramm. II 18. 18 *aspiratio 'h'* -s ascribitur vocalibus, ut minimum sone⟨n⟩t, consonantibus autem intrinsecus, ut plurimum (*al.*). 436, 14 in verbis compositis est quando Graeci -s faciunt declinationem ..., ut est ἐνέπω, ἤνεπον ...; est tamen quando et intrinsecus declinant, ut καταγράφω, κατέγραφον *eqs.* *in exitu vocis* (*syllabae l. 37*): CHAR. gramm. p. 205, 10 B. quaedam pronomina *possessiva* ... intrinsecus pluralia, -s singularia, ut 'noster' 'vester' aut intrinsecus singularia, -s pluralia, ut 'mei' 'tui' (207, 20. PRISC. gramm. II 580, 26 duae intelleguntur personae, intrinsecus possessoris, -s possessionis [581, 6 -s ... terminatio distinguit numerum ... genera ... casus possessionum. 588, 4. 597, 15 III 1, 18. *cf. sensu transl. p. 2086, 38*]. PROB. inst. gramm. IV 137, 13 Plinius Secundus pronomina possessiva ... sic putavit esse declinanda, id est intrinsecus et -s *eqs. al.*). PRISC. gramm. II 181, 11 *'alteruter'* -s *habet* ... declinationem, id est 'alterutrius'. CASSIOD. gramm. VII 202, 23 (*ex Caesellio*) *'re' praepositio* d ... litteram accipit -s, cum ad vocalem incipientem verbi ... accessit. Ⓘⓘ *in re medica* (*sim. de tormentis infra l. 49*): CELS. 1 prooem. 26 aptius ... -s inponi remedia conpertis interiorum ... sedibus (4, 11, 6. 4, 15, 2. 4, 16, 4. *al. cf.* GARG. MART. med. 29 p. 164, 17 *sinapi* positum -s cutem ... exulcerat. MARCELL. med. 15, 27 fel ... -s faucibus adpositum [*al.*]). 4, 1, 5 iecur ... intrinsecus cavum, -s gibbum (8, 1, 1; *syn.* ab exterioribus partibus). 5, 26, 24^{C} plaga ... curanda -s ... sutura. 6, 10, 1 -s is locus vapore calido fovendus (*al.*). 7, 7, 10 totum -s adurendum est (*cf.* RVFIN. hist. 1, 8, 6 *rex* lento ... igni -s in superficie corporis urebatur, intrinsecus vero vastum condebatur incendium). *al.* PLIN. nat. 28, 190. TERT. nat. 1, 8, 5 p. 72, 5 *fauces* etiam -s periculose vulnerantur. VEG. mulom. 1, 9, 4 (*syn.* deforis). HIER. in Eph. 5, 6 p. 522^{B} pro peccatis ... nec -s adhibenda tormenta (*v. l. 38*) ... in similitudinem febris, quae non torquet -s aegrotantem ([*syn.* forinsecus; *opp.* in corde, in animo]. *cf.* AVG. serm. 276, 3, 3 p. 1257). CASS. FEL. 67 p. 165, 1. *al.*

b *vice attributi adi.*: VARRO rust. 3, 5, 3 fenestras raras, per quas non videantur -s arbores aut aves. VITR. 5, 1, 10 fastigiorum ... pectinata dispositio -s tecti et interioris altae testudinis praestat speciem venustam. TERT. praescr. 4 l. 7 quaenam ... pelles ovium nisi nominis Christiani -s superficies ? (*v. l. 75 sq.*). pall. 1, 1 *supra tunicam* pallii -s habitus ... umeris acquiescebat. adv. Val. 9 p. 187, 22 *Horos* fundamentum universitatis et illius -s custos. HIER. in Ezech. 44, 17 p. 439^{D} operiri capita ... non aliquo -s velamento. sed sua ... caesarie. VVLG. I Petr. 3. 3 *mulierum* non sit -s capillatura aut circumdatio auri (*ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν ... κόσμος. v. l. 75 sq.*). *al.*

3 *'quo ?', fere i. q. foras* (*v. et p. 2083, 22. cf. syn. l. 64*): CELS. 2, 8, 23 pure -s emisso (*antea: suppurationes* in exteriorem partem prorumpunt). EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 875^{B} dum in memoratis abstrusa est flamma corporibus, habetur innoxia, cum vero fuerit -s elicita, devorat ... materiam (*gr. p. 20*^{B} *ἐπὶ τὸ ἔξω*). 8, 4 p. 950^{A} ne ... humor manaret -s (*gr. p. 173*^{D} *πρὸς τὸ ἐκτός*). APRING. in apoc. 4, 1 *in tuba* vox ingesta collect[i]o intrinsecus flatu, dum revocat, sonum facit -s. *in imag.*: CASSIAN. conl. 21, 33, 2 ut exaestuare -s non sinatur *concupiscentiae ignis* (*sc. extra licitum coniugium*).

B *translate* (*v. et l. 75*): **1** *strictius*: **a** *opponitur eis, quae ad hominis interiores qualitates et facultates, animum, mentem sim. pertinent* (-s *tertium enumeratur c. animo et corpore: p. 2085, 12. 19. 35. cf. defin. p. 2085, 14. 18. nonnulla not. propriae exempla, quae et huc spectant, s. A invenies, e. g. l. 3. 4. 57. 61. p. 2083, 83. al.*): **α** *usu adverbiali: quaeritur*: Ⓘ *'unde ?'*: CIC. de orat. 2, 342 forma ..., divitiae, cetera, quae fortuna dat aut -s aut corpori. ac. 2, 48 *tremunt* vel ipsi per se motu mentis aliquo vel obiecta terribili re -s. 2, 76 *Cyrenaici* negant esse quicquam, quod percipi possit -s; ea se sola percipere, quae tactu intumo sentiant, ut dolorem *eqs.* 2, 125 imagines -s in animos *dormientium* ... per corpus inrumpere (div. 2, 139). Tusc. 3, 37 *virtus* si -s religata pendeat (*syn.* aliunde [*cf.* epist. 5, 13, 1]). nat. deor. 3, 29 *nullum animal effugit* accipiendi aliquid -s, id

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est . . . patiendi, necessitatem (BOETH. cons. 4, 3, 6 W. *cf.* CIC. div. 2, 26 quod *genus divinandi* animus arriperet aut exciperet -s ex divinitate. *al.*). SEN. dial. 2, 5, 7 omnium . . . -s adfluentium . . . incerta possessio est. 7, 16, 3 quid -s opus est ei, qui omnia sua in se collegit? (*cf.* HIER. epist. 54, 3, 3 anima . . . nullos -s quaerit ornatus. *al.*). nat. 6, 2, 6 quae -s terrent (*al.*). epist. 85, 14 -s causae incidunt (HIL. in Matth. 4, 21 p. 939A propriis vitiis . . . et -s incidentibus [*sic opp.*: 5, 13 p. 949D]. *al.*). 85, 16 *sapiens* contemnit venientes -s causas (LACT. inst. 3, 3, 3. *al.* IVVENC. 3, 164 [*opp.* interno concepta e pectore; *ad* VVLG. Marc. 7, 18]. PELAG. in I Cor. 10, 13 p. 182, 21 [*opp.* sponte, spontanea voluntate]. *al.*). *al.* SACERD. gramm. VI 463, 12 sumitur epitheton . . . ab animo . . ., a corpore . . ., ⌊ab⌋ -s *eqs.* (⌊ ⌋ *del. Keil, recte* [*cf.* CHAR. gramm. p. 361, 1 B.]. *v. p. 2084, 74.* DIOM. gramm. I 458, 34. 459, 17 -s quae sumuntur . . . descendunt . . . a loco, ab actu, ab eventu *eqs.* SERV. gramm. IV 430, 15. *cf.* PRISC. gramm. II 83, 19 accidentia . . . ex qualitate vel quantitate animi vel corporis vel -s forte evenientium trahuntur). *al.*

Ⅱ '*ubi ?*': CIC. fin. 5, 68 quae sunt -s, id est quae neque in animo insunt neque in corpore, ut amici, ut parentes *eqs.* (*sic opp.* [*cf. p. 2084, 74*]: PRISC. rhet. 7, 22 p. 556, 32 [*gr. Hermog. p. 12, 21 Sp.* τὰ . . . ἐκτός]. AVG. civ. 18, 41 p. 318, 30 D. *al.*). ac. frg. 20 *honestatem* ipsam . . . ad se animos ducere nullo . . . commodo -s posito. SEN. epist. 50, 4 non est -s malum nostrum, intra nos est, in visceribus ipsis sedet. ITALA II Cor. 7, 5 (Tert. resurr. 40 p. 84, 23) -s pugnae. . . . intrinsecus timor (*Vulg.* foris). LVCIF. moriend. 14 p. 314, 11 illa, quae -s sunt, . . . nihil iudico ad me pertinere, alitesne an canes meum corpus lanient *eqs.* HIER. epist. 54, 9, 2 alia peccata -s sunt ([*syn.* a foris]. 55, 2, 6. *al.*). AVG. gen. ad litt. 8, 9 p. 244, 23 in homine secundum corpus ei, quod intrinsecus (*opp.*) agit natura, servit -s medicina (*syn.* forinsecus. *al.*). in psalm. 36 serm. 2, 13 p. 371med. non habet -s facultatem, sed habet intrinsecus caritatem. *al.*

β vice attributi adi.: TERT. spect. 1 p. 1, 13 nihil obstrepere religioni in animo et in conscientia tanta solacia -s oculorum vel aurium. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 56 p. 304, 5 partitur . . . laudes et vituperationes per animi res et corporis et -s (AVG. civ. 8, 8 p. 332, 26 D. tertium genus bonorum, quod appellatur -s. *v. p. 2084, 74*). HIER. epist. 22, 24, 2 in te nullus sit -s cogitatus. CANON. Dionys. Exig. p. 44, 19 St. damnatos . . . omni -s honore privari (*gr. Mansi 2 p. 1308E* τῆς ἔξωθεν τιμῆς). CONC.S I 5 p. 122, 19 *substantias dei patris et Christi filii* diversas . . . esse . . . et separatas proprietate sua, solam autem habere coniunctionem -s et honorariam (*gr. I 1, 7 p. 40, 19* συνάφειαν τὴν ἔξωθεν).

b *animanti vel rei ipsi opponuntur aut aliae personae aut ea, quae ad id ipsum, de quo agitur, non pertinent, quasi aliena* (*opp. pron. refl. vel* ipse *saepe.* per naturam: *p. 2086, 1*): *α usu adverbiali: quaeritur*: Ⅰ '*unde ?*': *c. respectu*: Ⓐ *animantium (dei l. 56 sqq.), fere i. q. aliunde, non ex se ipso* (*paulo aliter, opp.* ex enumeratis personis: *l. 54*): QVINT. inst. 2, 16, 13 *muta animalia* minus egere adquisitae -s opis *quam hominem* (*al.*). TRYPH. dig. 16, 3, 31, 1 bonam fidem inter eos tantum, ⟨inter⟩ quos contractum est, nullo -s adsumpto aestimare debemus, an respectu etiam aliarum personarum? (DON. Ter. Hec. 58 *προτατικὸν πρόσωπον* Terenti more -s assumitur [Ad. praef. 1, 8]). VLP. dig. 46, 7, 5, 3 si . . . -s persona defensoris interveniat (*opp.*: si . . . ex personis enumeratis in defensionem quis succedat). CLAVD. DON. Aen. 12, 105 p. 565, 17 nullo hortante vel urguente -s ipse sibi fuit hortamento. *al.* *peculiariter de deo*: PANEG. 12, 26, 1 *deus* sine ullo -s accedente . . . impulsu per te ipse movearis. ARNOB. nat. 7, 15 p. 249, 14 nec quicquam expectare *deos*, quod sit ab se foris atque -s veniens (CAPREOL. epist. 2 Conc.S II 3, 3 p. VII 21). *al.* RVFIN. hist. 10, 5 p. 965, 4 *Arrianis placet* -s creatum dei filium . . . et non ex ipsa patris deitate progenitum (symb. 4 p. 343A). Orig. princ. 1, 24 p. 33, 3 *Christus* non . . . per adoptionem spiritus filius fit -s, sed natura filius est. *al.* BOETH. cons. 3, 10, 12 W. ne *deum* . . . summum bonum . . . -s accepisse . . . praesumas *eqs. al.* CASSIOD. Didym. in I Petr. 3, 15⌊ p. 30, 2 *non* ei -s culmen sublimitatis adfertur. *al.*

Ⓑ *rerum*: Ⅰ *universe*: VARRO Men. 500 nitens pavonis collus nihil -s sumens (ling. 8, 43 nihil . . ., quo magis minusve sit simile quod conferas cum altero, ad iudicandum -s oportet sumi. *cf.* 8, 69 adsum⟨i⟩ [9, 94. 10, 28. 10, 29]. HIL. trin. 1, 35 p. 48A nihil novum, nihil -s praesumptum afferentes *eqs. al.*). CIC. fat. 24 *atomum* sine causa moveri, quia nulla causa accedat -s (VLP. dig. 5, 3, 20, 3; *opp.* ex ipsa hereditate. *al.*). *al.* LIV. 7, 29, 3 belli . . . causa cum Samnitibus Romanis . . . -s venit, non orta inter ipsos est (PAPIN. dig. 35, 1, 99; *syn.* non ex testamento. *cf.* LIV. 25, 7, 10 intervenit [SEN. benef. 5, 5, 4]. COD. Iust. 6, 61, 8 pr.; *syn.* non ex paterna substantia. 8, 41, 8, 1 naturaliter inesse rebus . . . et non verbis -s supervenire. *al.*). IAVOL. dig. 19, 2, 57 (*Labeo*) damni . . . iniuriae actio ob ea ipsa sit, per quae non -s alia causa oblata damno quis adfectus est. GAIVS dig. 3, 3, 46, 4 *procurator* quod ex lite consecutus erit sive principaliter ipsius rei nomine sive -s ob eam rem. PAVL. dig. 36, 2, 6, 1 si -s suspendatur legatum, non ex ipso testamento ([*cf. syn. l. 75*]. *al.*). *al.* GELL. 1, 3, 28 has . . . aestimationes alia . . . momenta -s . . . moderantur. LACT. inst. 3, 1, 3 veritas . . . satis ornata per se est ideoque ornamentis -s additis fucata corrumpitur (*syn.* aliunde). *al.* SERV. Aen. 8, 220 grave est per naturam ponderosum, gravatum, quod oneratur -s (*cf. opp.*: IVNIL. 2, 6 p. 500, 23 *legis latio dividitur* in naturalem discretionem et in legem -s positam). *al.* *paulo audacius*: MART. CAP. 5, 545 *iudices* vel ex causae ipsius blandimentis vel -s conciliamus. Ⅱ *in arte rhetorum, philos. (l. 11. 19), poet. (l. 21. 23)*: CIC. de orat. 1, 188 adhibitast . . . ars quaedam -s ex alio genere (QVINT. inst. 5, 11, 36 adhibebitur -s in causam et auctoritas. 5, 13, 35. *al.*). 2, 163 *probationes sumuntur* -s . . ., cum ea, quae sunt foris neque haerent in rei natura, colliguntur ([*antea opp. et syn.*: aut ex sua sumi vi atque natura, aut adsumi foris]. BOETH. cons. 3, 12, 35 W.; *opp.* insitis domesticisque probationibus. *cf.* CIC. top. 8 alii *loci* in eo ipso, de quo agitur, haerent, alii adsumuntur -s *eqs.* [*sic opp.* 72]. 24 QVINT. inst. 7, 4, 7. *al.*). 2, 318 *principia* in dicendo non -s alicunde quaerenda, sed ex ipsis visceribus causae sumenda sunt. top. 8 -s . . . ducuntur, quae absunt longeque disiuncta sunt (QVINT. inst. 3, 6, 7 aliae *quaestiones* sunt propriae causarum, . . . aliae adductae -s. 5, 11, 1. *al.*). QVINT. inst. 3, 8, 18. 8, 3, 30. 12, 10, 38 verborum gratia, quam in ipsis non habemus, -s condienda est. *al.* GELL. 4, 1, 19 non allata -s . . . sed indidem nata (*al.*). 13, 25, 19 in . . . versu . . . verbum . . . supplendi numeri causa -s additum et consarcinatum. SVLP. SEV. dial. 3, 5, 6 *excursum extra sermonis ordinem* -s inserere (*cf. infra l. 71*). MACR. Sat. 5, 16, 5 *Vergilius in georg.* post praecepta . . . singulos libros acciti -s argumenti interpositione conclusit. *al.* Ⓒ *apud gramm.* (*cf. et p. 2084, 21*): DIOM. gramm. I 338, 3 *in impersonalibus verbis*, ut plenus sit sensus, -s necessario adduntur pronomina . . . quasi 'pudet me' *eqs.* (*cf.* MACR. exc. gramm. V 646, 15). PRISC. gramm. III 167, 15 possessiva pronomina primae et secundae personae sive possessoris sui sive -s personis bene copulantur (*sic spectat ad usum non reflexivum* [*vel 'retransitivum' v. l. 32*]: III 168, 26 nec aliter . . . potest *pronomen q. e. 'suus'* . . . construi cum aliis -s personis nisi per retransitionem . . ., ut 'rogat me ille, ut suus servus ministret mihi'. 170, 5. 173, 16. 176, 19 Graeci *pronominibus ἑαυτοῦ sim.* . . . utuntur, quando eadem persona in sese vel in suam . . . possessionem facit aliquid, quae *ἰδιοπαθῆ* . . . vocant, id est 'sui passa' vel 'a se patientia' [*opp.*] . . .; simplicia vero [*i. αὐτοῦ sim.*] *ἀλλοπαθῆ* nominant, id est '-s passionem facientia' vel 'patientia'. 177, 4. 7). SERV. gramm. IV 410, 27 intrinsecus . . . dicitur, quod pertinet ad personam possidentis, -s, quod pertinet ad personam possessi (*spectat ad p. 2084, 32; item*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 500, 34. 501, 6 illud . . . quod possidetur, merito -s dicitur, quia potest cum illo etiam non esse, a quo possidetur. *al.*). Ⓓ *de eis, quae in textu non leguntur atque e sensu lectoris supplenda sunt* (*opp. e. g. Porph. Hor. carm. 2, 8, 11* ex superiore. *epod. 9, 2* ex inferioribus): PORPH. Hor. carm. 1, 11, 3 subaudiendum hic verbum -s, quod est 'possis' (1, 13, 13. *al.* SERV. auct. georg. 2, 420. *cf.* PORPH. Hor. carm. 2, 16, 27 -s hic audiendum 'quatenus' [*al.* DON. Ter. Phorm. 1]). 2, 7, 27 accipiendum -s 'etiam' (2, 14, 7. *al.* SERV. auct. Aen. 4, 98. 10, 71). epod. 4, 2 accersendum huc -s 'tanta'. DON. Ter. Andr. 870 assumendum est . . . -s 'me'. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 338, 4. *sim. de litteris ex coniect. legentis supplendis*: VLP. dig. 28, 4, 1 pr. 'legi' *litteras in testamento scriptas* . . . sic accipiendum, non intellegi, sed oculis perspici, quae sunt scripta: ceterum si -s intelleguntur, non videbuntur legi posse. Ⓔ *de testimoniis iis, quae ad narrationis, rei gestae veritatem probandam aliunde (i. ex commentariis, interpretationibus sim.) adsumuntur*: HIL. trin. 11, 7 p. 404A quae . . . divinitus dicta sunt, necesse est ita dicta sint, ut ad id, quod dicta sunt, non alienorum atque -s dictorum confirmentur exemplis (*al.*). RVFIN. hist. 2 praef. 2 quae . . . post ascensionem *Christi* . . . consecuta sunt, videamus, partim divinarum scripturarum testimoniis edocentes, partim et -s ex his, quae . . . in commentariis . . . conperimus, adprobantes. 2, 17, 3 nihil . . . vel de proprio vel -s addidit (οἰκοθεν [*l. v. ἔξωθεν*] καὶ ἐξ ἑαυτοῦ). 2, 25, 5 testimonium quaerere -s superfluum puto, cum rem gestam . . . monumenta testentur (*gr. aliter*). Orig. in Ios. 11, 1 p. 362, 23 nec interpretationem -s indigent, in quibus gestorum lumen coruscat.

Ⅱ '*ubi ?*': VARRO ling. 8, 18 *nomina*, quae in eas res, quae -s, declinantur, sunt ⟨ut⟩ ab equo equile *eqs.* (*syn.* foris. *cf. Dahlmann ad l.; v. et p. 2087, 1*). CIC. fin. 5, 39 quod *vitem* . . . tuetur (*sc. cura viticolae*), est id -s; in ipsa enim parum magna vis inest. SEN. epist. 33, 6 *flosculi philosophorum* multum conferant rudibus adhuc et -s auscultantibus. COLVM. 1, 6, 17 haec, etsi -s, non tamen intempestive videor hoc loco rettulisse (SVLP. SEV. Mart. 22, 6). VLP. dig. 3, 2, 13, 6 interest, in causa, quae agebatur, causa cognita aliquid pronuntiatum sit an quaedam -s sunt elocuta. 25, 1, 5 pr. *dotem imminuunt impensae*, quae in dotem ipsam factae sint. . . . si -s, non imminuent. BOETH. cons. 3, 2, 3 W. *summo bono* si quid aforet, summum esse non posset, quoniam relinqueretur -s, quod posset optari. diff. top. 3 p. 1199D hic . . . locus -s dicitur constitutus, quoniam non de his, qui praedicati vel subiecti sunt termini, sumitur, sed ab -s posito iudicio venit (in top. Cic. 1 p. 280, 38; *opp.* inclusa). VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 1 p. 181A quae in vestra fide -s habentur et publice (*syn.*) praedicantur (*opp.* profunda mysteriorum arcana). *al.*

β vice attributi adi.: VARRO ling. 8, 14 nomina declinantur aut in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut ab Terentius Te-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

renti, aut in ea⟨s⟩ res -s, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equiso (*cf. p. 2086, 66*). QVINT. inst. 4, 2, 18 excutiendi alicuius -s criminis *gratia*. FRONTIN. strat. 1, 2, 6 explorandi genus, quo ipsi duces nullo -s adiutorio per se provident. CALL. dig. 48, 18, 15, 1 cum nullis -s argumentis accusatio impleatur. VLP. dig. 24, 1, 5, 2 quod inter ipsos *maritum et uxorem* ... agatur, non valere; quodsi aliarum -s rerum personarumve causa commixta sit, ... nec donationem impediri (CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 45, 2 persona ... -s deerat [*antea*: ab ipsis malis aliena]). GELL. 13, 1, 8 *θάνατος* quasi naturalis ... nulla -s vi coactus. MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 18 p. 1248B revelatio ..., id est quasi -s admonitio (*antea*: dum ipsi intellegimus deum). DON. Ter. Phorm. 35 in hac scaena ... miri -s lepores facetiaeque cernuntur. BOETH. trin. 5, 16 constat non *potestatem* ... per se domino accidere, sed per servorum quodam modo -s accessum. *al.*

2 *laxius*: **a** *ex eo usu, de quo s. B 1 b (p. 2085, 43) actum est, prodierunt notiones q. s.*: **α** *per exclusionem rei ante dictae (cf. e. g. p. 2085, 60. 74. 2086, 5), fere i. q. aliter*: VLP. dig. 26, 9, 4 *tutoris dolus pupillo nocet, si pupillus locupletior factus est*, at si -s aliquid tutor dolo admiserit, pupillo nihil nocere oportet. PS. CYPR. rebapt. 11 p. 82, 34 utrum perisse eum *martyrem, qui ante baptismum obiit*, pronuntiabis, quia non est aqua baptizatus, an vero aliquid -s patrocinari ei ad salutem existimabis? COD. Theod. 10, 8, 3 his ... beneficio ... -s debeat subveniri ([*i. non per restitutionem*]. *cf.* NOVELL. Anth. 3 pr. non eam *rem* recipiat, sed ... princeps petitori -s, qua voluerit ratione, succurrat). COD. Iust. 4, 65, 1 (*edict. imp. Carac.*) *vi maiore vel effractura latronum* cessantibus si quid -s ex depositis rebus inlaesis horreis perierit (*immutatum e forma antiquiore. ubi occurrit notio propria* [*p. 2083, 60*]: COLL. MOS. 10, 9 inlaesis -s horreis). *al.*

β per additionem, fere i. q. praeterea (cf. syn. praeter *e. g. l. 39. 43. 51. 67), insuper*: Ⓘ *usu adverbiali*: Ⓐ *generaliter*: GELL. 7, 1, 11 hanc utilitatem ... alia ... incommoditas -s consecuta est. TERT. orat. 10 p. 187, 14 praemissa ... ordinaria oratione ... ius est ... superstruendi -s petitiones. adv. Prax. 22 p. 268, 9 interpretante -s scriptura non cognovisse illos *eqs.* LACT. epit. 61, 7 qui habet coniugem, nihil quaerat -s, sed contentus ea sola *sit*. EVTR. 9, 25, 1 uxores, sorores, liberos cepit, infinitam -s Persarum nobilitatem. HIL. in Matth. 12, 11 p. 987B cum turbas omnes curatas ... dixisset, nunc -s daemonium habens caecus ... offertur. trin. 6, 39 p. 189B. VVLG. II Cor. 11, 28 fui ... in frigore et nuditate, praeter illa, quae -s sunt, instantia mea cotidiana (*χωρὶς τῶν παρεκτός*). RVFIN. hist. 6, 23, 2 omnibus ... -s necessariis abundantissime ministratis (*om. gr.*). Orig. in cant. prol. p. 87, 9 cum neque ecclesia dei ulla -s ... cantica legenda susceperit neque apud Hebraeos ... aliquid praeter hos tres libellos ... amplius habeatur in canone. princ. 3, 4, 2 p. 267, 13. CASSIAN. conl. 2, 21, 1 modum *continentiae* ... retinete nullum -s coctionis pulmentum ... sumentes (*ibid.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 496, 27 haec sunt, quae Donatus in prima parte artium tractavit; haec magister Servius -s dictavit. ACT. Petr. 17 p. 64, 27 *pauperibus* dedi multa ... et illi -s multa tribui. *al.* Ⓑ *apud ICTos*: VLP. dig. 47, 3, 2 si proponas tigni furtivi nomine aedibus iuncti actum, deliberari poterit, an -s sit rei vindicatio. EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes[7] p. 271) I 15 praeter VI ⟨milium⟩ solidorum adfixum semel canonem trea milia -s (*v. p. 2083, 16*) solidorum annua praestare. I 18 si quid ⟨-s luc⟩ri est. COD. Theod. 3, 6, 1 (= Iust. 5, 2, 1) non modo ... poenae ... expertes sint, ... sed -s data pignera lucrativa habeant. 6, 4, 20 non solum ... pretium cogatur exsolvere, verum etiam multae quoque nomine dimidium -s pretium cogatur inferre (*al.*). 6, 24, 10 habeantur inmunes nulloque -s onere praegraventur (*al.*). 10, 1, 5 pr. (= Iust. 10, 1, 7, 1) si quid subtractum fuerit, exigatur et -s tantum aliud multae nomine. *al.* INST. Iust. 4, 1, 19 furti actio ... tantum ad poenae persecutionem pertinet: nam ipsius rei persecutionem -s habet dominus.

Ⓘ *vice attributi adi.*: TERT. orat. 25, 1 non erit otiosa -s observatio etiam horarum quarundam (*i. observatio insuper accedens ad praeceptum omni tempore orandi* [*sic Diercks ad l.*]). BOETH. herm. pr. 2, 10 p. 128, 27 in -s temporibus eadem ratio est ([*Aristot. p. 19b, 18 ἐπὶ τῶν ἐκτὸς ... χρόνων*]. p. 129, 20. p. 129, 24 -s ... tempora vocat, quae sunt praeter praesens, id est praeteritum et futurum [herm. sec. 4, 10 p. 263, 18]).

b *fere i. q. separatim, seorsum (syn. l. 80. v. p. 2083, 21. cf.* extra *p. 2053, 69)*: GAIVS dig. 36, 1, 65, 11 si quid praeterea ... relictum sit, id ... non venit in computationem ... legis *Falcidiae*, sed -s numeratur (RVFIN. Orig. princ. 4, 24 p. 342, 5 non *mulieres* ... posse -s numerari, sed in his, qui viri appellantur, etiam ipsas comprehendi). VEG. mulom. 2, 130, 2 lini seminis et faeni Graeci unciae singulae decoquuntur -s (*cf. de componendis medicaminibus*: PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 6 *mixturae* addes ... pigmenta, quae -s triveris). RVFIN. hist. 6, 25, 2 *in XXII libris Hebraei* concludunt canonem voluminum divinorum; Machabaeorum vero libros -s habent (*ἔξω*). *al.* EPIST. pontif. 324 Migne 20, 597B epistolae -s missae respondere (*syn.* seorsum). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 239, 32 a verbo eam *humanitatis naturam* quodam modo discidentes et -s semoventes atque sequestrantes, ut duo intellegantur et non iam unus ... inhumanatus ... sermo (*gr. I 1, 6 p. 162, 16 ἔξω τιθέντες ἰδικῶς*). IOH. MAXENT. Conc.S IV 2 p. 3, 28 *Cyrillus* augmentum fecisse non creditur, quia non in ipso sancti symboli mathemate ipsas ... sententias inseruit, sed eas -s proferens ... sensum ... symboli reddidit manifestum (p. 3, 30). EVGRAPH. Ter. Eun. 1 p. 90, 7 quidam intelligunt 'quam plurimis bonis', nos intelligamus -s 'plurimos' nihil aliud posuisse nisi malos: boni enim ... pauci sunt. BOETH. diff. top. 3 p. 1201A *Cicero*, quae affecta sunt, multifaria divisione partitus est, solum vero iudicium -s segregavit. herm. pr. 1, 2 p. 49, 26 id, quod dicimus 'ferus', cum alia parte nominis, quae est 'equi', unum consignificat 'equiferus', separatum autem nihil extra designat; quod si rursus ipsum nomen -s, non in alterius nominis parte ponatur, significat velut nomen (herm. sec. 2, 5 p. 110, 10). CASSIOD. inst. 1, 15, 10 -s huic libro 'de orthographia' titulum dedi. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 17 p. 192C *decretum Nicaeni concilii* -s recitetur. *al.*

c *fere i. q. contra, praeter ordinem*: RVFIN. hist. 5, 24, 6 diem ... observaverunt secundum euangelium, nihil omnino -s agentes, sed ... regulam ... conservantes (*μηδὲν παρεκβαίνοντες*). NICET. psalm. 13 p. 80, 9 *cantores oportet* vocem suam intra sonum chori concinentis includere, non -s extollentes aut protrahentes ... ad ... ostentationem indecenter efferre.

3 *nota iuncturam c. praep.* ab: BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 128, 28 praeteritum et futurum, quod est -s a praesenti tempore (*de re cf. p. 2087, 65 sqq.*).

II ***praep.***: **A** *c. gen.: fere i. q. extra*: CASSIOD. Ios. antiq. 8, 3 p. 225fin. -s ... huius templi aliam aedificavit aulam (*gr. 8, 96 τούτου ἔξωθεν*). **B** *c. abl.: fere i. q. sine*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 85 neque ... -s aliqua ratiocinatione mentitus est *Apion* (*deest gr.*).

2. extrīnsecus, -a, -um. *fluxit ex usu adverbii in vicem attributi positi (v. p. 2083, 35 sq.). legitur inde a* BOETH. *et in latinitate medii aevi (cf. Quicherat, Add. lex. lat. p. 101; Löfstedt, Coniectanea I, 1950, 52 sqq.).*

1 *proprie: apud medicos*: ORIBAS. eup. 4, 4 add. p. 530 fiunt ... erisipilas, quemadmodum in -is membris (*i. extremitatibus*), sic et in cerebro. ALEX. TRALL. 2, 181tit. de -is adiutoriis (*i. medicaminibus -s adhibendis*).

2 *translate*: **a** *i. q. ad externa bona (non ad animam) pertinens*: GREG. M. epist. 10, 19 p. 254, 17 non solum de salute animarum, verum etiam de -a (extrinsecus *l. v.; cf. Norberg, Stud. crit. II 1939, 204 sq.*) subiectorum utilitate et cautela ... esse sollicitus. **b** *i. q. extrinsecus (non a causa ipsa) petitus*: BOETH. diff. top. 3 p. 1204B qui *locus* apud Themistium inter -os locos ponitur a maiore et minore. **c** *i. q. saecularis (syn. l. 44), ad ecclesiam non pertinens*: CONC.S II 2, 2 p. 38, 7 apud -as leges ([extrinsecus *l. v.*]. *gr. II 1, 2 p. 161, 25 παρὰ τῶν ἔξω νόμων. syn. p. 58, 23* exteris, *p. 91, 6* publicis, *p. 108, 33* saeculares). *Hiltbrunner.*

[*?* LVCR. frg. Char. gramm. p. 73, 11 B. (= frg. 3 Diels) cameraeque caminis **extritibus** (*v. app. cr.*).]

extrītio, -ōnis *f. ab* exterere. *i. q. (actio exterendi) exstinctio, eversio (translate)*: ITALA num. 15, 31 (Aug. quaest. hept. 4, 25 p. 334, 26) -e exteretur (*cf. p. 2025, 16*). IV Esdr. 15, 15 quia adpropinquavit gladius et -o (*A1*, contritio *SA2CM*, *Vulg.*, *Bensly*) eorum (*cf. 15, 18* exterentur). 15, 39 sidus ad faciendum -em (extri tionem *A1*, exteritionem *S*, *Bensly*, extricationem *A2*; ad faciendas strages *CM*; exterritationem *Sixto-Clem. cf. 15, 40* ut exterant [exterreant *Sixto-Clem.*] omnem terram).

extrītus *v.* extero. *K.*

1. extro, -āre. *secundum* intrare *comice fictum*. AFRAN. com. 5 simul limen intrabo, illi -bunt ilico (NON. p. 104, 19 *ad l.*: pro exibunt).

2. extrō *adv. ad* extra, *cf.* intro. NOT. Tir. 51, 56.

compos.: extrorsum.

[**extronus** *v. s.* exthronus.]

extrōrsum (-us *v. l. 62*) *adv. imminutum ex* extrōvorsum (-us), *cf.* introrsum (-us). *de formis*: -us (*nusquam pro certo trad.*): *v. l. 65. 66. forma contracta* -ōsum: GLOSS. II 287, 44 *εἰς τὸ ἐξώτερον*, -osum. [*francog. vet., prov.* a estros. *M.-L.*] [*falso trad.*: CAES. Gall. 7, 23, 2 introrsus (-us *l. v.*). CHAR. gramm. p. 243, 15 B. dextrorsum (-um *l. v.*). *ibid.* l. 17 dextrorsus (-us *l. v.*).]

i. q. in exteriorem partem (c. verbis movendi): PRVD. cath. 9, 74 obice -um (extorsum, retrorsum *vv. ll.*) reculso porta *inferorum* reddit mortuos. GREG. TVR. Mart. 3, 58 membris ... contractis ac retortis -um brachiis *puer spasmaticus illacrimavit.*

extrūdo, -sī, -sum, -ere. *ab* ex *et* trudere. *scribitur*: etr-: PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 (*M*). -ussit: TERT. pall. 4, 4 (*BC*). NOT. Tir. 80, 51 -it. 54 -sit. *de notione*: DON. Ter. Hec. 173 invitum recessisse vis verbi demonstrat, nam proprie '-ere' dicitur, qui manibus expellit; sed hic translatione usus est, ut ostenderet tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. *ibid.*: '-it' verbum necessitatis. SCHOL. Ter. p. 120, 30 expellis (*ad p. 2089, 38*). GLOSS.L I Ansil. EX 1339 deprimo. III Abstr. EX 77 depello. 92 -sa, longe ducta (*cf.* Abol. EX 27 longe abire facit). Abol. EX 144 expellit (*al.*). GLOSS. recludo, repello, *ἐξωθῶ*. *de usu: v. p. 2089, 13. legitur inde a* PLAVTO, CATONE, TER., CIC. *per totam latinitatem.*

[*var. c.*: excludere: HOR. epist. 2, 2, 11 AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 p. 392, 13. *al. v. et p. 2089, 3. 5. 7.* excutere: IVVENC. 2, 57.

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ex(s)truere: PLAVT. Merc. 357. TERT. pall. 4, 4 (*cf. p. 2088, 72*). *v. etiam l. 5 [bis]. 6. 9.* trudere: RVFIN. epist. Clement. 7 (tradetur *l. v.*). *e coni.*: PLAVT. Mil. 977 (*Lambin*, excludam *trad.* [*recte def. Langen, Beitr. p. 250 sqq.*]). CIC. Phil. 10, 11 (*Muret recte*; extruimus, exclusimus *trad.*). SALL. Catil. 20, 11 (*Gronov*, extruendo *recte trad.*). TERT. resurr. 51 p. 105, 3 (*Rhenanus recte*, extruxit *trad.*). SCHOL. Hor. carm. 2, 18, 15 (*Stowasser*, excludi *trad.*). MART. CAP. 3, 261 (*vulg.*, extuditur *trad.*, excutitur *Dick*). COD. Theod. 7, 8, 15 (*Gothofredus*, extruere *falso trad.*). *del.*: VITR. 10, 12, 2 ext⟨enti⟩ rudentes (*suppl. Jocundus*).]

i. q. foras trudere (*vi praep. q. e. 'sursum': infra l. 71. 82*):

I *animantes (animam l. 65. sim.* carnem et sanguinem *l. 34), fere i. q. eicere, expellere* (*saepius in sermonis usu cottidiano pro notionibus q. s.: facere, ut alqs. coactus proficiscatur, abire iubere, repudiare* [*v. Hofmann, Umgangsspr.³ p. 154*]): PLAVT. Aul. 38 *senex* anum foras -it, ne sit conscia (Cas. 789 incenatum senem foras -unt mulieres [APVL. flor. 6 p. 22 inpransus ad opus foras -itur]. Mil. 1124 quin si voluntate nolet *cedere meretrix*, vi -am foras [foris *trad.*]. Poen. 38 ambitionis causa *histriones*. 1220 si sim Iuppiter, iam ... ego illam uxorem ducam et Iunonem -am foras. Truc. 86 peperisse simulat sese *meretrix*, ut me -at foras. TER. Eun. 737. *sic e coni.*: PLAVT. Rud. 1066 illum quem dudum ⟨e fano foras⟩ [*add. Lambin*] lenonem -isti). 44 qua me nunc causa -isti ex aedibus (*antea*: exi; exeundum ... tibi hinc est foras. Cas. 776 illae ... senem cupiunt -ere incenatum [*cf. l. 16*] ex aedibus. *cf.* TAC. Agr. 33, 4 *hostes* veniunt e latebris suis -si. *v. et l. 22*). 70 ita me miseram ad hunc modum decies die uno saepe -it aedibus (Rud. 1046. *sic c. abl.* [*v. et l. 33*]: HEGES. 2, 9, 3 p. 158, 8 urbe [*gr. 2, 406 ἐξεκήρυττον*]. HIER. chron. a. Abr. 2111 Domitianus ... philosophos ... Roma per edictum -it [*syn. 2104* pepulit]. CYPR. GALL. gen. 555. *al.*). Cist. 530 ubi odium occeperit, illam -et, tum hanc uxorem ... ducet domum (*sic de repudio mulieris* [*v. etiam l. 18. 20*]: TER. Phorm. 692. 913 viduam -i turpest). Merc. 357 *pater* hinc olim invitum domo -sit ab se, mercatum ire iussit ([*v. supra l. 1*]. TERT. resurr. 51 p. 105, 3 si *apostolus* ... carnem et sanguinem a regno dei -sit [*v. supra l. 6*]. GREG. TVR. Thom. p. 104, 22 nos [*i. daemonas*] a sedibus nostris [*syn.* eicis]. *al.*). TER. Hec. 173 eo (*i. Imbrum*) amantem invitum Pamphilum -it pater (*v. p. 2088, 73*). Haut. 589 di te eradicent, Syre, qui me hinc -is ([*antea*: abi. *v. p. 2088, 77 sq.*]. 809 ne denuo miser aliquo -ar hinc, ne accedam ad Bacchidem). CATO or. frg. 37, 1 pueri atque mulieres -bantur fami causa. CIC. dom. 65 ⟨si⟩ posses *Catonem* -ere ad Cypriam pecuniam (*syn.* amandandus, relegatur, eiciuntur. ad Brut. 1, 14 [= 9, 22 Sj.], 1 statim -si tabellarios litterasque [*v. l. 76*] ad Ciceronem. *v. etiam l. 17*). Phil. 10, 10 *Antonius* tamquam -retur a senatu in Macedoniam et non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit (de orat. 2, 234 [*in imag.*] te in viam, simulac perpaulum gustaris; -am et eiciam. VVLG. II Macc. 5, 8 in Aegyptum. RVFIN. Adamant. 1, 12 p. 29, 18 inimicos in tenebras exteriores [*ἀπώσασθαι*]). 10, 11 alios ad negotium publicum ire cum cupimus, vix solemus -ere, hunc retinentes -simus (*v. supra l. 4*). Att. 3, 14, 2 iam -imur, non a Plancio, nam is quidem retinet, verum ab ipso loco. 5, 1, 5 ut ... Pomptinum -as (*i. moneas, ut Roma ad me veniat*). 16, 2, 4 quoniam furcilla -imur, Brundisium cogito. epist. 7, 6, 1 nisi te -issemus (*i. persuasissemus, ut ires in Britanniam*). 14, 6 Pollicem, si adhuc non est profectus, quam primum fac -as (*sc. cum litteris*). TAC. ann. 1, 23, 3 *milites seditiosi* tribunos ... ac praefectum castrorum -sere. 4, 57, 3 *Tiberius* traditur ... matris inpotentia -sum, quam dominationis sociam aspernabatur. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 1 mercatum ... filium -it pater. QVEROL. p. 37, 12 quotiens ultro citroque -imur, necesse est remeare ad diem. AMM. 14, 2, 11 unde ... pavore vique repellente -si *latrones*. 14, 6, 19 sectatoribus disciplinarum liberalium ... sine respiratione ulla -sis (*syn.* pellerentur ab urbe praecipites). 31, 4, 13 Sarmatis inde -sis. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 p. 392, 13 eicitur et -itur *Iudas a Christo* (*v. p. 2088, 83*). SVLP. SEV. chron. 2, 10, 4 *Esdras* filios ex his *matrimoniis* susceptos -i iubet. MACR. somn. 1, 13, 9 qui de corpore violenter -it *animam morte voluntaria* (*seq.* exit extorta. AVELL. p. 56, 6 ecclesiam, de qua fuerat -sus *haereticus*). EVCHER. epist. ad Val. p. 714ᴰ si bonis *futurae vitae* non illicimur, malis *praesentis vitae* -amur (*syn.* exturbant). AVELL. p. 56, 2 ultra fines. *al.*

II *res* (*v. etiam l. 12*): **A** *corporales* (*caelum p. 2090, 5.* halitum *p. 2090, 9*): **1** *proprie*: **a** *fere i. q. eicere* (*praep. exhibet notionem sursum movendi [cf. etiam l. 82]: l. 72*): LVCR. 6, 692 *ventus ex Aetna* -it ... simul mirando pondere saxa (*syn. 689* eicit alte. *v. l. 71*). AMM. 26, 10, 19 naves -sae rabidis fluctibus (*Petschenig*, flatibus *trad.*) culminibus insidere tectorum. ENNOD. opusc. 4, 22 p. 388, 13 (*in imag.*) -entia paleas flabra.

b *i. q. celeriter mittere (sc. litteras): v. l. 42.*

c *fere i. q. excludere, dimovere*: CAES. Gall. 3, 12, 3 -so mari aggere ac molibus. MARCELL. med. 34, 38 filicis radix ... arundinem extrahit, rursum arundinis radix ... filicem, quae corpori inhaeserit, celeriter -it.

d *fere i. q. exprimendo (crescendo l. 83) protrudere* (*praep. exhibet notionem sursum movendi [cf. et l. 71]: e.g. p. 2090, 3*): GRATT. 489 tenera ... -ens cornua fronte haedus (*v. l. 81*). VITR. 1, 5, 7 oneris ... magnitudo ... ⟨non⟩ poterit ulla ratione -ere muri substructiones. 6, 8, 4 cum cunei ... pressi ... -rent incumbas. 6, 8, 5 terrae congestio ... et pondere et amplitudine disrumpit et -it structurarum saeptiones. 8, 3, 2 *fontes* per angustas venas vehementia spiritus -untur ad summos grumorum tumulos (*v. p. 2089, 82*). 9, 8, 3 pondus ... frequentiam caeli compressione solidatam -ens in aërem patentem. 9, 8, 13 lingula ... celeriter per orbiculi foramen id *aquae pondus* -it ad vasum excipiens eam *aquam*. 10, 7, 3 emboli ... *aëra cum aqua* cogent ⟨et⟩ -ent inflando pressionibus per fistularum nares aquam in catinum. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363ᴬ halitum, quem maeror -it, etiam gemitum vocamus (*gr. aliter*).

e *fere i. q. porrigere*: MELA 2, 89 rupes, quae in altum Pyrenaeum -it. 2, 107 Euboea ad meridiem promunturium Geraeston et Capherea, ad septentrionem Cenaeum -it.

2 *translate*: **a** *i. q. cupide vendere, distrahere*: HOR. epist. 2, 2, 11 plenius aequo laudat venales qui volt -ere merces (*v. p. 2088, 83*).

b *i. q. mutandi causa removere atque alia re supplere*: TERT. pall. 4, 4 *Cleomachus* endromidis solocem aliqua multicia synthesi -sit (*v. p. 2089, 1*).

B *incorporales*: **1** *proprie*: **a** *i. q. transferre in alium locum*: PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 aut oppressum iam bellum esset aut in ... Hispaniam ... -sum. **b** *in imag., fere i. q. trudendo, feriendo amovere, tollere*: TERT. adv. Marc. 1, 21 p. 318, 16 hoc ... cuneo veritatis omnis -itur haeresis. scorp. 10 p. 169, 1 nec ullus obicem praescriptionis istius -et.

2 *translate: fere i. q. evertere* (*c. notione immutandi l. 27; cf. supra l. 17*): LVCR. 3, 964 cedit ... rerum novitate -sa vetustas (*v. l. 26*). RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 17 *potator* reliquum, quod habet menti⟨s⟩ ac sensu⟨s⟩, poculis -ere ... festinat.

deriv.: extrusicius.

[**extruncāre** (*i.* eruncare): eruere, eradicare GLOSS.]

extruncis arbor truncata GLOSS.

extruo *v. s.* exstruo.

extrūsīcius, -a, (-um). *ab* extrudere. *de ungulis, fere i. q. laborans eo vitio, ut prima pars ungulae quasi extrusa videatur* (*de re v. Werk, RhM. 67, 1912, 149*): CHIRON 22 quibuscunque iumentis suffusio in pedibus per vetustatem ungulas -as habuerit (*inde* VEG. mulom. 1, 26, 1 [excruciata extrisia *l. v.*]). 734 intelleguntur -ae ungulae esse.

extūberāsco, -ere. *ab* ex *et* tuberascere, *cf.* extuberare. *fere i. q. in tuber (i. collem) se erigere*: IVL. VAL. 1, 29 quibus (*i. loci eminentiis quinque*) in cetero aequore -entibus.

extūberātio, -ōnis *f. ab* extuberare. *fere i. q. tuber excrescens*: PLIN. nat. 31, 104 *sal* inponitur ... -bus (exuberationibus *l. v.*).

extūbero, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* tuber, *cf.* protuberare *et* tuberare. GLOSS.ᴸ III Abstr. EX 57 -at, tumet, exstat. [*variat c.*: crassescere: *l. 62.* exsuperare: *l. 73.* exuberare: *l. 51. 53. 71. 73.*]

A *transitive*: **1** *active: fere i. q. tumefacere*: SEN. nat. 6, 4, 1 *motus terrae* defert montes, subrigit plana, valles -at (exub- *l. v.*), ... in profundo insulas erigit. VEN. FORT. vita Germ. 68, 184 Parisius, cuius quasi pugnus -verat (exub- *l. v.*) oculum (*transitivum esse censet Blomgren, Stud. Fort. I p. 101 adn. 3; at* oculus *l. v. si genuina, ad intransit. [l. 65] referri debet*). **2** *mediopass.: fere i. q. intumescere*: SOL. 2, 33 boa ... longo in saeculo ita ... satietate ultimo -atur, ut obsistere magnitudini eius nulla vis queat. 27, 32 *anguis* quem percussit, distenditur (*syn.*) enormique corpulentia necatur -tus (*inde* ISID. orig. 12, 4, 16 -tum ... putredo sequitur). 30, 30 *cinnamum* quod in crassitudinem -atur, despectui est (*inde syn. Isid. orig. 17, 8, 10* extenditur). 52, 47 ficus ..., quarum codices in orbem spatio sexaginta passuum -antur (crassescunt *l. v.*). AMM. 22, 15, 23 *hippopotamus* cum aviditate nimia -to ventre pigrescit. 25, 10, 13 *Iovianus* fertur ... -to capite perisse.

B *intransitive (v. etiam l. 55): fere i. q. in tuber excrescere* (*intumescere l. 74*): PLIN. nat. 19, 33 *non* -ante loco, in quo gignuntur *tubera*, aut rimas sentiente. 21, 96 *helxines radix*, ex qua media veluti malum -at contectum sua fronde (*gr. Theophr. hist. plant. 6, 4, 9 ἐπιπέφυκεν*). 37, 110 *callaina gemma* nascitur ... in rupibus ..., oculi figura -ans. 37, 196 *gemmae* cavae aut -antes viliores videntur aequalibus. PALLAD. 4, 10, 25 plantae, in quibus frequens nodus -at (exub- *l. v.*). AMBR. hex. 6, 9, 60 p. 251, 4 *oculum circumdant* malarum ... gibbi -antes (-antem, -ant *sim. trad.*; exsup-, exub- *vv. ll.*). PRVD. perist. 10, 117 plumbo ... cervix verberata -et (*v. l. 66*).

deriv.: extuberatio, *cf.* extuberascere.

extumēdo (extumido *l. v.*) *ἀπόστημα* GLOSS.

? illa *pars animi* ..., in qua feritas quaedam sit ..., cum sit inmoderato **extumēfacta** (*coni. Christ*, obstupefacta *trad.* [extupofacta *B ante corr.*, tumefacta *cod. Eliensis*]. *Plato rep. p. 571ᶜ πλησθέν*) potu atque pastu CIC. div. 1, 60.

extumeo, -ēre. *ab* ex *et* tumere. *perf.* -ui *v. s.* extumescere. *fere i. q. tumidum esse* (*vel fieri*): PLAVT. Truc. 199 illi⟨c⟩ (*i. mulieri, quae praegnas fuisse dicitur*) uterum ... numquam -ere sensi.

extumēsco, -uī, -ere. *ab* ex *et* tumere, *cf.* tumescere. GLOSS.

[Hiltbrunner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cod. Monac. 14388 p. 51 Thielo fratescunt (*quod verbum vol. VI 1 post p. 1260, 23 addendum esse signif. Lindsay in sched.*) papill[i]ae, cum primum -unt (etum- *trad.*, tumescunt *loco sim. Paul. Fest. p. 91. cf. et Lindsay, Gloss.L IV p. 209 adn. ad 'fratrare'*).

fere i. q. intumescere: **1** *proprie*: PLIN. nat. 37, 69 *smaragdos Thermiaeos* -entes (intumescentes *l. v.*) pinguiter. **2** *translate*: APVL. apol. 78 hisce auditis exacerbatus ... iste ... ita ira -uit, ita exarsit furore, ut *eqs.* EVANTH. de com. 3, 5 *Terenti* fabulae eo sunt temperamento, ut neque -ant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur (*opp.*) ad mimicam vilitatem.

extumidus, -a, -um. [*cf. c.* extumere *et c.* tumidus. *W.*] *compar.* -ior: *v. l. 17. 18. 20.*

fere i. q. tumidus, vel in altum (v. l. 15) vel extra corpus exstans: VARRO rust. 1, 51, 1 aream esse oportet ... potissimum rutundam et mediam paulo -am, ut ... *aqua pluvia* extra aream defluere possit (*v. l. 13*). CHIRON 7 pollicem inferius ... deprimis, ut vena superius -ior fiat ([*inde syn. Veg. mulom. 1, 22* tumidior]. 123 plenae omnes sunt sanguine et -ae sunt). 70 -ior fit *oculus*. 111 genua contra -iora (extumiora *trad.*) fient et tumor fla[c]tius erit. 184 sunt quibus et glandulae inter maxillas ... increscent carnibus et -iores fiunt.

extumus *v. p. 1994, 53 sqq.*

extunc *v. s.* ex *p. 1126, 31.*

exturdo, -tudī, -tūsum, -ere. *ab* ex *et* tundere. *scribitur* exst-: VERG. georg. 4, 328 (*R*). *cf. infra l. 29. 34.* NOT. Tir. 79, 78 -it. 79, 81 -udit. 79, 84 -sum. *de notione*: NON. p. 102, 14 -ere est extorquere (*ad l. 73*) vel invenire (*ad p. 2092, 9*). *v. et l. 48. p. 2092, 7. 10. 11. 12.* GLOSS.L I Ansil. EX 1353 -erant expresserant: Virgilius (*v. l. 47*). III Abol. EX 1 -udit, tundendo extorsit. 132 produxit. II Abav. ST 43 studit (*i.* -udit *c. aphaeresi, cf. l. 21*), subicit, conlisit, confregit (*ad* PHAEDR. *l. 53?*). GLOSS. ἐκκόπτω ἀπὸ λίθου (λιοου *trad.*, λείου *dubitans Heraeus in schedis*). ἐλαύνω ἐπὶ σιδήρου ἢ ἄλλης ὕλης, -o, cudo. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, AFRAN., VERG., HOR. *per totam latinitatem.*

[*variat c.*: ex(s)tudere (*i.* studere *c. prothesi*): GELL. 17, 20, 4. *v. et p. 1941, 37 sq. cf. l. 24.* excudere: COLVM. 11, 1, 1 GELL. 19, 8, 14 LACT. opif. 1, 2. *al.* excutere: SEN. nat. 7, 4, 3. *al.* extendere: SEN benef. 1, 3, 1 AMBR. spir. 2, 13, 148 p. 774D. *al. v. et p. 1969, 53* extrudere: VERG. georg. 1, 133. *cf. l. 42.* extulisse: PLAVT. Most. 221 VAL. MAX. 5, 2. 10 LAVS Pis. 176 SVET. Vesp. 2, 2. *al. cf. l. 41.* *e coni.*: VAL. MAX. 9, 15, 1 (*Gertz.* se excudit, extulit *trad.*). TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 21 (*Oehler*, excondis *trad.*). MART. CAP. 3, 261 extunditur (*Kopp*, extuditur *trad.*, extruditur *ed. plerique, rectius, ut vid.*).]

I *proprie*: **A** *c. vi praep. q. e. 'foras' (v. l. 54)*: **1** *in metallis, i. q. malleo exprimere, caelare (c. obi. effectūs)*: VERG. Aen. 8, 665 *Volcanus in scuto Aeneae* salios nudosque lupercos lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo -erat ([-erant *R*, *Gloss. v. l. 27*]. *syn. 8, 701* caelatus. *aliter* [*v. p 2092, 7*] SERV. *ad l.*: studiose fecerat). **2** *in corpore animantis (aliter l. 56), i. q. illidendo contundere (proculcare l. 53)*: SEN. contr. 10, 4, 2 *vir crudelis* alterius bracchia amputat ..., alterius diminutas (comminutas *exc.*) scapulas in deforme ⌊tuber⌋ -it (⌊ ⌋ *servant exc.*). PHAEDR. 1, 21, 9 asinus, ut vidit *leonem* ... impune laedi, calcibus frontem -udit (*v. supra l. 30. nota* 'ex-' *dici de ictu propulsantis; aliter nostrates c. respectu eius rei, quae ictum patitur, 'einschlagen'*). **3** *fere i. q. tundendo, pulsando efficere, ut alqd. eiciatur*: CELS. 4, 11, 2 frequens tussis sanguinem quoque -it. DRAC. Romul. 8, 394 -it harenas pressa carina solo.

B *c. vi praep. auctiva, fere i. q. vehementer (add. per abundantiam) pultare*: DIONYS. EXIG. vita Pachom. 9 p. 235A diabolus ... transfiguravit se in mulierem ... et coepit ostium cellae eius *monachi* vehementer -ere.

II *translate*: **A** *fere i. q. excutere, depellere, tollere*: HOR. sat. 2, 2, 14 cum labor -erit fastidia, siccus, inanis sperne cibum vilem.

B *fere i. q. (cum labore) efficere: praevalet notio*: **1** *eliciendi (pellucet imago eius qui e silice scintillam excudit: l. 80. p. 2092, 5)*: **a** *strictius: fere i. q. instanti opera et vi quadam urgente alqd petitum sim. extorquere (aut verbis vel efflagitantibus vel instigantibus aut alio cogendi modo. pendet enunt. per* ut: *l. 74. 75. 76. 78. 83)*: PLAVT. Most. 221 eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi ⟨*syn.*⟩, atque olim, prius quam id -udi, quom illi subblandiebar (*v. supra l. 39*). AFRAN. com. 110 itaque adeo -o ex officio: datur mihi custodiendus (*v. supra l. 26*). VAL. MAX. 1, 4, 5 (*epit. Par.*) corvi ... vix ... -erunt, ut domum rediret *Metellus*. 3, 4, 4 *Fortuna* -udit ..., ut *Varroni* ... dictatura deferretur. 5, 2, 10 *libitinarii* perseveranti ... postulatione -erunt (*v. supra l. 39*), ut exequiarum apparatus ... ipsis ... addiceretur. 9, 15, 1 Herophilus ... C. Marium ... avum sibi vindicando ita -udit (*v. supra l. 40*), ut ... coloniae se ... patronum adoptarent. SEN. benef. 1, 3, 1 qui instat ..., etiam ex duro et inmemori pectore gratiam -it (*v. supra l. 37. 66*). clem. 1, 12, 5 acerrima virtus est, quam ultima necessitas -it. COLVM. 11, 1, 1 Claudius ... -udit (*v. supra l. 35*) mihi, cultus hortorum prosa ut oratione componerem. SVET. Vesp. 2, 2 latum clavum ... ut ... appeteret compelli *non* nisi a matre potuit; ea demum -udit (*v. l. 39 sq.*) magis convicio quam precibus vel auctoritate. APVL. apol. 93 haec ego ab invita Pudentilla ... aegre -udi, ... precibus ... extorsi (*syn.*).

b *laxius: fere i. q. producere*: SEN. nat. 7 4, 3 aquarum ... evaporatio splendores tantum coeli ... movet, ... terrarum exhalatio fulmina -it (*v. p. 2091, 36. 66*). LAVS Pis. 176 dulce melos Nereius -udit heros (*i. Achilles*) pollice.

2 *caelandi, excudendi* (*cf. p. 2091, 45.* SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 133 a fabris translatio): **a** *accedente notione inveniendi*: VERG. georg. 1, 133 ut varias usus meditando -ret (*v. p. 2091, 38*) artes paulatim ([SERV. *ad l.*: studiose reperiret et coleret. BREV. EXPOS. *ad l.*: excuderet. *v. et l. 7sq. p. 2091, 26. cf. etiam p. 1941, 37 sq.*]. 4, 315 quis deus hanc ..., quis nobis -udit artem? [SERV. *ad l.*: studiose repperit]). 4, 328 honorem, quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers omnia temptanti -erat. GELL. 19, 8, 14 quaeri ... ista omnia et enucleari et -i (*v. p. 2091, 35*) ab hominibus negotiosis ... non queunt.

b *c. respectu quasi massae rudis formandae*: QVINT. inst. 1, 3, 6 *pueros discentes* alios continuatio -it, in aliis plus impetus facit. GELL. 17, 20, 4 eloquentiae ... -endae (*v. p. 2091, 34*) gratia Athenas venisse. **c** *c. respectu quasi effigiei exscalpendae*: TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 639, 21 cum ... Christus canitur 'succinctus gladio' ..., vere eum et visibilem -is (*v. p. 2091, 41*) proeliatorem. ARNOB. nat. 4, 26 p. 163, 12 *Iuppiter* ... vix ... unam potuit prolem -ere, concinnare, conpingere. **d** *fere i. q. perficere*: LACT. opif. 1, 2 nulla me necessitate ... inpediri, quominus aliquid (*sc. librum*) -am (*v. p. 2091, 36*), quo philosophi ... doctiores ... fiant (AMBR. spir. 2, 13, 148 p. 774D aut labore ... aut arte). HIL. AREL. vita Honorat. 17 p. 1258C quid ... non -ret illa instantia? *Hiltbrunner.*

***exturbo**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* turbare. *scribitur* est-: VVLG. Ios. 7, 25. *de formis: perf. brev. l. 48. 66. 76. p. 2093, 27. 62.* PLAVT. Trin. 601 -vit *trisyllabum esse docuit Lachmann ad Lucr. 5, 396, vix recte; cf. infra l. 49.* NOT. Tir. 49, 80b. *de notione*: SYNON. Cic. p. 424. 11 B. -at. excutit. expellit. amovet. extrahit. detrahit. p. 441, 17 reiecti. confusi. -ti ... dispersi ... perturbati. GLOSS.L III Abol. EX 119 -at expellit. GLOSS. ἐκταράσσω. καταθορυβῶ. παρεξωθεῖ. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, ACC., CIC. *per totam latinitatem.* [*it.* sturbare, *hisp.* estorbar. *M.-L.*]

[*vv. ll.*: CIC. Quinct. 95 deturbari. S. Rosc. 23 sex turbat (*v. et p. 2093, 44*). VAL. MAX. 6, 3, 5 extirpanda (*cf. p. 2093, 43*). OPTAT. 2, 18 p. 53, 7 perturbata.]

fere i. q. **eicere, per vim expellere** *sim.* (*c. vi praep. q. e. foras; at vis auctiva statuenda esse videtur p. 2093, 47.* *saepe coniungitur c.* praeceps *sim., e. g. l. 52. 69. 84. p. 2093, 9.* *indicatur unde per: abl.: v. l. 50. 52. 55. 58. 61. 61. 74. 77. 84. al.* *praep.*: ab: *v. l. 53. p. 2093, 12. 27.* de: *v. l. 82. p. 2093, 2. 9.* ex: *v. l. 48. 62. 63. 64. 73. 76. p. 2093, 21. 27. 33.* extra: *v. l. 71.* *adv.: v. l. 78. p. 2093, 5*): **I** *notione locali vigente, c. respectu certae sedis, ex qua proturbantur*: **A** *animantia* (animae: *v. p. 2093, 25*): **1** *homines: domo sim.*: PLAVT. Trin. 137 eum -asti ex aedibus (601 postquam -vit hic nos [ex *del. Guyet*] nostris aedibus [*v. supra l. 30*]. 805 cunctos -a aedibus). 1084 is habitatum huc commigravit nosque -vit foras. CIC. S. Rosc. 23 iste ... hunc ... eicit domo atque focis patriis disque penatibus praecipitem, iudices, -at (*v. supra l. 37.* RVT. LVP. 1, 13 p. 8, 25 domo sua, ab suis diis penatibus vi. PLIN. paneg. 35, 3). Cluent. 14 (*syn.* expulsa). ASCON. Mil. p. 31, 19 Milo *Clodium* ... -ari taberna[m] iussit (*syn.* extractus est). TAC. ann. 15, 39, 2 populo -to ac profugo (*sc. aedibus incendio deletis*). SVET. Aug. 6 -tus inde (*i. cubiculo*) subita vi. *regno sim.*: ACC. trag. 334 extorris, regno -tus. TAC. ann. 2. 45, 3 *Maroboduum* infensis animis -andum. 12, 15, 1. 15, 2, 4 Tigranen Armenia -a⟨re⟩. *fortunis, possessionibus sim.*: CIC. Quinct. 95 miserum est -ari fortunis omnibus, miserius est iniuria (*v. supra l. 37*). Verr. II 2, 46 patriis ... bonis. Sull. 71 homines ex possessionibus. PLIN. paneg. 50, 1 -tis prioribus dominis. *e civitate, terra sim.*: CIC. Verr. II 4, 67 rex ... praeceps e (*om. a*) provincia populi Romani -tus est. Mur. 45 hominem e civitate (Sest. 65. *al.*). dom. 110 cum ⟨me⟩ indemnatum -res. or. frg. A XV 23 quos ipsi -arunt, eos in civitatem restitutos. Att. 8, 16, 2 qui me -ent, cum ipsi domi maneant. VELL. 2, 19, 1 urbe (*syn.* exules fecit). LACT. mort. pers. 39, 5 *Maximinus Valeriam* in exilium relegat, nec in locum certum, sed huc atque illuc praecipitem cum ludibrio -at. AMM. 30, 8, 10 ad ...-andos ... meliores ... inclinati *principes*. RVFIN. hist. mon. 28 p. 452C *haereticus* in fugam vertitur, quem fratres ... insequentes extra terminos terrae ... -verunt. *al.* *ex agris sim.*: CIC. leg. agr. 2, 84 dico ... -ari et expelli plebem ex agris, non constitui et conlocari (TAC. ann. 14, 31, 2). AMBR. Nab. 1, 1 agellulo suo pauperem. *e navi*: CIC. dom. 24 (*in imag.*) cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e navi -asses. *loco armis defenso*: BELL. Afr. 40, 5 Scipione eiusque copiis campo collibusque -tis atque in castra compulsis. LIV. 21, 9, 2 *Saguntini* hostem ... in ruinas muri expellunt, inde inpeditum ... -bant. 35, 36, 7 -andos Aetolos. TAC. hist. 4, 70, 1 Civilis ... Claudium Labeonem capere aut -are nititur. ann. 2, 2, 2 *Parthorum* -antium Antonium. 11, 18, 2. AMM. 25, 8, 1 *Persas* -vere Germani. VEG. mil. 4, 15 p. 138, 15 obsidentes ... missilibus defensores ... de propugnaculis civitatis -ant. *templo, ecclesia sim.*: SIL. 11, 103 nonne *legatos* -tos iam dudum limine templi praecipites agis ad

[Díaz y Díaz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

portas? OPTAT. 2, 18 p. 53, 7 cum signis catholica frequentia -ta (*v. p. 2092, 39*) et cruentata de sedibus suis expulsa est. AMBR. c. Aux. 23 p. 1014B de templo suo Iesus flagello eicit ..., dominus flagello -at sacrilegos. *mundo*: EVCHER. epist. ad Val. p. 714D inde nos illa *futurae vitae commoda* ... provocant, hinc ista (*i. terrena incommoda*) vehementer -ant (*syn.* extrudamur, fugant).

2 *bestiae*: COLVM. 8, 17, 10 *in vivario contra procellas munito* piscis sedibus suis non -atur. EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 952B *aves pullos* de nidis ... praecipites -ant atque proiciunt (*gr. p. 180d ἐκβάλλουσι*).

3 *deus, daemones*: ARNOB. nat. 1, 50 p. 34, 9 *Christus* imperio ... uno -vit a corporibus daemonas. PRVD. perist. 2, 470 te (*i. Iovem*) Paulus ... *Roma* exterminat, te sanguis -at Petri.

B *res: fere i. q. (vi) excutere, extrudere (elidere l. 16, evellere l. 17, emittere l. 19), removere:* **1** *corp.* (*v. etiam l. 29*): PLAVT. Poen. 382 ego illi mastigiae -o oculos atque dentes. CATVLL. 64, 108 *arbor turbine* radicitus -ta ... cadit. PLIN. nat. 20, 109 *asparagi radix* pota calculos ... -at. SIL. 16, 481 *cursores* exsiluere ... ocius effusis nervo -ante sagittis.

2 *incorp.*: **a** *ea, quae mentem commovent* (*sim.* mens *ipsa l. 29*): PLAVT. Curc. 224 istam -es ex animo aegritudinem (IVST. 15, 3, 11 memoria *iniuriae* -ta). SEN. Phaedr. 130 nefanda ... pectore -a ocius. epist. 50, 8 *vitia* depelli et -ari possunt. 51, 13 voluptates. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 26, 12 humilitas -et superbiam. **b** *varia*: OV. met. 15, 175 *Pythagoras*: parcite ... caede -are animas (*i. e suo in aliud corpus transire cogere*). ARNOB. nat. 1, 48 p. 32, 9 Christus ... scitur ... -asse ab oculis caecitates. AMM. 14, 7, 21 velut -tum e iudiciis fas omne discessit. AMBR. c. Aux. 1 p. 1008A si me vis aliqua abduceret ab ecclesia, carnem (*v. supra l. 15*) meam -ari posse, non mentem (*aliter l. 58*).

II *notione locali debilitata*: **A** *servata vi separat.*: **1** *c. vi expellendi, eiciendi*: CIC. Quinct. 49 cuius ... bona venierunt ..., is non modo ex numero vivorum -atur, sed ... infra etiam mortuos ⟨a⟩mandatur (*cf. etiam l. 41*). TAC. ann. 11, 12, 2 ut *Messalina* Iuniam Silanam ... matrimonio *Silii* ... -ret (*sic de uxore removenda*: 14, 60 1 *Nero* -at Octaviam sterilem dictitans).

2 *c. vi deterrendi* (*cf.* deturbare): AMM. 26, 3, 1 ut *praefectus* veneficos ... morte multaret atque ita paucorum discrimine reliquos ... formidine parium -ret.

B *vi separat. magis minusve evanida*: **1** *c. notione perdendi, delendi, tollendi sim.*: **a** *homines*: SVLPICIA sat. 19 an reliquas terras conservat (*opp.*) *Iuppiter* ..., sed genus Ausonium Romulique -at (extirpat *Baehrens*) alumnos? VVLG. Ios. 7, 25 quia turbasti nos, -et (et t- *sim. vv. ll.; v. et p. 2092, 29*) te dominus in die hac.

b *res*: PLAVT. Most. 1032 numquid Tranio turbavit? :: immo -vit omnia (*in lusu verb. ambigue dictum, sc. et 'plane, funditus turbare' [sc. vi praep. auctiva, v. p. 2092, 41] et 'aedibus expellere', i. delere, exhaurire sim.*). LIV. 6, 21, 8 nova iniuria -vit omnem spem pacis. VAL. MAX. 6, 3, 5 *praetor* ad -anda latrocinia ... ne quis telum haberet edixerat (*v. p. 2092, 38*). SEN. epist. 82, 19 totum genus istuc (*i. artificia dialectica*) -andum iudico (*cf.* FIRM. math. 1, 3, 2 totam istam scientiam dubitationis desperatione). PLIN. paneg. 32, 2 *bonus princeps* si non sterilitatem, at mala sterilitatis -at (*opp.* bona fecunditatis inportat).

2 *c. vi valde turbandi, fere i. q. perturbare, concutere, commovere sim.* (*v. et l. 47*): CIC. ad Q. fr. 1, 4, 4 multa convenerunt, quae mentem -rent meam (*i. percuterent, vehementissime commoverent. aliter supra l. 29*). STAT. Theb. 1, 441 quisnam ... ardor -are odiis tranquilla silentia noctis? (*cf.* 10, 219 *vates* talia vociferans noctem -bat [*Schol. ad l.*: id est noctis quietem]. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 3, 7 cum violentior auster eiecisset noctis placidam atque -asset quietem). 3, 231 *Argivi* -ent resides frenos (*i. quasi quietos et sopitos cieant, excitent*). 3, 693 semper lacrimis gemituque ... -ta quies *animi* (*cf. l. 61 sqq.*). *Díaz y Díaz.*

?**exturpo,** -āvī, -āre. *ab* ex *et* turpis (*an falso pro* exstirpare?). *i. q. turpiter perdere*: SCHOL. Pers. 3, 31 luxuriosum, qui ... nobilitatem male utendo -erit (*corr. ex* exurp-; -tir-, -tyr- *vv. ll.*).

extussio, (-īvī), -ītum, -īre. *ab* ex *et* tussire. *scrib.* et- *l. 81.* [*francog. vet.* estoussir. *Rohlfs.*] [*var. lect.: v. l. 77. 78. e coni.*: CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97 et tussita (*trad.*, -ta *ed. Roville in marg.* [*item* 2, 16, 98]).]

i. q. cum tussi exscreare, ἐκβήσσειν (*at cf. p. 2094, 1*): **1** *c. obi.*: CELS. 2, 8, 36 dolor capitis ... nisi vomicam ... excitavit sic, ut pus -retur (*cf. gr. Hippocr. prorrh. 2, 30 βήξασι*). PLIN. nat. 10, 197 serpentes ... *ova* solida hauriunt ..., quae deinde in semet convoluti frangunt intus atque ita putamina -unt (excutiunt *l. v.*). 23, 72 cortex ... medetur sanguinem reicientibus et suppurata -entibus (et tuss- *l. v.*). 35, 177 *sulpur* prodest ... purulenta ... -entibus (MARCELL. med. 16, 59 qui sanguinulentum aut purulentum -unt. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 103 bronchon ..., quo liquida et purulenta etussiantur [*v. l. 69 sq.*]).

2 *absolute*: ALEX. TRALL. 2, 11 vir per multum tempus molestias sustinens de tusse non poterat fortiter -ire, donec lapidem exspueret (*aliter gr. 2 p. 153 P. οὐκ ἠδυνήθη τοῦ βήσσειν ἰσχυρῶς ἀπαλλαγῆναι ἕως ὅτου τὸν λίθον ἀνέπτυσεν*).

exvapōro *v. s.* evaporo. *Hiltbrunner.*

exūberantia, -ae *f. ab* exuberare. *gr. notatur*: ἐξουβερ: PAP. Oxyrh. XIV 1660, 3 (*s. IV*); *i. ἐξουβεραντίας* (*ἐξουβερατίωνος proposuit Meinersmann, Lat. W. i. gr. Pap., p. 17, vix recte*). GLOSS.L II Abav. AB 74 abundantia, copia (CO 331 facultas, utilitas). Philox. EX 214 *ἐκτέν⟨ε⟩ια.* [*var. lect.*: exsuperantia *v. p. 1953, 82 sqq., cf. l. 55. v. et l. 12. 18.*]

1 *fere i. q. abundantia, ubertas, copia*: **a** *in universum*: GELL. 8, 7 de -a aut interitu *memoriae*. AMBR. spir. 1, 8, 96 p. 727D abundantem quandam -am (exuberans vim *l. v.*) gratiarum. CASSIAN. conl. 1, 2, 1 *agricola sperat* perceptionem copiosarum frugum et -am segetum. 10, 10, 12 spiritalium sensuum. ARNOB. ad Greg. 12 p. 402, 14 (*in imag., cf. l. 16*) -a⟨m⟩ olei tui mendicorum lucernulis erogare. **b** *peculiariter, fere i. q. divitiae* (*cf. l. 15*): ITALA Luc. 21, 4 (cod. s) *v. p. 1954, 2.* SALV. gub. 6, 50 vix poterat religionis auctoritas inter tantam rerum -am (exuberantium *l. v.*) morum tenere censuram (LAVRENT. eleemos. p. 108D).

2 *fere i. q. nimietas*: **a** *de semine, quod e corpore excernitur*: CASSIAN. inst. 6, 22 concretam -am sine ullo pruritu ... propellens. **b** *de luxuria ciborum*: SACR. Leon. p. 420 *fructus terrae* non ... ad -am corporalem, sed ad fragilitatis nos sufficientiam percepisse.

3 *fere i. q. residuum pecuniae*: CASSIAN. conl. 24, 13, 3 quod ad sustentationem senectutis excresceret, cotidiana -a conferebat.

exūberātio, -ōnis *f. ab* exuberare. [*var. lect.*: exsuperatio: *v. l. 36. e coni.*: VITR. 1, 4, 8 -bus (*vetus corrector codd. L et l*, e superationibus *recte trad.*).]

A *i. q. actio exuberandi*: VINDIC. med. 37 ex *iecoris vesica* ... -e *fellis* facta, *quod in sanguine fuerit acrius*, ... ad oculos ... effundi (*ibid.*: fellis egestionem atque -em).

A *i. q. actus exulcerandi, ulceris efficiendi* (*cf. p. 2103, 49. vi praeposit. locali [cf. p. 2103, 23. 2105, 70] pellucente: v. l. 43*): **1** *proprie: -o aut morbo, vulneratione sim. gignitur aut curandi, sanandi causa efficitur* ([*v. l. 48 sqq.*]. *hic illic id, quod -em facit, vel expressis verbis significatur vel ex re perspicua est, e. g. l. 34. 41. 43. 49. 52*): CELS. 2, 1, 18 propriae ... dentientium gingivarum -es (*aliter gr. Hippocr. aph. 3, 25 ὀδαξησμοί. cf. p. 2103, 7*). 2, 7, 7 in articulis aliquas -es gravis habeant (*aliter gr. Hippocr. prorrhet. 2, 42 p. 72 L. μελιχηρίδα ... γίνεσθαι*). 3, 22, 3 *pthisis a capite* in pulmonem (*v. et p. 2103, 10*) destillat; huic -o accedit (et ex hoc ulceratio accidit *l. v.*). 4, 9, 1 in interiore ... faucium (*v. et l. 69*) parte interdum -o esse consuevit (*seq.*: vitio iam haerenti). 5, 28, 6A *e frigore hiberno* pusulae oriuntur, deinde -o (*sim. de adaperiendo ulcere v. l. 73*). 6, 6, 1C eiusdem -is timor in palpebris pupillisve est (*gr. Hippocr. prorrhet. 2, 18 p. 44 L. ἕλκωθῆναι*). 6, 10, 1 tonsillae sine -e per inflammationem (*opp.*) intumuerunt (*cf. infra l. 78*). 7, 32 si digiti ... propter communem -em postea cohaeserunt (*cf. l. 74*). *al.* PLIN. nat. 28, 160 quae *venena* -e enecant (*cf. gr. Diosc. 2, 70, 5 δηγμούς*). FIRM. math. 1, 7, 20 quicquid paulo ante integrum videras, statim confecti corporis -o deformabat (*antea*: per ... cutem ... pestis erupit. *gr. Porph. vita Plot. 2 ἕλκωθῆναι* [*at v. Boll, Stud. Ptol. p. 234 sq. adn. 2*]. PLAC. med. 17, 12 rec. β ad capitis et corporis -em [ulc- *l. v.*] et furfures [*ex Marcell. med. 19, 32* exanthemata]). 5, 3, 5 ex fervescentium vulnerum -bus laborabunt. *in morbis curandis vel sanandis* (*v. l. 28. cf. p. 2104, 48 sqq.*): CELS. 5, 28, 14D *myrmecia latis radicibus haerentia* ne excidi quidem sine -e (ulc- *l. v.*) magna possunt. 7, 7, 6B donec -o eius loci (*i. palpebrarum*) finiatur (*cf. et l. 38. p. 2103, 16*). PLIN. nat. 30, 120 caventes -em altam (*sc. in vitiligine curanda cantharidibus. cf. p. 2104, 82*). 32, 83 -em (*sc. effectam cinere illito*) sequi debet curatio, quae perducit ad cicatricem. PLIN. VAL. 4, 28 *Cato* credit ... hoc modo tritam *brassicam* sine -e sanare *impetigines* (*sumptum e Garg. Mart. med. 30* sine ulceratione [-e *edd.*]).

2 *translate* (*cf. p. 2105, 22. v. et l. 16. opp.*: consolatio: *l. 59.* medicina: *l. 60. c. gen. subi.: l. 62*): SEN. dial. 11, 1, 3 haesitabam verebarque, ne haec non consolatio esset, sed -o. CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 46, 7 ut dicta ipsa medicinae potius animorum quam -i proficerent. PS. AMBR. paenit. 12 p. 985B conscientiae meae vulnus iam paene curatum peccati -e recruduit.

B *fere i. q. status eius, quod exulceratum est* (*cf. e. g. p. 2103, 67. saepe idem atque* ulcus. *iuxta pos.*: dolor: *l. 81. p. 2103, 12.* [*cf. p. 2103, 53*]. fluctio: *p. 2103, 16.* inflammatio: *l. 71. cf. l. 39.* inflatio: *l. 70.* rheumatismus: *p. 2103, 13.* rosio: *l. 82.* tumor: *l. 78. 80 [bis]. 81.* vitium: *p. 2103, 1.* vomica: *p. 2103, 2. 13. opp.*: cicatrix: *l. 84. v. et l. 73*): CELS. 4, 10, 1 tussis ... fere propter faucium -em est, quae multis modis contrahitur (PLIN. nat. 36, 140 *geodes lapis* medetur et faucium -i. *cf. l. 35*). 4, 12, 1 modo inflatio hunc (*i. stomachum*), modo inflammatio, modo -o adficit (*syn. 4, 12, 5* ulcera. *v. et p. 2103, 9*). 5, 28, 4B *altera species sacri ignis* est in summae cutis -e, sed sine altitudine. 5, 28, 6B si iam -o est (*opp.*: nondum adapertum ulcus [*cf. l. 37*]. 5, 28, 16B). 5, 28, 12N cum saepe -o digitorum, ... sanescendo in unum eos iungat (*seq.*: ulceris genus. *cf. l. 40*). 5, 28, 15C *in epinyctide* reperitur intus -o muccosa. 5, 28, 16A *in scabie* fit ... ex his (*i. pusulis quibusdam*) continuata -o pruriens. 6, 10, 4 si modicus quidem tumor *in tonsillis* sed -o est (*seq.*: ulcera. *cf. l. 39*). 8, 4, 22 ut non per omnem aetatem sit -o. SCRIB. LARG. 41 ad tumorem et -em aurium (*al.*). 143 ad renium tumorem et -em (*al.*). 146 ad tumorem et dolorem vesicae et -em (PLIN. nat. 20, 17 interaneorum vesicarumque -bus. 29, 43 vesicae rosionibus -busque [*gr. Diosc. 2, 50 ἕλκωσιν*]. *al.*). 173 oportet ... locum morsum a rabioso cane vel a serpente diu tenere in -e neque pati cicatricem ducere.

[Pfligersdorffer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

223 ad ... *ani* -es et vitia diutina. PLIN. nat. 20, 148 -em (*coni. Jan, v. adn. cr.*) et vomicas vulvae curant *mentā* illitā (*gr. Diosc. 3, 34, 1 ἀποστήματα.* 23, 75 *amurca* infunditur sedis, genitalium [*v. et l. 6*], vulvae -i. 28, 250 sanat ... vulvarum -es ... *asini* sebum. *al.*). 20, 155 ad oris -es (exhulcerationem *l. v.*) ... efficax habetur *semen puleii* (20, 167 oris -es ... tollit *capparis*. 22, 143 ad oris -es et genitalium [*v. et l. 3*]. 24, 9 [*gr. Diosc. 1, 107, 1 ἄφθας*]. 34, 115 oris ... gingivarumque -es [*syn.* ulcera. *cf. p. 2102, 30*]. *al.*). 21, 137 *crocum* discutit inflammationes omnes ...; item ... stomachi -es, pectoris et renium, iocinerum, pulmonum vesicarumque (28, 194 purulentas ... -es pectoris pulmonisque ... butyrum ... iuvat. *cf. p. 2102, 33*). 22, 102 ne qua sit -o intus. 23, 47 *vini genus quoddam* utile ... vulvarum dolori, ... veteri rheumatismo, -i, ... vomicis (*gr. Diosc. 5, 38, 2 ἑλκώσεσι*). 28, 189 linguae -i et arteriarum. 30, 80 cinis -es *sanat*. 31, 120 in facie ... -es (*sc. in eo morbo, qui nunc dicitur lepra nodosa*). 32, 64 *ostrea* cocta cum mulso tenesmo, qui sine -e sit, liberant. 33, 102 fluctiones inhibet oculorum -esque farina *stibii* (*gr. Diosc. 5, 84, 2 ἑλκῶν. cf. et p. 2102, 38. 50*). MARCELL. med. 34, 17 pedum (*e Plin. nat. 30, 80* ulcera). PLAC. med. 4, 14 rec. α ad veretri -em (*cf. Plin. nat. 28, 214* manantia ... ulcera). ORIBAS. syn. 9, 12 Ab p. 297 quibus de -e cicatricīs pinguīs fuerint generati (*cf. La* ex ulcere. *gr. 9, 12, 4 p. 284, 3 δι' ἕλκωσιν*). *nota de re in statu ulceroso secreta eaque arida, aspera, rugosa facta* (*pellucet vis praep. loc., cf. p. 2102, 26*): VEG. mulom. 1, 10, 3 -is (ulc- *l. v.*) illius (*sc. quae orta est e morbo malleo*) mitigatur asperitas.

exulcerātōrius, -a, -um. *ab* *exulcerator. *t. t. medic., i. qui vim habet exulcerandi (v. p. 2104, 64 sqq.), expurgandi*: PLIN. nat. 23, 126 *lac caprifici, quod coactum est in duritiam*, dilutum aceto miscetur -is medicamentis (*seq.*: lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat [*cf. p. 2104, 70. 76*]. *gr. Diosc. 1, 128, 3 ἑλκωτικός, ἀναστομωτικός*).

exulcerātrīx, -īcis *f.* *ab* *exulcerator. *i. q. exulcerans (v. p. 2104, 64 sqq. cf. p. 1186, 7. vice adi., cf. Neue-Wagener³ II p. 37)*: PLIN. nat. 27, 105 vis ei (*i. radici myosotae*) septica et -x, ideoque aegilopas sanat.

***exulcero,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* ulcus, *cf.* ulcerare *et gr. ἐξελκόω. scribitur* exhu- (*sec. gr. ἐξ-ἑλκ-, Leumann in plagulis*): PLIN. nat. 20, 109 (*pars codd.*). NOT. Tir. 111, 86 -at (-a *A*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 441, 22 B. resecare. exacerbare. -are. GLOSS.^{L} II Abav. EX 134 -at exasperat, stimulat. *al.* GLOSS. consumit. excomedit. saucio. vulnero. ulceratus. *al.* GLOSS.^{L} II Philox. EX 219 *ἀναξαίνει, ἀποτραυματοῖ, ἀφελκ⟨ο⟩ῖ*. GLOSS. *ἐξελκῶ. ἡλκωμένος. τραυματίζω. τετραυματισμένος. v. et p. 2104, 46 sq. 2105, 25. sine discrepantia notionis usurpatur verbum simpl. q. e.* ulcerare *e. g. Cels. 7, 8, 3 Plin. Val. 2, 1. v. et l. 39. legitur inde a* CIC., VARRONE, CELSO, SCRIB. LARG., SEN. phil., COLVM., PLIN. nat.; *posterioribus temporibus praecipue apud scriptores artis medicae; deesse videtur e. g.* DIOSC.

[*lect. var.: v. p. 2104, 26. 2105, 27. e coni.*: PLIN. nat. 31, 67 (*Mayhoff in adn., vix recte*). CHIRON 355 (*Oder*, exvulnerentur *trad., recte, ut vid.*). *suppl.: v. p. 2105, 63.*]

I ***vi praep.*** ***intentiva*** (*nonnumquam etiam auctiva [fere i. q. efficere, ut malum ulceris ingravescat]: v. e. g. l. 75. 83. p. 2104, 63. 77*): **A** *proprie: i. q. ulcerosum reddere* (*de exulcerationibus gravioribus, fere i. q. dilacerare, dirumpere: v. p. 2104, 2. 2105, 16. praevalente notione doloris inferendi, fere i. q. cruciare, vexare: p. 2105, 3*): **1** *animantes eorumque corpora vel partes corporis*: **a** *de exulcerationibus, quae vel fortuito vel morbo, tritura sim. eveniunt* (*etiam in partu ferarum: v. p. 2104, 2. 34*): α *variis modis* (*syn. et iuxta pos.: ad verb.: act.*: dilacerare *p. 2104, 35.* disrumpere *p. 2104, 35* [*v. et p. 2105, 16*]. leprosos facere *p. 2104, 31.* perforare *p. 2104, 38. pass.*: carbunculare *p. 2104, 27.* exasperari *l. 80. p. 2104, 7.* exedi *p. 2104, 16.* rumpi *l. 66.* tumere *p. 2104, 28. opp.*: sanescere *p. 2104, 5. cf. et p. 2104, 66. absol.: l. 75. 83. p. 2104, 25. p. p. p. pro adi. e. g. p. 2104, 5. 6 [bis]. 17. 24*): VARRO rust. 2, 9, 14 quidam ... perungunt *in catulis* aures et inter digitos, quod muscae et ricini ⟨et⟩ pulices soleant ... ea -are (*cf.* COLVM. 7, 13, 1 muscis aures canum -antur, saepe ut totas amittant. PLIN. nat. 29, 135 -tis et ruptis auribus. *al.*). CELS. 2, 7, 11 vel vesica vel renes -ti sunt (*gr. Hippocr. aphor. 4, 75 τῶν νεφρῶν ἢ p. 52 L. ἕλκωσιν σημαίνει.* PLIN. nat. 22, 149 -tam vesicam et renes [*cf. gr. Diosc. 2, 104, 2 εἱλκωμένην*]. *al. cf.* CELS. 4, 17, 2 *renibus. al.* SCRIB. LARG. 148 vesicam. *al.*). 2, 8, 33 os -atur (*cf. gr. Hippocr. prorrhet. 2. 23 p. 52 L. ἐξελκοῦσι*. 6, 7, 2^{A} medicamenta, quae oris -ti causa componuntur). 4, 5, 2 nihil pestiferum est, nisi quod pulmonem -vit ([-at *l. v.*]. COLVM. 6, 14, 1 *boum*. MARCELL. med. 16, 70 qui pulmonis -ti vitio ... purulentum ... excreat). 4, 9, 1 perfricare fauces periculosum est: -at enim (*v. l. 50. 62*). 4, 11, 2 gutture et arteriis -tis (PLIN. nat. 22, 136 [*cf. gr. Diosc. 2, 86, 1 τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας καὶ ἑλκώσεις*]. 28, 189 tonsillae et arteriae -tae [*cf. gr. Diosc. 2, 70, 2 ταῖς ἐντὸς ἑλκώσεσιν*]). 4, 12, 5 in faucibus -tis (PLIN. nat. 28, 129 *lac* gargarizatur [*cf. gr. Diosc. 2, 70, 5 πρὸς ἑλκώσεις ... παρισθμίων. syn. Marcell. med. 14, 56* exasperatas]). 4, 22, 1 intus intestina antur (*gr. Hippocr. π. παθ. 23 p. 234, 25 sq. L. ξύεται καὶ ἑλκοῦται.* VEG. mulom. 2, 79, 11 vermes ... vel lumbrici si intestinum -verint). 4, 22, 2 omnis agitatio -at (*v. l. 50. 62*). 4, 27, 1^{D} si ... vulva -ta est (PLIN. nat. 22, 134. 24, 187. 26, 157 [*cf. gr. Diosc. eupor. 2, 72 τὰς ... φλεγμονὰς τῆς ὑστέρας καὶ μύσεις*]. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^{A} unguibus *leo* ... dum nascitur, vulvam genitricis -at [*gr. p. 200^{A} διασπαράξας. v. p. 2103, 52. cf. l. 34*]. *al. cf. etiam l. 61*). 5, 28, 4^{A} serpit ... *ulcus sacri ignis* nonnunquam ... -to, ubi ruptis pusulis ulcus continuatur. 5, 28, 4^{B} (*opp.* sanescit). 5, 28, 15^{B} infra quasi -ta caro apparet (*aliter p. 2105, 72*). 5, 28, 17^{A} *impetiginis species* -ta est (*ibid.* magis -ta est *scabie*). 5, 28, 18^{A} magis cutis exasperatur -aturque (*cf. gr. Poll. Onom. 4, 194 p. 259, 5 ψυδράκια ... ἑλκώδη. aliter l. 57. 70*). 6, 2, 1 id (*sc. quasdam squamulas a cute resolvi*) ... evenit modo sine ulcere, modo -to loco (COLVM. 8, 7, 2 ne *gallina pinguis facienda* stercore loca naturalia -et. MARCELL. med. 31, 10 loco ani -to [*Niedermann*, -ta *trad.*]). 6, 6, 1^{B} pituita ... *in oculo* maturius desinit, nisi quid -vit (*cf. gr. Hippocr. prorrhet. 2, 18 p. 44 L. ἢν μὴ τρῶμα λάβῃ ὁ ὀφθαλμός.* 6, 6, 1^{C} [*gr. Hippocr. ibid. ἑλκῶσαι ... τὸν ὀφθαλμόν*]. 6, 6, 1^{D} ut tantum -etur oculus [*gr. Hippocr. prorrhet. 2, 18 p. 46 L. ἕλκος ... γενέσθαι ἐν τῷ ὀφθαλμῷ*]. 6, 6, 15^{A} SCRIB. LARG. 23. 24 cum prima tunica oculi exesa est aliave -ta. 186. *al.*). 6, 8, 1^{A} nares ... -tas (*al.*). *al.* SEN. dial. 3, 20, 3 -ta et aegra corpora, quae ad tactus levissimos gemunt (*cf. l. 72. p. 2105, 11*). epist. 66, 47 -ti ventris tormenta (*cf. gr. Usener, Epic. 138 δυσεντερικὰ πάθη.* 92, 25. *aliter infra l. 55*). SCRIB. LARG. 193 *ephemeron* stomachum mordendo -at (PLIN. nat. 24, 144 stomacho interaneisque -tis. 28, 196. *al.*). 228 non -tas eminentias tollere sine ferro ..., ut verrucas. *al.* PLIN. nat. 22, 65 infantes ... -ti perunguntur. 22, 142 collectiones ... -tas et rimosas. 23, 66 panos discutit *faex aceti* nondum -tos (*cf. gr. Diosc. 5, 114, 3 ἀνέλκωτα*). 23, 87 malis medicamentis, quae -ando nocent. 24, 113 sanat *aspalathus* ... oris ulcera ... genitalia -ta (ulcerata *l. v.*) aut carbunculantia (*cf. gr. Diosc. 1, 20, 2 τὰς ... ἀκαθαρσίας καὶ νομάς*. 27, 19). 25, 61 si -ta sint praecordia vel tumeant. *al.* SVET. Dom. 16 -tam in fronte verrucam. FIRM. math. 8, 19, 11 (*per enall.*) strumaticus -ta macularum labe possessus, vel ... elephantiosus. CHIRON 53 vitium uliginum -at totos pedes et leprosos facit (*inde* VEG. mulom. 2, 52, 1. *aliter l. 45 sqq.*). MARCELL. med. 11, 9 fagi folia ... prosunt -tis labiis et gingivis (ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 916$^{in.}$ infusas ... gingivas et -tas). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 664^{H} sicut -tis parentibus nascuntur viperae (*seq.*: disruptis matrum visceribus; dilacerantur. *v. p. 2103, 56*). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 271^{A} *Macarius Alexandrinus* -tus est totus, quibusdam tuberibus per omnia eius membra turgentibus (*cf. II 10 p. 360^{B}* perforatus est totus et strumas fecit; *gr. p. 49, 5 B. κατετρώθη*).

β *adterendo, fricando* (*iuxta pos.*: fricare *l. 44.* laedere *l. 45. usu reflexivo l. 44. 45. accedit acc. graecus l. 42 sq.*): SEN. dial. 5, 17, 4 lateribus ... adtritu -tis. APVL. met. 9, 13 *muli* pectora copulae sparteae (spartea *l. v.*) tritura continua -ti. CHIRON 717 si quod iumentum caudam parietibus fricat et -at se (*gr. Hippiatr. I p. 248, 8 ἕλκος ποιεῖ*. 792 -verit se). PLAC. med. 7, 3 rec. β laesis pedibus a calciamentis, ⌊exussis vel -tis⌋ ([⌊ ⌋ *add. cod. Cas., de quo falsum rettulit Sigerist in adn.*; et -tis *cod. Vat.*]. 7, 4 rec. α. *aliter l. 31*).

b *de exulcerationibus quae consilio fiunt* (*v. et p. 2103, 37 sqq.*): α *in arte medica praecipue sanandi causa* (*aliorsum e. g. l. 51. 61*), *ut inutilis materia evocetur sive instrumentis sive medicamentis* (*cf.* CELS. 5, 26, 36^{C} utraque cicatrix -ari scalpello potest, ... idem efficiunt compositiones eae, quae corpus exedunt *eqs.*): Ⓘ *adhibitis instrumentis vel secantibus vel urentibus* ([*cf. e. g. l. 56. 57 sq.*]. *absolute l. 56*): CELS. 3, 21, 10 ferramentis ... candentibus pluribus locis venter -andus est, servanda ulcera diutius (*aliter l. 19*). 3, 22, 12 *in pthisi* -andum est ferro candenti ... sic, ne sanescere ulcera sinas nisi tussi finita. 4, 29, 2 tribus aut quattuor locis ... cutem candentibus ferramentis -are (*al. cf. et l. 7. 70*). 4, 29, 3 cum ... saepe aliquid -andum candenti ferramento sit, ut eo materia inutilis evocetur *eqs.* 7, 8, 4 oras scalpello -are (7, 17, 1^{C}). 7. 30, 3^{A} aut ungue aut scalpello. COLVM. 7, 9, 5 feminis (*sc. subus*) ... vulvae ferro -antur ..., ne sint genitales (*cf. p. 2103, 83*). LAVRENT. Chan. p. 120^{B} verus medicus ... -at vulnus (*cf. gr. p. 453 p. n ed. χεῖρον αὐτῆς ἐποίησε τὸ ἕλκος*).

Ⓘ *adhibitis medicamentis acribus, rodentibus, exurentibus* (*syn. et iuxta pos.*: adaperire *p. 2105, 1.* adrodere *l. 68.* purgare *l. 83.* sanare *l. 77. absolute: v. l. 69. 76. 78. 79. al. part. praes. pro adi.: l. 76*): CELS. 4, 2, 8 imposito sinapi -are ea, quae male habent, ante linteolo subiecto, ne vehementer adrodat (*seq.* ulcera excitare. 4, 2, 9 inponere sinapi sic ut -et. 4, 10, 2 donec leviter -et. 4, 23, 1 -ta ... cute [*al. cf. et l. 7. 57*]. *v. et l. 72 sq.*). 7, 8, 3 adurente medicamento idem (*sc. cavum perforatae auris*) -are (*al.*). SCRIB. LARG. 174 quae etiam sana corpora -ant, ut alium, lepidium *eqs.* (PLIN. nat. 23, 22 folia et caules *vitis albae* -ant corpus. *cf. l. 18. p. 2105, 11*). 229 -ta ... minima parte cuiusque dolentis loci (PLIN. nat. 20, 156 tam fervens est *puleium silvestre*, ut inlitas partes -et. *al.*). 231 acrium et -antium medicamentorum. PLIN. nat. 20, 55 lepras, lichenas, lentigines -at *alium* sanatque. 20, 181 lepidium ... cutem emendat -ando (*cf. gr. Diosc. 2, 174 ἀμυκτικώτατον*). 23, 66 faex aceti ... multo ... magis -et (*cf. gr. Diosc. 5, 114, 2 δύναμιν ... καυστικήν*). 23, 118 (*cf. gr. Diosc. 1, 128, 3 ἑλκωτικός*). 27, 112 polyanthemum ... caustica vi -at. 29, 110 caustica vis *cantharidum tritarum*, cavendumque ne -ent alte (*seq.*: ad ulcera ita facta). 31, 115 in medicina *nitrum Aegyptium* ... -at. 32, 87 (*iuxta pos.*: purgent). *al.* MACR. Sat. 7, 8, 8 species ... et acres et calidae superficiem, cui adponuntur, -ant. Ps. APVL.

[Pfligersdorffer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

herb. 3 l. 38 *ramuli plagam cum tumore* inpositi adaperiunt primum, -ant deinde.

β in tormentis (*v. p. 2103, 53. syn.*: secare, torquere *infra l. 11sq.*): Ambr. Hel. 17, 63 cognovi plerosque fidiculis -tos nomen suum negasse. Iac. 2, 12, 56 cadebant filii tormentis -ti (*aliter gr. Ps. Ios. Macc. p. 320, 13 Naber τῶν υἱῶν βασανιζομένων*). Heges. 1, 40, 8 p. 88, 15 usque ad mortem supremam -ti (*seq.*: tormentorum et poenarum victi acerbitate). 5, 44, 2 p. 393, 26 *Albinus* gravissimis eum (*sc. Iesum, filium Ananiae*) poenis -vit . . . corripi flagellis hominem iubens (*gr. 6, 304 μάστιξι μέχρι ὀστέων ξαινόμενος*). Prvd. perist. 10, 1093 vos tyrannide inpia -atis innocentum corpora (*v. et p. 2104, 18. 72. cf. 1099* torquere nostra vel secare viscera).

γ in praeda eripienda (v. p. 2103, 52) fere i. q. dirumpendo (v. l. 16), vulnerando aperire: Caes. Arel. serm. 26, 3 p. 110, 34 (*in imag.*) in inferna descendit *Christus*, ut praedam, quam diabolus rapuerat, disruptis eius faucibus et -tis inferni visceribus ad superna revocaret.

2 *vites, ut nova materies excrescendo (cf. infra l. 70) adnascatur (per similitudinem exulcerationis eius, quae a medicis fit, cf. p. 2104, 48 sqq.): i. q. sauciare* (*syn.*): Colvm. 4, 24, 17 saucianda ferro est atque -anda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere.

B *translate: -are* (*opp.*: sanare *l. 29. 57. 64; aliter p. 2104, 66*): **1** *homines (bestias l. 36) eorumque mentem, cor sim., fere i. q. laedere, lacerare, irritare, corrumpere sim.* (*cf.* Gloss.L V Abba ex 64 verbis asperis vulnerat [Aa e 1097]. *opp.*: componere *l. 31.* delenire *l. 35. obi. suppl. l. 35. 43*): Cic. dom. 28 *Pompeius* tot suspicionibus certorum hominum et scelere -tus ([ex uic-, ex uisc- *vv. ll.*]. Lampr. Diad. 8, 6 -ti[s] suspicionibus). Scaur. 35 putas semel -tum animum tam facile potuisse sanari (Deiot. 8 ut in -to [*i. offenso*] animo facile fictum crimen insideret. Liv. 9, 14, 9 -tos ignominia . . . animos. Clavd. Don. Aen. 2, 145 p. 167, 12; *opp.* conpositus). Petron. 111, 8 cetera quibus -tae mentes ad sanitatem revocantur (Heges. 1, 7, 2 p. 11, 26 sceleris immanitas mentem -bat [*gr. 1, 81 τὴν ψυχὴν . . . τεταραγμένην*]. Pavl. Nol. epist. 8, 3 ad tuam mentem, si in aliquo -assem, deliniendam remedium). Capitol. Maximin. 11, 6 in dies inmanior fiebat, ferarum more, quae vulneratae magis -antur. Amm. 15, 5, 19 Vrsicinum -tum (*i. accepta iniuria iratum*) . . . aboleri. Clavd. Don. Aen. 1, 195 p. 46, 4 infortuniorum . . . commemoratio et discriminum repetitio . . ., -ans magis eorum corda qui passi sunt (Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 664H suum cor obtrectator -at. Ps. Orig. in Iob 3 p. 498D ut amplius -ret [*sc. diabolus*] cor Iob per haec, quae locuti sunt, quam per omnes dolores). Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 54, 1 ut neque multa asperitate -ret (*gr. p. 464A τραχύνειν τῇ χαλεπότητι. inde* Greg. M. moral. 20, 14 p. 144A -rentur subditi). Avg. epist. 118, 10 *Graeci* -ti et irati. Val. Cem. hom. 12, 1 p. 728A si quando homo . . . -tus iniuriis ad omnem patientiam quietis amore confugerit. Porcar. mon. (Rev Bén. 26, 1909, 479) l. 51 (*vi imag. vigente*) haec *vitia* sunt quae . . . -ant et computrescere faciunt animam tuam (Ps. Orig. in Iob 2 p. 482A subtilitate verborum -atur anima patientis). Greg. M. moral. 33, 13 p. 679A eos *homines* . . ., quos . . . invidia -at. Isid. sent. 3, 46, 3 sicut . . . peccatorem convenit argui, ita iustum non -ari (3, 53, 2 *iniqui iudices* -ant saepe iustos, dum improbe defendunt iniquos).

2 *res ad animum pertinentes, affectus sim. fere i. q. suppurando lacerare, depravare, deterius reddere, aggravare* (*sive minuendo, mutilando [sc. res bonas: v. infra l. 58. 63. 67] sive augendo [sc. res malas: v. l. 57. 61. 65. cf. p. 2103, 49]. opp.* mitigare *l. 69*): Cic. de orat. 2, 303 ea, quae sanare nequeunt, -ant. Brut. 156 uti ea (*i. vicinitas artium studiorumque*) . . . non -are vestram gratiam . . . videatur. epist. 1, 1, 4 in rebus . . . ab ipso ege et ab intimis ac domesticis Pompei clam -tis *eqs.* Sen. dial. 5, 9, 3 fugere debemus . . . omnia quae -ant vitium (*cf.* 9, 17, 3 conversatio . . . dissimilium . . . quicquid inbecillum in animo nec percuratum est, -at). amic. p. 28 (*vigente vi imag.*) sic curari ex⟨ulce⟩ratam (*suppl. Luchs*) amicitiam decet, ut sine cicatrice sanetur. Plin. epist. 1, 12, 1 decessit Corellius Rufus et quidem sponte, quod dolorem meum -at (*v. et l. 55 sq.* 8, 23, 5 quod vel maxime dolorem meum -at. 9, 9, 3). Rvfin. Greg. Naz. orat. 6, 10, 3 patientiae et mansuetudinis bonum . . . nec necessitas rumpat nec insolentia -et (*gr. aliter*). Avell. p. 41, 4 dolorem vel tacendo mitigemus, ne non tam compati quam -are videamur.

II *vi praep.* ***loculi*** *q. e. ulcus quasi foras dare (cf. l. 18 sqq. p. 2104, 28. 36)*: *mediopass., fere i. q. excrescere*: Scrib. Larg. 227 hoc medicamentum omnem carnem ex omni parte corporis -tam et excrescentem et eminentem . . . tollit (*inde* Marcell. med. 31, 6. *aliter p. 2104, 5*).

deriv.: exulceratio, *exulcerator (*inde exulceratorius, exulceratrix), exulcerus.

exulcerus, -a, -um. *ab* exulcerare *retrograda q. v. derivatione formatum (cf. Niedermann, NJb 29, 1912, 331; Brender, Rückläuf. Ableit. p. 45. aliter Svennung, Unters. Pallad. p. 269, adn. 1 qui censet adi. e subst. q. e.* ulcus *derivatum esse ad similitudinem verbi q. e.* exulcerare). [*var. lect. falsa*: Plin. nat. 27, 112 (-a *R, recte* exulcerat).] *i. q. exulcerans (cf. p. 2104, 64)*: Diosc. 3, 47 p. 398, 1 amb⟨a⟩e vero *rutae* calid⟨a⟩e et caustic⟨a⟩e sunt, -a (*sic*) et diureticae (*gr. 3, 45, 1 ἑλκωτικά*).

Pfligersdorffer.

***exulo (exsulo)**, -āvī, -ātum, -āre. *ab* exul. *de etymologia v. l. 4. 8. p. 2108, 28 sqq. scribitur*: exu- Plavt. Trin. 535 (*A*). Liv. 43, 2, 10. *et passim.* exs-: Plavt. Persa 555 (*A*). Liv. 42, 41, 5. *et passim.* ex(s)ol- (*sc. scriptura etymologica quae putabatur. cf. l. 8*): Plavt. Trin 535 (*A*). Liv. 42, 41, 5. *et saepius* exul-: Don. Ter. Eun. 610 (*T*). exull-: Prisc. gramm. III 269, 27 (*V*). 270, 5 (*L*). *inter verba activa coni. Ia* Char. gramm. p. 472, 16 B. *de notione*: Serv. georg. 3. 225 -at extra solum suum habitat (*sim.* Gloss.L I Ansil. ex 1153. *al.*). *v. p. 2108, 15 sqq. 27.* Gloss.L I Ansil. ex 1177 -are peregrinare. V Aa e 1035 -bat exturbabat (exturbabat⟨ur⟩ *Lindsay, vix necess.*). Gloss. -vit sine terminum (-o *l. v.*) fecit. exul⟨av⟩it expulit. exul⟨a⟩tus porro fugatus. *ἐξορίζω* (*cf. p. 2107, 66*). *φυγαδεύω. v. et l. 9. p. 2108, 30. de usu*: Don. Ter. Eun. 610 -o duobus modis dicitur: et de loco, in quo exul est, et de loco, ex quo eiectus est. Prisc. gramm. III 270, 5 *accusativum addere non licet*, nasci enim et -are ad unam rem pertinet ipsius natus et exilii. *transitive: v. p. 2108, 35. nota formas pass. verbi transitivi saepius occurrere, at verbum deponens (sc. notione intransit.) non apparere nisi uno loco suspecto*: Pavl. sent. 5, 22, 2 relegantur aut -ari (*trad.*, -are *Krüger*) coguntur. *refl.. v. p. 2108, 73. coniungitur supinum c. verbis*: abire: *v. l. 40 p. 2107, 28. 41.* aufugere: *v. p. 2107, 31.* ire: *v. l. 58. p. 2107, 44.* mittere: *v. p. 2107, 23. legitur inde a* Plavto, Ter., Lvcil., Acc., Cic.

[*variat c.*: effugo: Lact. inst. 5, 21, 5. evolvo: Fvlg. aet. mund. p. 166, 20. exeo: Ter. Eun. 610 Don. Ter. Eun. 610. exsolvo: Rvfin. Orig. in iud. 9, 1 p. 517, 22. *confunditur saepe c.* exulto: *e. g.* Plavt. Curc. 559 Cic. Tusc. 5, 107 div. 2, 52 Aetna 589 Ov. epist. 6, 158 Liv. 43, 19, 13. *cf. l. 30 sqq. falso trad.*: Tert. cult. fem. 2, 9, 7 (esculentis *A*). Ps. Cypr. mont. 15 (exululans *l. v.*). *e coni.* (*pro formis verbi* exsultare, *quae trad.*): Pvblil. V 33 -at (*Meyer*). Liv. 42, 5, 4 -antem (*ed. pr.; sic et* 43, 19, 13). Hil. trin. 10, 4 p. 346C. Fvlg. aet. mund. p. 150, 22 -at (*Helm*). Serm. Ps. Hier. epist. 35, 7 p. 251C.]

I ***intransitive***: **A** *fere i. q. in exilio esse* (*in exilio vagari: e. g. l. 43. 56*): **1** *proprie*: **a** *strictius*: ***α*** *spectat ad patriam sim.* (*parentes sim. p. 2107, 5*): ① *vi originaria*: *i. q. exilio affectum extra patriam morari* (*qualibet de causa: e. g. auctoritate civitatis [patris l. 81. 82], fuga poenae, vi, bello, rebus adversis*): -ant: Ⓐ *homines* (*taurus l. 53*): ① *variis de causis*: Plavt. Trin. 535 alii -tum abierunt (Liv. 2, 15, 7 Tarquinius spe omni reditus incisa . . . -tum ad generum . . . Tusculum abiit. 2, 35, 6 damnatus absens in Volscos -tum abiit. 3, 58, 10. 26, 3, 12. 43, 2, 10. *v. supra l. 21*). Lvcil. 82 vagus -et, erret. Acc. trag. 365 -are sinitis, sistis pelli. pulsum patimini (*Cic. Sest. 122 poetam hoc pro se scripsisse dicit*). 682 repudio eiecta ab Argis iam dudum -o. Cic. Lig. 11 Italia prohibetur, -at. de orat. 177 cum Romam in exilium venisset, cui Romae -are ius esset. parad. 32 privilegium . . ., ut si in opertum Bonae Deae accessisses -res. Tusc. 3, 39 Telamonem pulsum patria -antem atque egentem (Liv. 39, 27, 9 optimum quemque . . . -are pulsos patria). 5, 107 iure -antem consolari non oportet. div. 2, 52 Hannibali apud eum -anti (Liv. 43, 19, 13 [*v. supra l. 28*]. Val. Max. 3, 7 ext. 6. *al.*). epist. 4, 8, 2 aptissimum . . . ad -andum locum. *al.* Verg. georg. 3, 225 (*in imag.*) alter *taurus* victus abit longeque ignotis -at oris ([*abl. loci. aliter l. 74*]. Ov. epist. 9, 155 -at ignotis . . . in oris. trist. 3, 14, 11 per extremas profugus pater -at oras). Aen. 11, 263 Protei Menelaus adusque columnas -at. Aetna 589 solis Tereus ferus -at agris. Ov. epist. 6, 158 -et et toto quaerat in orbe fugam. Liv. 1, 41, 7 Anci liberi . . . Suessam Pometiam -tum ierant (1, 50, 6. 1, 60, 2. 5, 53, 8 non in casis ritu pastorum . . . habitare est satius inter sacra penatesque nostros quam -tum publice ire? 7, 1, 9. *v. supra l. 22*). 2, 9, 1 ne . . . *Tarquinios* egentes -are pateretur (Hier. epist. 60, 16, 1 Oros. hist. 7, 42, 5). 4, 15, 4 ex qua *urbe* . . . Tarquinium . . . abdicare se magistratu atque -are iussum (Papin. dig. 27, 1, 28, 2 ad tempus [Cod. Iust. 10, 61, 2]. 48, 5, 40, 4 Ivst. 18, 7, 2. *al.*). 38, 1, 3 in Aetolia. 42, 41, 5 obicitur . . . interfectores . . . in regno -asse meo (Cvrt. 5, 8. 11 in regno -bo et per fines imperii mei fugiam externum . . . regem). *al.* Sen. contr. 2, 2, 11 discedam e civitate, fugiam, -bo. contr. exc. 4, 3 damnatus quinquennio -et (*al. cf.* Qvint. decl. 248 p. 17, 21 quinquennium). 6, 4, 3 proscriptus sum, -vi. Val. Max. 4, 1, 2 *Camilli* Ardeae -antis. *al.* Sen. Phoen. 618 crimine alieno -as, tuo redibis. rem. fort. 8, 1 '-bis.' erras, . . . extra hanc *patriam* nemo proici potest. *ibid.* '-bis.' non patria mihi interdicitur, sed locus. 8, 2 si sapiens est, peregrinatur, si stultus est, -at. *al.* Plin. nat. 29, 22 in Gallia -anti et deinde restituto. Val. Fl. 6, 462 Argolicis Tirynthius -at oris (*abl. separ.; aliter supra l. 53*). Mart. epigr. 4, 5 -at Ausonia profugus delator ab urbe. Qvint. decl. 244 p. 2, 5 nec ad me iura pertinuisse, quod -o. p. 2, 7 de hoc quaeri, an ad leges pertinuerim, cum illud ex lege fieret, quod -rem (*v. p. 2108, 17*). 288 p. 155, 11 opto, ut filius -et (*antea*: in exilium proficiscatur [*cf. p. 2108, 27*], mittetur . . . in exilium [*cf. p. 2108, 15*]). 334 p. 315, 25 patronum . . . voluit *legum lator* -are (*Ritter*, exusal- *A*, -ari *B*; *cf. p. 2108, 17. 35*). 368 p. 405, 1 merito abdicata est *filia* . . .: meruit -are (*v. l. 38*). 374 p. 414, 16 *pater* non reduxit, passus est -are (*v. l. 38*). *al.* inst. 3, 6. 25 locum, unde controversia videtur, . . . an -verit qui domo latuit. 5, 10, 107 proditionis damnatus cum advocato -et. *al.* Svet. Iul. 42, 3

[von Nes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

integris patrimoniis. *al.* PAVL. dig. 4, 5, 7, 3 qui amissis bonis et civitate relicta nudus -at. APVL. met. 5, 9 extorres et lare et ipsa patria ... velut -antes. IVST. 26, 1, 7 *matronae* in perpetuum cum viris -turae. *al.* AVSON. 419, 38 p. 363, 248 P. (*opp.* revocato). FVLG. aet. mund. p. 142, 11. *al.* AMBR. epist. 63, 100 p. 1216B maluit *mater* ... sibi eum (*i. Iacob*) -are quam deo ([*v. infra l. 54*]. 63, 101 p. 1216C ob pietatem non propter improbitatem -bat a parentibus. *v. p. 2106, 36*). HIER. in Ier. 2, 2, 2 p. 75, 6 Israhel ... in Assyriis -bat. hom. Orig. in Ezech. 10, 1 p. 416, 26 inhonoratio civi est de patria sua -are. PAVL. NOL. epist. 23, 19 p. 177, 13 non solum a regnis suis sed etiam a sensibus (*v. p. 2108, 3*) -bat humanis. AVG. serm. 294, 6, 6 p. 1339in. et qui -ant, vivunt (*seq.*: haec illis sola poena est, non esse in patria). OROS. hist. 4, 20, 29 Scipio ... ab ... urbe diu -ans. CAEL. AVR. chron. 4, 1, 13 civem (*sc. aegrotum*) ... longius -are *alii probant*. PASS. Saturnin. 3 a delubris atque a sedibus suis daemones ad transitum *Saturnini* ... -are ... audiunt. *al.*

② *propter fidem* (*sc. de christianis*): HIL. coll. antiar. p. 45, 21 fratrum indignissime -antium. p. 101, 15 quosdam sacerdotum ... -are. ad Const. 2, 2, 1 -o ... non crimine, sed factione. 2, 3, 1 cuius ministerio -o. syn. 78 p. 531A voluntatem -andi. *ibid.* -emus semper, dummodo incipiat verum praedicari. 91 p. 545A. trin. 10, 4 p. 346C in eo coexulare, -antibus (*v. p. 2106, 31*) ... praedicatoribus, veritas intelligatur. AMBR. exc. Sat. 1, 47 quamquam pro fide -asset *Lucifer*. SVLP. SEV. chron. 2, 36, 4 ut Athanasius -tum ad Gallias mitteretur (*cf. p. 2106, 22*). COD. Theod. 16, 5, 54, 1 ut episcopi *Donatistarum* ... ad singulas quasque insulas adque provincias -andi gratia dirigantur. GREG. TVR. vit. patr. 3, 1 in quibus *vinculis* per quinque annos -ans. *al.* Ⓑ *res* (*saepe eae, quae in imagine velut personae inducuntur*): PLAVT. Merc. 43 res -tum ad illam ... abibat (593 -tum abiit salus. *v. p. 2106, 21*). Persa 555 perfidia et peculatus ex urbe et avaritia si -ant *eqs.* (*seq.*: haec unde aberunt). Pseud. 1035 cor conligatis vasis exspectat meum, ... ut -tum ex pectore aufugiat meo (*v. p. 2106, 21*). PVBLIL. V 33 ubi innocens damnatur, pars patriae -at ([*v. p. 2106, 30*]. *cf.* CIC. parad. 30 cum omnes meo discessu -asse rem publicam putent). OV. trist. 3, 4, 45 quod adhuc non -at unum, nomen *Nasonis*. Pont. 4, 9, 41 *mens* sola loco non -at. SEN. dial. 11, 11, 7 nec -are umquam potest *animus*. PANEG. 3, 23, 4 -antes relegatasque virtutes ad rem publicam quodam postliminio reduxisti. HIL. trin. 10, 3 p. 346B sanae doctrinae audientia ... ipsa omnis cum praedicatoribus ... -at. PRVD. c. Symm. 2, 367 quodcumque sacrorum est, -at. CONSVLT. Zacch. 3, 8 p. 112, 25 gemens ... pietas -at.

Ⓘ *hyperbolice*: PLAVT. Curc. 559 ne trapezita -tum abierit (Most. 597 ne quo abeat foras urbe -tum faenoris caussa. Rud. 325 leno abit ... -tum. *v. p. 2106, 21*). Merc. 644 certumst -tum hinc ire me (*sc. amore ex patria pulsum, ut* 884 *et* 981. *v. p. 2106, 22*). TER. Eun. 610 domo -o (*cf.* DON. *ad. l.* 'domo -o': deest 'prope' ..., ut sit: prope iam -o. SCHOL. Ter. Bemb. *ad. l.* exclusus sum. *v. p. 2106, 25*). CIC. rep. 2, 7 cum manent corpore (*sc. qui urbes maritimas incolunt*), animo tamen -ant et vagantur (*antea*: volucri ... spe et cogitatione rapiuntur a domo). CLAVD. 24, 126 per *Stilichonem* ... fracta diu translataque paene potestas *consulis* non ... servilibus -at arvis, in proprium sed ducta larem *eqs.* (28, 408 laribus seiuncta potestas -at imperiumque suis a sedibus errat).

β spectat ad caelum, paradisum sim. (*quasi patriam, in quam quis admitti meretur; cf. p. 2108, 22. deum l. 6. fere de exclusione; de separatione l. 57*): HEGES. 5, 53, 1 p. 410, 1 anima nostra ... quae de paradiso -at et a suo principe peregrinatur. SERM. Ps. Hier. epist. 35, 7 p. 251C permanentes in rebus terrenis a coelestibus -amus (*v. p. 2106, 32; antea*: peregrinantes a saeculo praesentamur ad dominum. *v. l. 55*). PAVL. NOL. carm. 7, 43 *peccator non impius* nunquam salutis -bit finibus. AVG. c. Iul. 3, 3, 9 p. 706 in aeternum -are a regno dei (*postea*: ut ... non sinatur intrare in regnum dei). PAVL. MED. bened. 3, 2 p. 720D ecclesia, quae adhuc a caelesti hereditate -at in terris. MACR. somn. 1, 21, 34 animorum origo caelestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic -at. EPIST. pontif. 375 Conc.S I 2 p. 20, 1 ne regione vivorum, hoc est illa quam nostram patriam volumus, -emus (-emur *L. cf. p. 2108, 17. gr.* ἀπὸ τῆς χώρας ... ἐξορισθῶμεν).

b *laxius: c. respectu cuiuslibet loci* (*vigente notione sedis propriae debitaeque: l. 69. 73. 74*): ***α*** *fere i. q. exclusum esse ab alqa. re*: TERT. anim. 56, 8 scelestae quaeque animae inferis (*abl. separ.*) -ant. CLAVD. 10, 55 pars acrior anni -at (*sc. monte*). BOETH. cons. 4 carm. 6, 18 astrigeris bellum discors -at oris. ***β*** *fere i. q. separatum esse, abesse ab alqa. re*: HIL. in Matth. 5, 8 p. 946B animarum ... sive obtinentium corpora sive corporibus -antium (*cf.* FAVST. REI. epist. 3 p. 177, 10 anima Lazari ... recedente ... vita de habitaculo corporis -vit [*seq.*: absentaverat]). AVG. conf. 2, 2, 4 longe -bam a deliciis domus tuae (*cf. p. 2108, 66*). MACR. Sat. 1, 21, 27 conversatio *piscium* aquis mersa velut a conspectu solis -at. CASSIOD. var. 9, 3, 3 *auri fossores* -ant a sole (*seq.* lucis gaudia derelinquunt).

2 *translate* (*vi imag. vigente: p. 2108, 5*): **a** *fere i. q. exclusum esse ab alqa. re*: MACR. Sat. 7, 1, 5 *philosophia* a conviviis -bit. COD. Iust. 1, 17, 1, 9 similitudinem ... ab ... consummatione volumus -are. 4, 29, 23 pr. supervacuas distinctiones -are cupientes. **b** *fere i. q. ab alqa. re alienum esse* (*expertem esse alcis. rei p. 2108, 7*): ***α*** *homines*: TERT. patient. 13, 4 rex Babylonius ... cum squalore et paedore septenni ab humana forma -asset. SOL. 31, 2 Atlantes ab humano ritu prorsus -ant (*syn. Plin. nat. 5, 45* degeneres sunt humani ritus). PAVL. NOL. carm. 24, 827 in carne vivens vita carnis -et. epist. 23, 19 p. 177, 13 *v. p. 2107, 9*. AVELL. p. 400, 15 ab apostolicis ... -are doctrinis. PROSP. c. coll. 1, 2 p. 217A (*vi imag. vigente*) qui -are a veritate quam cives esse ecclesiae maluerunt. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 4 p. 651B procul ab illa spiritali -ant voluntate. SALV. gub. 5, 44 -antes non a rebus tantum suis, sed etiam a se ipsis (*syn.* extorres ... facultatis ... *et* condicionis suae. *postea: ut* rerum proprietate careant et ius libertatis amittant). ***β*** *res*: APVL. Socr. 12 p. 146 turbelae tempestatesque procul a deorum coelestium tranquillitate -ant. HIL. trin. 10, 4 p. 346B licet ... a multis ... sana doctrina -et, non tamen a sanctis ... praedicationis veritas -bit. FVLG. aet. mund. p. 171, 12 -at de nostris sensibus quidquid tenebrosa fuscedine caligabat.

B *fere i. q. in exilium mitti* (*vi passiva*. PRISC. gramm. II 377, 15 quaedam *neutralia verba* ... passivam *significationem habent*, ut 'vapulo a te' ... '-o a te' [III 269, 27]. *ex iis exemplis, quae sub I A allata sunt, quaedam utrum illuc an huc pertineant dubium est, v. e. g. p. 2106, 77. 80. 2107, 59. 65*): QVINT. decl. 383 p. 429, 1 veneficus -at, alii scelerati mitius puniuntur: malae tractationis damnatus occidetur? TERT. monog. 17 semel gustavit *Adam* ... de arbore, ... semel de paradiso sanctitatis -vit (PROSP. c. coll. 9, 3 p. 237C primi patres de paradiso -are meruerunt. *cf. p. 2107, 53*). BOETH. cons. 1, 5, 5 W. civitatis *philosophiae* ... legem, qua sanctum est ei ius -are non esse, quisquis in ea sedem fundare maluerit. FACVND. defens. 12, 3 p. 842D ut -ent episcopi, demutentur sacerdotes, plebes terreantur *eqs.*

C *fere i. q. in exilium ire* (SERV. Aen. 11, 263 [= ISID. orig. 10, 84] -are dicuntur qui extra solum eunt [sunt *l. v.*]. AVG. in euang. Ioh. 47, 11 p. 1739med. -are extra solum fieri. CASSIOD. gramm. VII 204, 1 [*ex Caesellio*] ex solo ... ire est -are. GLOSS.L I Ansil. EX 1170 -are extra solum suum ire): SCHOL. Cic. Bob. p. 109, 28 ⟨sena⟩tu decernente ... -vit *Marius* et in Africa delituit aliquamdiu. p. 174, 16 restitutos in civitatem significat P. Popilium ... et Q. Metellum ..., qui ut violentiam ... subterfugeret, -arat.

II ***transitive*** (*cf. p. 2106, 16 sqq.*): **A** *proprie*: **1** *stricte: spectat ad patriam sim., fere i. q. in exilium mittere* (*not. poenae, damnationis evanida, i. q. expellere l. 49*): **a** *generatim*: DICT. 5, 4 decernitur ... Antimachum ex omni Phrygia -andum. HYG. fab. 26, 2 *Medea* iterum -atur. FVLG. aet. mund. p. 147, 24 *Moses* timore -tus (*sc. ex Aegypto fugiens*). p. 161, 1 Nabuchodonosor ... regem Hebreum ... cum suo -at populo. myth. 1 praef. p. 9, 4 ubi me (*i. Musam*) Romuleae arcis conventu bellicus viduavit incursus. Alexandriae conciliabula urbis -ta possederam. AVG. in psalm. 49, 22 p. 579in. alius patria -tus maeret. AVELL. p. 50, 2 Vrsini sociis ..., ut peregrinari potius quam -ari videatur, proprio liceat iure versari. MARCELL. chron. II p. 64, 396, 1. p. 77, 428, 2 episcopi dudum ... -ti (p. 83, 449. 2 in Epipam -tus est. p. 92, 484, 2 -tis diffugatisque ... episcopis). p. 97, 510, 2. p. 98, 514, 1. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 188A fames revocat, quem (*sc. filium luxuriosum*) saturitas -arat (*v. l. 37*). MAX. TAVR. serm. app. 13 p. 870C cum ... in longissimis finibus transveheretur *Nazarius* -andus. VICT. VIT. 2, 14 IORD. Rom. 319. 342.

b *speciatim*: ***α*** *ex caelesti patria* (*sim.* a vita *aeterna: l. 56*): FVLG. aet. mund. p. 156, 4 *inobedientia* caelesti regno -vit diabolum (*cf. seq.*: efficit peregrinum). PS. AVG. hypomn. 3, 9, 14 p. 1629fin. mundo in quo homo divini praecepti desertor -tus est (*opp.* revocaverit). PETR. CHRYS. serm. 110 p. 503D *delicta* nos a vita -verant. ***β*** *Iudaeos a deo abdicatos*: FVLG. aet. mund. p. 172, 25 *Iudea* a deo suo -ta proicitur et eius loco pereger filius adoptatur.

2 *laxius: spectat ad quemlibet locum, fere i. q. expellere, removere* (*c. dat. fin. [sic potius quam abl. loc.]: l. 63. 64*): LACT. inst. 5, 21, 5 *daemones* extorti et excruciati virtute divini nominis -antur (*v. p. 2106, 24; syn. epit. 46, 7* exiguntur). FVLG. aet. mund. p. 154, 6 (*in imag.*) *libido* privatum lumine *Samson* tenebris -vit (*v. l. 60*). p. 166, 20 nulla secreta mundi misteria, nulla gens abtrusis terrarum angulis (*v. l. 60*) -ta (*v. p. 2106, 24*), nulla ... semotior insula. HIL. Aug. epist. 126, 10 p. 480, 2 a praesentiae tuae deliciis -tus (*cf. p. 2107, 75*). CONC. Matisc. a. 585 p. 170, 16 miseros non solum de agris, sed etiam de domibus propriis -are.

B *translate*: **1** *fere i. q. avertere, pellere* (*refl. l. 73*): FVLG. myth. 3, 6 ne nostra opera aut a propriis -remus officiis aut alienis addiceremus negotiis. RVFIN. Orig. in iud. 9, 1 p. 517, 22 procul a vobis timorem mentis, procul cordis -ate formidinem (*v. p. 2106, 26*). ARNOB. in psalm. 63 p. 412B ut per elationem cordis *hominis* ... -et se deus ab eo (*v. p. 2106, 20*). **2** *fere i. q. excludere, non admittere*: FVLG. aet. mund. p. 150, 22 sterilitatis nervo catenata natura bonae fecunditatis -at (*v. p. 2106, 32*) fermentum.

structurae: acced.: abl. separ. (*inde a* TER.): *p. 2106, 74. 2107, 35. 45. 69. al. dat. fin.: l. 60. dat. incommodi: p. 2107, 5 (cf. p. 2101, 74). praep.*: ab (*inde a* TERT.): *l. 1 [bis]. et passim.* de (*inde a* TERT.): *l. 13. 22. al.* ex: *l. 38. p. 2106, 62. 2107, 29.* in *c. acc.: l. 47.*

deriv.: exulaticius, exulatio, exulator. *compos.*: coexulare.

exult- *v. s.* exsult-.

exululo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* ululare. *de notione:*

[van Nes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. ἐξολῡμώζω. ἐξολολύζω. *gr. v. et l. 16. legitur inde ab* OV. [*lect. var. v. l. 14. 15.*]

1 *intransitive: fere i. q. ululatum tollere: de lupo*: OV. met. 1, 233 -at frustraque loqui conatur *Lycaon. de iis qui furore agitantur* (*imprimis de bacchantibus: cf. l. 17. 20*): OV. met. 4, 521 -at passisque fugit male sana capillis (*seq.*: 'euhoe Bacche' sonat). 6, 597 -atque euhoeque sonat *Procne* (*antea*: furiisque agitata doloris, Bacche, tuas simulat). fast. 4, 341 -ant comites *Berecyntiae.* SCRIB. LARG. 194 concitatque *toxicum* mentis furorem cogitque -are et palpitare lingua. *de cruciatis dolore*: EPIST. Sapph. 114 nec pectora plangi nec puduit scissis -are comis. VAL. FL. 8, 172 implet soror omnia questu -ans. SIL. 12, 599 sparsaeque solutis crinibus -ant matres atque ubera nudant. PS. CYPR. mont. 15 p. 118, 14 a puero caeleste correptus et flagris spiritalibus emendatus -ans (exulans *l. v., Hartel*) ad centesimum effugit *diabolus.* PASS. Perp. 21 Perpetua ... inter ossa conpuncta -vit (exultavit *l. v.; gr. ἠλάλαξεν*). **2** *transitive (med.-pass. l. 19): fere i. q. ululando vocare (cf. l. 5)*: OV. ars 1, 508 Cybeleïa mater concinitur Phrygiis -ta modis (*v. l. 20*). fast. 4, 186 *Cybele* feretur urbis per medias -ta vias. *p. p. p. pro med.-pass.*: OV. trist. 4, 1, 42 utque suum Bacche non sentit saucia vulnus, dum stupet Idaeis -ta modis (*cf. l. 5*).

exumbris, (-e). *ab* ex *et* umbra. *i. q. umbra carens, ἄσκιος*: EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930C eos ... ascios, id est -es appellant (*cf. ibid.* amphiscii. *p. 930B* eteroscii. *v. gr. p. 136C*). GLOSS. V 591, 43 ascios -es. *v. s.* ascius *vol. II 767, 28 sqq.*

exundantia, -ae *f.* *ab* exundare. **1** *proprie: de aquis alveos excedentibus i. q. exundatio*: AMBR. hex. 2, 1, 1 p. 41, 3 in quo *die* conditum caelum, terram creatam, aquarum -am (exundantia [*v. p. 2112, 4*] *l. v.*), circumfusum aerem ... cognovimus. **2** *translate*: **a** *fere i. q. abundantia*: AVG. anim. 1, 3, 3 p. 305, 5 in ... eloquio ... multa emendanda et a nimia -a reprimenda. **b** *fere i. quod nimium est*: AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 39 p. 1360in. concupiscentia, quae nisi anima ... volente non surgeret nec demergeret cogitationem mentis -a voluptatis.

exundātio, -ōnis *f.* *ab* exundare. *cf.* inundatio. **1** *usu strictiore*: **a** *de mari, diluvio, fluviis i. q. actus exundandi sc. ripas, alveos sim. supergrediendi*: SEN. benef. 4, 5, 3 in ... litoribus aquarum calentium -o. PLIN. nat. 19, 37 negant nasci *tubera* nisi -e fluminum invecto semine. TAC. ann. 1, 79, 1 ob moderandas Tiberis -es. SOL. 27, 54 amnis, inferna ... -e prorumpens. 32, 3 quod ... incrementa -is in Aegypto augeantur. AMM. 22, 15, 6 -es *Nili* ... erigi anni temporibus ... praestitutis. FAVST. REI. grat. 2, 9 p. 82, 26 famosi ... -o vasta diluvii. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 680H *in diluvio* mundus naufragio, orbis -e consumitur. **b** *metonymice fere i. q. aqua exundans*: OROS. hist. 1, 2, 5 paludes, quarum inmensa -o (exunducio [-utio], inundatio *vv. ll.*) ... Euxinum pontum late ingreditur. **2** *usu laxiore: fere i. q. copia*: AVELL. p. 684, 10 quae inmensitas fuerit -oque populorum. *van Nes.*

? **exundique** *adv.* *ab* ex *et* undique. *scribitur disiuncte*: CE 266, 5 numine (*i. dat.*) fontigeno grates ex undique solvens (*aut* exsolvens undique *per tmesin diremptum esse post Hauptium Buecheler [v. p. 1879, 12] proponit aut cogitat de adverbiis velut* de intus, in obviam *necnon de* exinde [deinde] *apud auctores antiquos. in latinitate medii aevi saepius legitur vox e. g. Inscr. christ. Hisp. 469, 6* [*a. 913*] templum ... exundique amplificatum). *Díaz y Díaz.*

exundo, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* ex *et* undare. *cf.* abundare. *formae perfecti breviores*: -asse(t): *v. p. 2110, 49. 72. 2111, 48. 55.* NOT. Tir. 76, 57 -at. *de notione*: AVG. in psalm. 61, 16 p. 741in. divitiae si fluant, id est, si -ent, tanquam de fonte currunt. GLOSS.L II Abav. EX 139 -at refluit. GLOSS. *πλεονάζω. de usu: part. praes.: pro adi.: v. p. 2111, 77. n. pro subst.: v. p. 2112, 4. pass. non exstat. legitur inde ab* AETNA, SEN. min., COLVM.; *saepe apud* SIL.

[*variat c.*: exabundare: CYPR. Demetr. 3 p. 353, 15. *cf.* patient. 20 p. 411, 23. excedere: FAV. EVL. p. 9, 13. ex(s)udare: AMBR. hex. 2, 4, 16 p. 55, 20 CLAVD. 8, 550 rapt. Pros. 3, 127. exsultare: LVCAN. 9, 798. *cf. et p. 2112, 9. falso pro* -are: exnudare: PANEG. 4, 1, 3. exsudare: LVCAN. 9, 619 CALP. ecl. 4 104 PS. QVINT. decl. 14, 4 p. 268, 7 TAC. Germ. 45, 5. extundere: PS. QVINT. decl. 12, 24 p. 241, 11. *e coni. supervacanea*: CHALC. comm. 236 -are (*Wrobel,* exsud- *trad.*).]

